image not available

Digitized by Google

Plinio vol. VI

COLLECTIO

LATINORVM SCRIPTORVM

CVM NOTIS.

TAVRINI

MDCCCXXXI

PER IOSEPHVM POMBA.

BIBL. NAZ
Vitt. Emanuele III
Racc.
de Marinis
C
33
NAPOLI

Rev. Ofe Manning C. 83

C. PLINII SECVNDI

HISTORIA NATVRALIS

R.D.M. 2

CAII

PLINII SECVNDI

HISTORIA NATVRALIS

EX RECENSIONE I. HARDVINI

ET

RECENTIORVM ADNOTATIONIBVS

TOMVS SEXTVS.

AVGVSTAE TAVRINORVM
EX TYPIS IOSEPHI POMBA
ANNO MDCCCXXXI.

PARS QVARTA

CONTINENS

REM HERBARIAM

CVRANTE L. DESFONTAINES

REGIÆ SCIENTIARVM ACADEMIAE SOCIO, NECNON IN HORTO REGIO PARISIENSI BOTANICES PROFESSORE

Digitized by Google

C. PLINII SECVNDI
NATVRALIS HISTORIAE

LIBER XVII.

I.

Natura arborum, terra marique sponte sua provenientium, dicta est. Restat earum, quae arte et humanis ingeniis fiunt verius, quam nascuntur. Sed prius mirari succurrit, qua retulimus penuria pro indiviso possessa a feris, depugnante cum iis homine circa caducos fructus, circa pendentes vero et cum alitibus, in tanta deliciarum pretia venisse, clarissimo (ut equidem arbitror) exemplo L. Crassi atque Cn.

I. *Fiunt verius.* Adoptione, insitione, connubio. H.

Qua retulimus penuria. Mirari subit ea quae ab feris hominibusque pariter et ex aequo possidentur, ut ante retulimus, hoc est, arborum fructus, perinde ac si annonae penuria communicare alimenta cum feris homines cogat, tantis olim veniisse pretiis, in tantis fuisse deliciis. — *Qua*, etc. Sincerissima haec est omnium codicum lectio, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, 3, Th. Chifflet. aliorumque, nunc primum a nobis restituta: quum interpolatorum scelere in vulgatis libris ita legeretur: *quae abstulimus penuria*, vel *paene iniuria*, labefactata prorsus huius loci sententia. Innuit enim Plinius haud obscure docuisse se aliquanto prius arborum fetus non hominum modo, sed et ferarum quoque, volucriumque usibus destinatos. Atque id sane verbis conceptis prodidit ipso libri superioris exordio, ubi de pomiferis arboribus agens, *id munus etiam*, inquit, *feris volucribusque dedimus.* H.

Pro indiviso. Vide quae de hac voce diximus lib. IX, et lib. XVI, c. 59. H. — *Possessa.* Ex MSS. Regg. Ambrosian. post Rezzonicum Broterius edidit *possessas*, scil. in aequo, vel ex aequo. Ed. P.

Atque Cn. Domitii Ahenobarbi. Val. Max. lib. IX, cap. 1 de Lux. et Libid. Dalec. — *Ahenobarbi.* Sic

Domitii Ahenobarbi. Crassus orator fuit in primis nominis romani: domus ei magnifica: sed aliquanto praestantior in eodem Palatio, Q. Catuli, qui Cimbros cum C. Mario fudit. Multo vero pulcherrima consensu omnium aetate ea in colle Viminali C. Aquilii, equitis romani, clarioris illa etiam, quam iuris civilis scientia, quum tamen obiecta Crasso sua est. Nobilissimarum gentium ambo, Crassus atque Domitius, censu-

enim in nummis scribitur apud Patin. in gente Domitia, pag. 99: CN. DOMITIVS. IMP. et ex adversa parte, AHENOBARBVS. Sic etiam antiquae inscriptiones apud Gruterum, pag. 413 et 419. A rutila barba, aerique assimili nomen. In hunc dixit Licinius Crassus orator, is ipse de quo mox sermo, non esse mirandum quod aeneam barbam haberet, cui esset os ferreum, cor plumbeum. Sueton. in Nerone, c. 4, 14. H.

Crassus orator. Is est qui cum Antonio a Cicerone introducitur in libris de Oratore: idem M. Crassi patruus, eius qui Romanorum ditissimus appellatus est, et cum Pompeio et Caesare triumviratum iniisse dicitur. HARD.

In eodem Palatio. Monte Palatino, regione Vrbis decima, in qua Palatium fuit. P. Victorius in descriptione Vrbis: *Regio X Palatium... Domus Q. Catuli. Domus Ciceronis.* HARD.

Catuli. Quum Marius pro Catulo rogantibus dixisset, ei moriendum esse, inclusus domi Catulus accensis se carbonibus suffocavit. DALEC. — *Catuli.* Q. Luctatius Catulus Mario adversus Cimbros collega datus a senatu, cum eo vicit ac triumphum egit. Plutarchus in Mario pag. 413, 421 et 434, et Velleius lib. II, num. 22. HARD.

In colle Viminali. P. Victor. in descript. Vrbis: *Regio V Exquilina, cum turri et colle Viminali... Domus Aquilii Iurisconsulti, Q. Catuli, et M. Crassi.* Aquilii crebra mentio apud Tullium, cuius collega in praetura fuisse dicitur. H.

Clarioris. Qui clarior ob illam domum fuit, quam ob iuris civilis scientiam. HARD.

Nobilissimarum gentium. Crassus, Liciniae: Domitiae, Ahenobarbus. Nobilissimi iam tum dicebantur viri discreti genere illustri a caeteris: quamvis in nummis antiquis Caesarum primos inscribitur Nobilissimus: M. IVL. PHILIPPVS. NOB. CAES. hoc est, nobilissima gente Marciorum Philipporum, quae esset vetustior quam Caesarea. Trahebat enim genus ex Anco Marcio rege Romanorum. Vnde et *nobilitas Philippi* alterius, ex eadem gente celebratur a Plinio lib. IX, cap. 69, et *Marcia princeps Romanarum*, lib. II, cap. 52. H.

Censuram. Censorum nomina, L. LIC. CN. DOMIT. in denariis quinque signata exstant apud Patinum, loco citato. In Fastis: C. Claudio Pulchro, M. Perpenna Coss. lustrum fecisse dicuntur LXVI. H.

ram post consulatus simul gessere, anno conditae Vrbis DCLXII, frequentem iurgiis propter dissimilitudinem morum. Tum Cn. Domitius, ut erat vehemens 3
natura, praeterea accensus odio, quod ex aemulatione avidissimum est, graviter increpuit tanti censorem habitare, pro domo eius sestertium millies identidem promittens. Et Crassus, ut praesens ingenio semper, et faceto lepore solers, addicere se respondit, exceptis sex arboribus. Ac ne uno quidem denario, si adimerentur, emptam volente Domitio: Crassus, Vtrumne igitur ego sum, inquit, quaeso, Domitii exemplo gravis, ab ipsa mea censura notandus, qui in domo, quae mihi hereditate obvenit, comiter habitem: an tu, qui HS millies sex arbores aestimes? Eae fuere loti, patula ramorum opacitate lascivae, Caecina Largo e proceribus crebro in iuventa nostra eas in domo sua ostentante; duraveruntque, quoniam et de longissimo aevo arborum diximus, ad Neronis prin-

Post consulatus. Sic ex MSS. emend. Hard. cons. Chiffl. *post consulatum* Gr. et al. Ed. P. — Quum ante censuram consulatum quisque gessissel: Crassus quidem an. V. C. 659, Ahenobarbus, 658. Ahenobarbi consulatus mentio apud Gruter. in Inscr. p. 113. H.

Sestertium millies. In MSS. *sestertium* tantum legas: numerus tum hoc loco, tum paulo inferius desideratur. Valer. Max. lib. IX, cap. 1, num 4, scribit a Domitio Crassi domum aestimatam in illo iurgio sexagies sestertium fuisse: mox interrogatum a Crasso, quanto minoris eam aestimaturus esset, decem arbusculis detractis, Domitium tricies sestertium dixisse. Sunt porro sestertium millies centena millia (id enim, ut saepe monuimus, subintelligendum est), gallicae monetae, librae 10,000,000, seu decem milliones. Sexagies, 600,000 libr. e. Tricies, librae 300,000. H. — *Sestertium millies.* Sic perperam emendatum in recentioribus editionibus, pro *sestertium sexagies*, quae verissima, Broterio iudice, lectio est, ut ex Valerio Maximo patet, loco supra citato. Eo. P.

Gravis. Vetus apud Dalec. *gravi.* Gron. et al. adiecta una vocula, *gravis et ab.* Eo. P. — *Exemplo.* Ob pravum exemplum minime ferendus. H.

Comiter. MS. *communiter*, id est, communi et populari modestia. Eo. P.

Qui HS millies. Sic perperam emendatum pronuntiat Broterius, pro *sestertium sexagies.* Eo. P.

Diximus. Lib. sup. cap. 85 seq. HARD.

cipis incendia, quibus cremavit Vrbem, annis CLXXX. Postea cultu virides iuvenesque, ni princeps ille accelerasset etiam arborum mortem. Ac ne quis vilem de caetero Crassi domum, nilque in ea iurgante Domitio fuisse dicendum praeter arbores iudicet, iam columnas quatuor Hymettii marmoris, aedilitatis gratia ad scenam ornandam advectas, in atrio eius domus statuerat, quum in publico nondum essent ullae marmoreae. Tam recens est opulentia; tantoque tunc plus honoris arbores domibus afferebant, ut sine illis ne inimicitiarum quidem pretium servaverit Domitius.
5 Fuere ab iis et cognomina antiquis: Fronditio militi illi, qui praeclara facinora, Vulturnum transnatans, fronde capiti imposita, adversus Hannibalem edidit: Stolonum Liciniae genti; ita appellatur in ipsis arboribus fruticatio inutilis; inde et pampinatio inventa primo Stoloni dedit nomen. Fuit et arborum cura legibus priscis: cautumque est XII tabulis, ut qui in-

Cremavit Vrbem. Quo de incendio multa flebiliter Tranquillus in Nerone, cap. XXXVIII. Liberat porro ab eo crimine Christianos Plinius, dum Neronem unum incusat. H.

Columnas quatuor. Sex omnino quidem in ea domo fuere, ut Plinius ipse prodit lib. XXXVI, cap. 3 et 24, et Val. Max. loco cit. sed non omnes in scenam aedilitatis gratia ornandam advectae. MSS. constantissime, *quatuor*. H.

Hymettii. Ex Hymetto, Atticae monte, de quo in Geographicis egimus. HARD.

Vt sine illis. Vt sine illis ne stare quidem ingenti pretio Domitius voluerit, quod ex inimicitia et aemulatione pro Crassi domo condixerat. HARD.

Fuere ab iis. Fuere ab arboribus imposita etiam cognomina antiquis. HARD.

Stolonum. In nummis Liciniae gentis apud Patinum, pag. 151 et 152: P. LICINIVS. STOLO. HIVIR. A. A. A. F. F. De Stolonibus iterum dicetur lib. XVIII, cap. 4. HARD.

Lic. genti. Varro I, 2. DAL.

Ita appellatur. Sic ex MSS. emend. Harduin. cons. MS. *ita enim* apud Gron. et al. ED. P. — *Ita appellatur.* Stolo igitur, quasi stolida fruticatio ex arborum radicibus. Vnde vox ipsa *stolo*, μεταφορικῶς pro stolido sumitur ab Auson. Ep. IV, 94: *Sed iam non potes, o stolo, doceri.* H.

Pampinatio. Effossio fruticantium stolonum circa arborum radices. H.

XII tabulis. Verba legis, tab. II, c. 4 de arboribus furtim caesis, sunt ejuscemodi: *Si iniuria alienas arbores*

furia cecidisset alienas, lueret in singulas aeris xxv. Quid existimamus, venturasne eas credidisse ad supradictam aestimationem illos, qui frugiferas tanti taxaverant? Nec minus miraculum in pomo est, multarum circa suburbana fructu annuo addicto binis millibus nummum: maiore singularum reditu, quam erat apud antiquos praediorum. Ob hoc insita, et arborum quoque adulteria excogitata sunt, ut nec poma pauperibus nascerentur. Nunc ergo dicemus, quo maxime modo tantum ex his vectigal contingat, veram colendi rationem absolutamque proditurí. Et ideo non vulgata tractabimus, nec quae constare animadvertimus; sed incerta atque dubia in quibus maxime fallitur vita. Nam diligentiam in supervacuis affectare, non nostrum est. Ante omnia autem in universum, et quae ad cuncta arborum genera pertinent in commune, de caelo terraque dicemus.

II. (II.) Aquilone maxime gaudent, densiores ab

caesit, *in singulas xxv aeris luito.* Hoc est, asses xxv, qui gallicae monetae efficiunt asses omnino ex aere vicenos. (Immo huius aetatis asses xxv efficiunt monetae nostrae libras xiii. Brot.) Capitale fuisse supplicium arbores alienas incidere ait Servius ad illud Virg. Ecl. III, vs. 11: *Atque mala vites incidere falce novellas.* Adde his quae Paulus, Caius, Vlpianus, caeterique iurisperiti de eo argumento afferunt, Digest. lib. XLVII, tit. 7, arborum furtim caesarum. H.

Venturasne. Sic ex MSS. emend. Hard. cons. Chiffl. Gronov. et al. *futurasne.* Ed. P. — *Venturasne.* An putamus credidisse Veteres, venturas totos ad HS millies, qui frugiferas aeris xxv taxassent? Hard. — Iam supra monuimus, not. 13, cum Brot. legendum esse, ex Val. Maximi testimonio, *sestertium sexagies*, non *sestertium millies*, quam emendationem si receperis, immane tamen et fere incredibile videbitur sex arbuscularum pretium. Ed. P.

Binis millibus nummum. Sive sestertiorum. Nostrae monetae libras ea ducentas efficiunt. Hard.

Vt nec poma. Vt poma divitibus tantum nascerentur, qui poma inserere varia, ac veluti fetus arborum adulterare vario insitorum genere possent. Harn.

Quo. Vet. *quonam.* Ed. P.

Animadvertimus. MSS. omnes, *animo advertimus.* Hard.

II. *Aquilone maxime.* Theophr. de Caus. lib. II, cap. 4. Aquilonem in-

afflatu eius laetioresque, et materiae firmioris. Qua in re plerique falluntur, quum in vineis pedamenta non sint a vento eo opponenda, et id tantum a septemtrione servandum. Quin immo tempestiva frigora plurimum arborum firmitati conferunt, et sic optime germinant: alioquin, si blandiantur Austri, defatiscentes, ac magis etiam in flore. Nam si quum defloruere, protinus sequuntur imbres, in totum poma depereunt: adeo ut amygdalae et piri, etiam si omnino
2 nubilum fuit, Austrinusve flatus, amittant fetus. Circa Vergilias quidem pluere inimicissimum viti et oleae: quoniam tunc coitus est earum: hoc est illud quatriduum oleis decretorium, hic articulus Austrinus nubili spurci, quod diximus. Fruges quoque peius maturescunt Austrinis diebus, sed celerius. Illa sunt noxia frigora, quae septemtrionibus, aut praeposteris fiunt horis. Hiemem quidem Aquiloniam esse, omni-

terim a septemtrione diversum esse scito, uti docuimus II, 46. Hard.

Qua in re plerique. Columellae haec oratio est, lib. IV, cap. 16: *Palus sic ponendus, ut frigorum et aquilonum excipiat violentiam, vitemque protegat*, etc. Haro.

A vento eo. Adversus vim eius venti. Haro.

A septemtrione. Varro de Re Rust lib. I, cap. 26: *In omni vinea diligenter observant, ut ridica vitis ad septemtrionem versus figatur.* Hard.

Nam si quum defloruere. Est hoc apud Theophr. de Caus. II, 3.

Sequuntur. Sic ex MSS. em. Hard. cons. MS. et Gron. et vulg. *sequentur.* Ed. P.

Etiam si omnino. Si vel nubilum fuerit, austrinusve flatus: sereno tantum gaudent. Libro sup. c. 46: *Perdunt facillime fructum, ante maturitatem: amygdala, malus, pirus.... Pyrus et amygdala, etiamsi non pluat, sed fiat Austrinum caelum, aut nubilum, amittunt flores, et primos fructus, si quum defloruere, tales dies fuerint.* Hard.

Circa Vergilias. Hoc est, circa earum exortum, de quo lib. XVIII, cap. 66. Haro.

Coitus est earum. Primus conceptus, de quo lib. XVI, cap. 39, sive germinatio. et cap. 42: *At vites et olea .... concipiunt Vergiliarum exortu: hoc sidus illarum est.* Haro.

Quod diximus. Libro XVI, cap. 46. De quatriduo autem oleis decretorio dicetur libri huius cap. 30. Hard.

Septemtrionibus. Ab Aquilone septemtrionem differre supra monuimus. Haro.

Hiemem quidem. Theophrast. de Caus. lib. II, cap. 1, p. 232. Hard.

bus satis utilissimum. Imbres vero tunc expetendi evidens causa est, quoniam arbores fetu exinanitas, et foliorum quoque amissione languidas, naturale est avide esurire. Cibus autem earum imber. Quare tepidam esse hiemem, ut absumpto partu arborum, sequatur protinus conceptus, id est, germinatio, ac deinde alia florescendi exinanitio, inutilissimum experimentis creditur. Quin immo si plures ita continuentur anni, etiam ipsae moriantur arbores, quando nemini dubia poena est in fame laborantium. Ergo qui dixit hiemes serenas optandas, non pro arboribus vota fecit: nec per solstitia imbres vitibus conducunt. Hiberno quidem pulvere laetiores fieri messes, luxu-

Imbres vero. Theophrastus iterum loc. cit. Hard.

Amissione. Chifflet. codex, *emissione.* Ed. P.

Naturale est avide esurire. Veteres τὰ δένδρα καὶ λάχανα πεινῆν dixerunt, arbores, olera, et alias plantas esurire. Hinc apud Varron. de Re Rust. lib. I, c. 23: *In pingui rectius quae cibi sunt maioris, ut olus, triticum, siligo, linum.* Dalec.

Cibus autem earum imber. Theoph. non quidem imbrem cibum esse ait, sed alimenti copiam imbrem frequentem praebere. Dal.

Florescendi. Florum emissio, quo vis omnis arborum exhauriatur. H.

Quando nemini. Quando dubium nemini est, quin defatiscant ea tandem, quae in labore careant naturali, familiari, et assuetio cibo. Cibus autem arborum imber est. H.

Ergo qui dixit. Virgilium notat ita canentem, Georg. I, 100: *Humido solstitia, atque hiemes orate serenas, Agricolae; hiberno laetissima pulvere farra.* Hard.

Non pro arboribus. Sane sed pro farre ac frugibus. Nam de arboribus libro tantum Georgicorum sequenti Virgilius agit, ut ipsius carminis principia indicant, Georg. II, initio: *Hactenus arvorum cultus et sidera caeli; Nunc te, Bacche, canam, nec non silvestria tecum Virgulta, et prolem tarde crescentis olivae.* Plinium hoc loco nonnulli reprehendunt, ac Virgilium aliter interpretantur, quos tu vide apud Lacerdam, in Georgic. lib. I, vers. 100. Hard.

Hiberno quidem. Festus, verbo *Flominius*: *Habetur*, inquit, *in antiquo carmine, quum pater filio de agriculturo praeciperet: Hiberno pulvere, verno luto, grandia farra metes.* Macrobius, Sat. lib. V, cap. 20: *In libro vetustissimorum carminum*, inquit, *qui ante omnia quae o Latinis scripta sunt, compositus ferebatur, invenitur hoc rusticum vetus canticum: Hiberno pulvere, verno luto, grandia farro, Camille, metes.* Hard.

Laetiantis. Non utique vera dicentis, si ubique pulverulentam hie-

riantis ingeniifertilitate dictum est. Alioqui vota arborum frugumque communia sunt, nives diutinas sedere. Causa, non solum quia animam terrae evanescentem exhalatione includunt et comprimunt, retroque agunt in vires frugum atque radices: verum quod et liquorem sensim praebent, purum praeterea levissimumque, quando nix aquarum caelestium spuma est. Ergo humor ex his non universus ingurgitans diluensque, sed quomodo sititur distillans, velut ex
5 ubere alit omnia quae non inundat. Tellus quoque illo modo fermentescit, et succi plena, ac lactescentibus satis non effeta, quum tempus aperit, tepidis arridet horis. Ita maxime frumenta pinguescunt, praeterquam ubi calidus semper aër est, ut in Aegypto. Continuatio enim et ipsa consuetudo, idem quod modus aliubi efficit; plurimumque prodest, ubicumque non esse quod noceat. In maiore parte orbis, quum praecoces excurrere germinationes, evocatae indul-

mem segetibus optandam putavit. Galliae certe plurimisque orbis regionibus est id e re agraria maxime, ut, quemadmodum Plinius ait, diutinae nives sedeant. Nutriri hoc nivium frigore reperculiente semina terrae commissa, agnoscunt et agricolae nostri: et ex nivium copia futuras laetas messes praesagiunt. H.

Animam terrae. Terrenos halitus, qui radicibus fovendis et nutriendis prosunt· itemque calorem concludens nix coquit arvum. Hard.

Non universus, etc. Οὐκ ἀθρόως, non confertim illisus et diffluens, sed paullatim colliquescens et terram subiens. Theophrast. Dalec.

Quomodo sititur. Pro modo sitis. Hard.

Fermentescit. Fermentum, putris massa est. Et quoniam putria omnia terram, ut ita dicam, stercorant, ac pro laetamine sunt, *fermentescere* dictum puto pro laetificari, succi plenam fieri, pinguescere. Turneb. Adv. X, cap. 3, interpretatur: *diluitur, remollescit, putris et soluta redditur.* Dalec.

Quum tempus aperit. Quum solvuntur nives, et iam ver aperit terras: *Zephyrique tepentibus auris Laxant arva sinus*, ut Virgilius canit Georg. II, vers. 330. Hard.

Continuatio. Caloris, et molliori caeli. Haec vero de conditione caeli solique Aegyptii, etiam Theophrast. habet, de Caus. l. II, c. 2, pag. 233. Hard.

In maiore. Theophr. loc. cit. totidem plane verbis. Hard.

gentia caeli, secutis frigoribus exuruntur. Qua de causa serotinae hiemes noxiae, silvestribus quoque: quae magis etiam dolent urgente umbra sua, nec adiuvante medicina: quando vestire teneras intorto stramento in silvestribus non est. Ergo tempestivae 6
aquae hibernis primum imbribus, deinde germinationem antecedentibus. Tertium tempus est, quum educant poma: nec protinus, sed iam valido fetu. Quae fructus suos diutius continent, longioresque desiderant cibos, his et serotinae aquae utiles; ut viti, oleae, punicis. Hae iam pluviae generis cuiusque arboribus diverso modo desiderantur, aliis alio tempore maturantibus. Quapropter eisdem imbribus aliqua 7
laedi videas, aliqua iuvari, etiam in eodem genere, sicut in piris: alio die hiberna quaerunt pluvias: alio vero praecocia, ut pariter quidem omnia desiderent. Hibernum tempus est ante germinationem, quae Aquilonem Austro utiliorem facit. Ratio eadem mediter-

Serotinae hiemes. Quae intempestive et serius adveniunt: διὸ καὶ ὄπισθεν χειμῶνες χαλεποὶ τοῖς δένδροις. Theophr. loc. cit. Hard.

Umbra sua. Ramorum densitate solem haud admitteute: quum et silvestres arbores nemo sit qui curet, nemo qui his medeatur, nemo qui stramento, dum sunt adhuc tenerae, circumvestiat, ut defendat a frigore. Cato cap. xl: *Stramentis circumdato, alligatoque, ne gelu noceat.* Περιδοῦντες φλοιοῖς καὶ καλάμοις, καὶ τοιούτοις, ὅπως μὴ ψύχηται, μηδ' ὑποξηραίνηται, *ne frigeant, vel subarescant,* inquit Theoph. Hist. l. IV, cap. 18. H.

Ergo tempestivae. Tempestivi omnium maxime imbres hiberni nolantur: deinde qui germinationem antecedunt, tertium obtinent locum, qui postquam arbores defloruerunt, accesserint: pabulum enim, consummationemque fructibus praestare incipiunt, quum non confestim sequuti sunt, sed ubi fructus convaluerunt. Haec totidem verbis Theophrast. de Caus. lib. II, c. 3, ubi et singulorum causam investigat. H.

Desiderant cibos. Imbres. Theoph. loc. cit. Ὧν δὲ οἱ καρποὶ χρονιώτεροι, καὶ πλείονος δεόμενοι τροφῆς καὶ πέψεως, τούτοις ὡραῖα καὶ τὰ ὀψιαίτερα (ὕδατα), καθάπερ ἀμπέλῳ, ῥοᾷ, ἐλαίᾳ, τοῖς ἄλλοις. *Quibus vero fructus diuturniores, plusque alimenti coctionisque desiderantes, his seriores etiam imbres tempestivi accedunt: ut viti, punicae, oleae caeterisque.* H.

Quae Aquilonem Austro util. facit.

ranea maritimis praefert: sunt enim plerumque frigidiora: et montuosa planis, et nocturnos imbres diurnis. Magis fruuntur aquis sata, non statim auferente eas sole. Connexa et situs vinearum, arbustorumque ratio est, quas in oras debeant spectare. Virgilius ad occasus seri damnavit. Aliqui sic maluere, quam in exortu. A pluribus meridiem probari adverto: nec arbitror perpetuum quidquam in hoc praecipi posse. Ad soli naturam, ad loci ingenium, ad caeli cuiusque mores dirigenda solertia est. In Africa meridiem vi-

Expende an sit verior lectio, *quam Aquilo, quam Auster utiliorem fecit*: quoniam, ut superius ostendit, fruges quoque peius maturescunt Austrinis diebus, et paulo supra, *Hiemem Aquiloniam esse, omnibus satis utilissimum*. Pint.

Nocturnos imbres. Quoniam humorem ebibere largius plantae valent, quum is a sole non prorsus absumitur. Theophrast. loc. cit. H.

Virgilius. Ea de re Columella lib. III, cap. 12, p. 109: *Caeli regionem quam spectare debeant vineae, vetus est dissensio. Saserna maxime probante solis ortum, nunc deinde meridiem, tum occasum. Tremellio Scrofa praecipuam positionem meridianam censente: Virgilio de industria occasum sic repudiante: Neve tibi ad solem vergant vineta cadentem*. Libro nempe Georg. II, vs. 398. H.

Aliqui sic maluere. Democ. Geop. lib. V, cap. 4: Μᾶλλον μέντοι τὰ ἀνατολικά,.. Ἐνίοτε δὲ τὰ δυτικὰ ἔσται αἱρετώτερα μᾶλλον, ὅταν μακρὰν ὄντα τῆς θαλάσσης ἐπιπνέοντα ἔχει τὸν ζέφυρον. *Magis tamen orientales... Aliquando vero et occidentales potiores erunt, quum procul a mari dissitae Favonium adspirantem habent*. H.

Ad soli. Colum. l. c. *Nobis in universum praecipere optimum visum est, ut in locis frigidis meridiano vineta subiiciantur, tepidis orienti advertantur, si tamen non infestabantur Austris, Eurisque... Sin autem regiones praedictis ventis fuerint obnoxiae, melius Aquiloni, vel Favonio committentur*. H.

Ad caeli.... mores. Statum, habitumque aëris. Prius legebatur insulae, *minores*. At praeterquam *mores* habent exemplaria omnia manu exarata, Reg. Colb. Thuan. est usu recepta Latinorum ea forma loquendi, *caeli mores*, Plinioque ipsi lib. XIV, cap. 3, ubi caeli mores dixit, solique ingenia. Virgilio quoque Georg. I, vs. 51: *Ventos, et varium caeli praediscere morem Cura sit, ac patrios cultusque habitusque locorum*. Caeli statum dixit Columella de Re Rust. lib. I, cap. 1. Haad.

In Africa. Columella Plinio suffragatur, de Re Rust. lib. III, c. 12: *Ferventibus provinciis, ut Aegypto et Numidia uni septentrioni rectius opponentur*, vineta scilicet. Quapropter visa longe est potior scriptura codicum MSS. in quibus *colono insalubre* legitur, quam editorum, in quibus, plane contra scriptoris men-

neas spectare, viti inutile, colono insalubre est, quoniam ipsa meridianae subiacet plagae: quapropter qui ibi in occasum aut septemtriones conseret, optime miscebit solum caelo. Quum Virgilius occasus improbet, nec de septemtrione relinqui dubitatio videtur. Atqui in Cisalpina Italia magna ex parte vineis ita positis, compertum est esse fertiliores. Multum ratio- 12
nis obtinent et venti. In Narbonensi provincia atque Liguria, et parte Etruriae, contra Circium serere

tem, et a veritate prorsus abhorrente sententia, *colono salubre*. Irrepserat et alterum paulo post insigne mendum, praepostera interpunctione, quam nos omnium primi sanavimus. Sic enim libri editi exhibent: *Quapropter qui ibi, in Africa, in occasum aut septemtriones censeret, optime miscebit solum caelo, quum Virgilius in occasus improbet. Nec de septemtrione relinqui dubitatio videtur. Atqui in Cisalpina Italia magna ex parte vineis positis, compertum est, nullas esse fertiliores*. Cui vero, amabo, idonea ea ratio videatur, cur probetur occasus in Africa, quod Virgilius occasum improbet? Scribi nempe, ut curavimus, oportuit: *Optime miscebit solum caelo. Quum Virgilius occasus improbet, nec de septemtrione relinqui dubitatio videtur*: quam emendationem et ipsa orationis series, et interpretatio nostra corroborat. H.

Quum Virgilius occasus improbet. Versus est Virgilii, Georg. II, 298: *Neve tibi ad solem vergant vineta cadentem*. Dalec.

Nec de septemtrione relinqui dubitatio videtur. MSS. Reg. etc. *reliqua*. Non est, inquit, dubitandi locus, quin vineta male septemtrioni opponantur: quandoquidem magis noxius est septemtrionalis situs, quam sit occidentalis: occasum autem improbat Virgilius. Atque nihilominus in Italia Cisalpina, etc. Cisalpinam vocat, non eam quae cis Apenninum est, spectatque Inferum mare: nam quis Transalpinam quoque Italiam dici posse quisquam arbitretur, quae trans Apenninum altero latere in Superum seu Adriaticum vergit? sed plane censemus *Italiam Cisalpinam* dixisse eum, pro Gallia Cisalpina, quod sit illa Italiae pars: quam et Subalpinam idem appellat lib. sup. cap. 22. H.

Compertum est esse fertiliores. Franzius *nullas esse fertil*. Vocem *nullas* Harduinus Broteriusque ignorant. Eo. P.

Fertiliores. Apposite Pallad. lib. I, cap. 6: *Aquilo vites sibi obiectas fecundat: Auster nobilitat. Ita in arbitrio nostro est, utrum plus habeamus, an melius*. Aquilonem Palladius pro septemtrione usurpat. Praeiverat Columel. l. c. *Democrito et Magone*, inquit, *laudantibus caeli plagam septemtrionalem: quia existimet ei subiectas feracissimas fieri vineas, quae tamen bonitate vini superentur*. H.

Contra Circium. De eo diximus l. II, cap. 46. H.

imperitia existimatur; eumdemque obliquum accipere, providentia. Is namque aestates ibi temperat: sed tanta plerumque violentia, ut auferat tecta. (III.) Quidam caelum terrae parere cogunt: ut quae in siccis serantur, orientem ac septemtriones spectent: quae in humidis, meridiem. Necnon ex ipsis vitibus causas mutuantur, in frigidis praecoces serendo, ut
11 maturitas antecedat algorem. Quae poma vitesque rores oderint, contra ortus, ut statim auferat sol: quae ament, ad occasus, vel etiam ad septemtriones, ut diutius eo fruantur. Caeteri fere rationem naturae sequuti, in Aquilonem obversas vites et arbores poni suasere: odoratiorem etiam fieri talem fructum Democritus putat. (IV.) Aquilonis situm, ventorumque reliquorum, diximus secundo volumine, dicemusque

Sed tanta plerumque violentia, etc. Circin aedificia quassanti tamen incolae gratias agunt, tanquam salubritatem caeli sui debeant. Divus certe Augustus templum illi, quum in Gallia moraretur, et vovit, et fecit. DALEC.

Quidam caelum. Quidam caelum solo, qualecumque illud sit, servire cogunt: nam quum ratio fere suadeat, ut, quemadmodum paulo ante dictum est, caelum solo misceatur, et quae seruntur in humido, orienti opponantur, qui siccior est: quae in sicco, meridiei, hoc est, Austro, qui humidus est: hi contra caelum terrae servire cogunt: atque etiam e sicco solo caelique statu uvas ac fruges exposcunt: et ex humido pariter solo caeloque. H.

Orientem ac septemtriones spectent. Legendum puto *occidentem*, non *orientem*. Nam quum sol exsiccandi facultate praeditus sit, ut statim sequitur, si ea quae in siccis seruntur locis, et rore indigent, in orientem vergant, magis sitient, humoriscque magis expertia erunt. PINT.

In frigidis, etc. Columella lib. III, cap. 1: *Frigidaeque aut nebulosae caeli qualitati duorum generum vites aptabit: seu praecoques, quarum maturitas fungum praecurrit hiemem: seu firmi durique acini, quarum inter caligines uvae deflorescunt, et gelicidiis ac pruinis, ut aliae caloribus, mitescunt.* Sic idem lib. V, c. 10 de ficis: *Locis frigidis, autumni temporibus, et aquosis, praecoques ponito, ut ante pluviam fructum deligas.* Forte, *ante brumam*: quanquam et libro de arboribus cap. 21, etiam *ante pluviam* legitur. HARD.

Democritus putat. Alia id certe loco prodidisse necesse est, quem a Columella paulo ante laudari vidimus. HARD.

Secundo volumine. Libro II, cap. 46 et 47. HARD.

proximo plura caelestia. Interim manifestum videtur salubritatis argumentum, quoniam in meridiem etiam spectantium semper ante decidant folia. Similis et in maritimis causa. Quibusdam locis afflatus maris noxii, in plurimis iidem utiles: quibusdam satis e longinquo adspicere maria iucundum: propius admoveri satis halitum, inutile. Similis et fluminum stagnorumque ratio. Nebulis adurunt, aut aestuantia refrigerant. Opacitate, atque etiam rigore gaudent, quae diximus. Quare experimentis optime creditur.

III. A caelo proximum est terrae dixisse rationem haud faciliore tractatu: quippe non eadem arboribus convenit et frugibus plerumque: nec pulla, qualem habet Campania, ubique optima vitibus: aut quae tenues exhalat nebulas: nec rubrica multis laudata. Cretam in Albensium Pompeianorum agro, et argil-

Decidant. Vet. apud Dalec. *decidunt.* Ed. P.

Quibusdam satis. Quibusdam frugibus. H.

Admoveri. Sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. At Gron. et vulgg. *admovere.* Ed. P.

Halitum. Scilicet *maritimum* afflatum. H.

Nebulis adurunt. Emittunt enim flumina stagnaque nebulas, aurasque frigidas, quae rubigines deinde rreent, vitibus admodum satisque noxias, si ea nempe vicinior aint: eadem aliubi, sata in aestu refrigerant. Quare ad soli naturam dirigenda solertia est. Ita fere Democritus in Geopon. lib. V, cap. 5. Locum hunc partim ope codicum ante laudatorum refinximus, partim ex indubitata coniectura aliter, quam olim interpunximus. Sic enim prius legebatur: *Nebulis adurunt, et aestuantia refrigerant opacitate, atque etiam*, etc. In MSS. omnibus *aut.* Atqui prior pars huius orationis, *nebulis adurunt*, etc. ad flumina et stagna spectat, ut diximus. Posterior *opacitate atque etiam rigore*, etc. ad arbores, quae varios caeli situs postulant. H.

Quae diximus. Lib. XVI, cap. 30 et 31. H.

III. *Nec pulla.* Columella in Praef. *Atque in aliis regionibus nigra terra, quam pullam vocant, ut in Campania, est laudabilis: in aliis pinguis rubrica melius respondet*, etc. Et lib. II et X: *Putre solum, quod Campani pullum vocant.* H.

Aut quae tenues. Virgilium notat ita canentem, Georg. II, 217: *Quae tenuem exhalat nebulam, fumosque volucres... Illa tibi laetis intexet vitibus ulmos*, etc. H.

Albensium. Ab Alba Pompeia, de qua lib. III, cap. 7. H.

lam, cunctis ad vineas generibus anteponunt, quanquam praepingues, quod excipitur in eo genere. Invicem sabulum album in Ticinensi, multisque in locis nigrum, itemque rubrum, etiam pingui terrae permixtum, infecundum est. Argumenta quoque iudicantium saepe fallunt. Non utique laetum solum est, in quo procerae arbores nitent, praeterquam illis arboribus. Quid enim abiete procerius? aut quae vixisse possit alia in loco eodem? Nec luxuriosa pabula pinguis soli semper indicium habent: nam quid laudatius Germaniae pabulis? et tamen statim subest arena tenuissimo cespitum corio. Nec semper aquosa est terra, cui proceritas herbarum: non hercules magis, quam pinguis, adhaerens digitis, quod in argillis

Cunctis. Cunctis terrarum generibus, quae vineis putantur *idonea.* H.

Quod excipitur. Quum ea pinguitudo ad vites plerumque damnetur. Columella lib. III, cap. 11: *Cretosa humus utilis habetur viti: nam per se ipsa creta, qua utuntur figuli, quamque nonnulli argillam vocant, inimicissima est.* H.

Argumenta. Virgilii nunc fere placita reprehendit, de signis terrarum. Hard.

Non utique. Vt Virgilius censuit l. II, vs. 207: *Aut, unde iratus silvam devexit arator, Et nemora evertit multos ignava per annos*, etc. H.

Aut quae vixisse... in l. eodem? Nempe, quod abietis umbra, ut dicetur inferius c. 18, subditis fruticibus noverca est: et quaecumque attigerit, non dubie venenum est. Hard.

Nec luxuriosa. Quae Virgilius laudat Georg. II, 219: *Quaeque suo viridi semper se gramine vestit ... Illa tibi laetis*, etc. H.

Cespitum corio. Arenam integit tenuissimus cespes instar cutis aut crustae, vel corii. *In Africa quoque ac Numidia, teste Colum. in Praef. putres arenae fecunditate vel robustissimum solum vincunt.* H.

Nec semper. Virgilii versus eodem libro vers. 251: *Humida maiores herbas alit, ipsaque iusto Laetior.* Hard.

Adhaerens. Idem vers. 248: *Pinguis item quae sit tellus, hoc denique pacto Discimus: haud unquam manibus iactata fatiscit, Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo.* Virgilio tamen subscribit Columella lib. II, c. 2: *Itaque considerandum erit, ut solum quod excolere destinamus, pingue sit. Per se tamen id parum est, si dulcedine caret, quod utrumque satis expedita ratione contingit discere.* Nam perexigua conspergitur aqua gleba, manuque subigitur: ac si glutinosa est, et quovis levissimo tactu pressa inhaerescit, et *picis in morem ad digitos*

arguitur. Scrobes quidem regesta in eos nulla com- 3
plet, ut densa atque rara ad hunc modum deprehendi possit: ferroque omnis rubiginem obducit. Nec gravis aut levior iusto deprehenditur pondere: quod enim pondus terrae iustum intelligi potest? Nec fluminibus aggesta semper laudabilis, quando senescant sata quaedam aqua. Sed neque illa quae laudatur, diu, praeterquam salici, utilis sentitur. Inter argumenta stipulae crassitudo est, tanta alioqui in Laborino Campaniae nobili campo, ut ligni vice utantur: sed idem solum ubicumque arduum opere, difficile cultu, bonis suis acrius paene quam vitiis posset, affligit agricolam. Et carbunculus terra, quae ita vo- 4

lentescit habendo, ut ait Virgilius, eademque illisa humo non dissipatur: ea res admonet nos, inesse tali materiae naturalem succum et pinguitudinem. Idem Palladius lib. I, cap. 5. Hard.

Scrobes. . in eos. In eos scrobes regesta, unde effossa est. Columella loc. cit. *Sed et si velis, scrobibus egestam humum recondere, et recalcare, quum aliquo quasi fermento abundaverit, certum erit eam esse pinguem: quum defuerit, exilem: quum aequaverit, mediocrem*, etc. Simila est quod Virgilius praecipit, Georg. II, vers. 226: *Nunc, quo quamque modo possis cognoscere, dicam: Rara sit, an supra morem si densa requiras: Altera frumentis quoniam favet, altera Baccho... sin in sua posse negabunt Ire loca, et scrobibus superabit terra repletis, Spissus ager; glebas cunctantes, crassaque terga Exspecta, et validis terram proscinde iuvencis.* Hard.

Ferroque omnis. Quum tamen eam solam Virg. damnet, eod. lib. v. 220: *Nec scabie et salsa laedit rubigine ferrum.* H.

Nec gr. Virg. eod. lib. v. 254: *Quae gravis est, ipso taeitum se pondere prodit, Quaeque levis.* H.

Nec flum. Virgil. eod. lib. v. 184: *At quae pinguis humus .. Hinc summis liquuntur rupibus amnes, Felicemque trahunt limum.* At *videntur aquaticae* arbores *celerius interire*, ut Plinius ait lib. XVI, cap. 90. H.

Quando. Quandoquidem senescunt quaedam, quae sunt in aquis sata. Hard.

Praeterquam salici. Nam, ut alibi diximus, cum Virgilio vers. 110, *fluminibus salices* nascuntur. H.

Inter. Inter *optimae terrae* argumenta, crassitudo stipulae *censetur.* Hard.

Bonis suis. Bonitate sua magis fatigat agricolam, quam si magis vitiosum foret. H.

Et carbunculus. Quatuor illa verba: *terra, quae ita vocatur*, delenda; sunt enim manifeste adiecta a lectore exponente quid esset *carbun-*

catur, emendari vite macra putatur. Nam tofus scaber natura friabilis, expetitur quoque ab auctoribus. Virgilius et quae filicem ferat, non improbat vitibus; salsaeque terrae multa melius creduntur, tutiora a vitiis innascentium animalium. Nec colles opere nudantur, siquis perite fodiat. Nec campi omnes minus soles atque perflatus, quam opus sit accipunt. Et

culus. Pint. — *Carbunculus.* Carbunculus Vitruvio lib. II, cap. 6, arenae genus, quod in Etruria, adusta nimium vehementia vaporis materia, procreatur. Id terrae vitium quomodo vite macra sanetur, docet Cato cap. xxxvii: *Vinca*, inquit, *si macra erit, sarmenta sua concidito minute, et ibidem inarato, aut suffodito.* H. — *Carbunculus terra, quae ita vocatur*, etc. Arenae genus quae solis ardore, et magis adhuc volcanicis ignibus, carbonis colorem induit. Brot.

Tofus. Quamlibet a Virg. damnatus, eod. lib. vs. 214: *Et tofus scaber, et nigris exesa chelydris Creta.* Tofus est lapidis genus molle ac friabile, de quo dicetur uberius lib. XXXVI, cap. 48. Refellere non vacat novitium hominis eruditi commentum, tofum existimantis uliginosam esse palustremque terram. Colum. lib. III, c. 2: *Quis enim*, inquit, *vel mediocris agricola nesciat, etiam durissimum tofum, vel parlunculum, simul atque sunt confracti, et in summo regesti, tempestatibus, geluve, nec minus aestivis putrescere caloribus ac resolvi: eosque pulcherrime radices vitium per aestatem refrigerare, succumque retinere? quae res alendo surculo sunt accommodatissimae.* Hard.

Virgilius et quae filicem ferat, non improbat. Georg. lib. II, vs. 189: *Et filicem curvis invisam pascit aratris; Hic tibi praevalidas olim multoque fluentes Sufficiet Baccho vites; hic fertilis uvae, Hic laticis, qualem pateris libamus et auro.* H.

Salsaeque. A Virgilio ismen damnatae, ibid. 238, quod saporem vini corrumpit, et increments vitium virentium veluti quadam scabra rubigine coërcet, inquit Colum. lib. III, c. 4, ubi et Virgilii versus ipse recitat: *Salsa autem telius, et quae perlibetur amara, Frugibus infelix (ea nec mansueseit arando, Nec Baccho genus, aut pomis sua nomina servat).* At certe in terra salsa palmas seri oportere docet auct. Geop. II, 9, ipseque Plinius lib. XIII, cap. 8, et libri huius cap. 47, palmas ait et lentiscum salsis aquis ali. Alia multa etiam Theophr. de Caus. II, 7. H.

Nec colles. Vet. *nec colles vano opere.* Al. *Nec colles temere.* Ed. P. — *Nec colles.* Nec in collibus male opera collocatur, quanquam hos Virgilius improbat v. 179: *Difficiles primum terrae, collesque maligni.* H.

Nec campi. Id nempe reprehendit quod vulgus iactitat, venitque in usum proverbii, et est apud Nasonem, ut citari quidem ab aliis video, tantummodo *perflare altissima ventos.* H.

quasdam pruinis ac nebulis pasci diximus vites. Omnium rerum sunt quaedam in alto secreta, et suo cuique corde pervidenda. Quid quod mutantur saepe iudicata quoque ac diu comperta? In Thessalia circa Larissam emisso lacu frigidior facta eo regio est, oleaeque desierunt, quae prius fuerant. Item vites aduri, quod non antea, Aenos sensit admoto Hebro. Et circa Philippos cultura siccata regio mutavit caeli habitum. At in Syracusano agro advena cultor, elapidato solo,

Nebulis pasci diximus vites. Nempe in Ravennate agro, lib. XIV, cap. 4. Haan.

Pervidenda. Vet. apud Dal. *praevidenda.* Ed. P.

In Thessalia. Haec Theophr. de Caus. lib. V, c. 20. H.

Item vites aduri, quod non antea. Haec verba ad praecedentia spectant, ex Theophrasto, de Caus. Plant. lib. V, cap. 20. Proinde cum minore littera scribendum, *item vites aduri, quod non antea.* Theophrasti verba sunt: *Vt apud Larissam Thessaliae. Prius enim, quod aqua stagnante pigraque campus repletus esset, aër crassior et calidior erat: postea vero aqua educta colligique prohibita, aër frigidior est redditus, et gelationes plures sequutae sunt. Cuius rei argumentum afferunt, quod tunc oleae tum alibi, tum in Larissa oppida, magnae et optimae aderant, nunc autem nusquam habentur, et vites quoque tunc numquam congelabantur, nunc persaepe.* Item lego commutatis verbis, *vites aduri, quod non antea sensit. Thracia admoto*, etc. Pint. — *Item vites... Aenos sensit admoto Hebro.* Caetera singularum eiuscemodi mutationum causas erudite graecus scriptor prosequitur. De Aeno oppido, Hebroque amne, et Philippis diximus in Geographicis, lib. IV. Haan.

Thracia sensit admoto Ebro. Sic alii leg. Sed *Aenos sensit*, non *Thracia sensit*, vetus praefert lectio Aenon autem Thraciae nobilem urbem ad Ebrum fluvium sitam, omnes geographi et fere historici celebrant Sciendum tamen est locum hunc a Theophrasto libro citato, misere ibi decurtatum esse, non minus in codice graeco quam latino: unde contagione morbus Plinium invasit. Verba Theophrasti subtexam ex translatione Theodori, ut post collationem cum Pliniana constet, quomodo utrobique legendum sit: *Aqua autem non semper agrum reddi frigidiorem, sed etiam his quae prius iam diximus, argumentum, quod circa evenerat; haec enim tepidior nunc esse putatur, quia Ebrus amnis propior.* In his Theophrasti verbis desiderari puto civitatis nomen *Aenos*, legendumque, *Argumentum quod circa Aenon evenit. Haec enim*, etc. In Plinio vero plura adiicienda ad sensus integritatem videntur. Quae autem es sint, liberum unicuique ius censendi esto: mihi satis sit locum indicasse. Pint.

Et circa Philippos. Theophr. loc. cit. Haan.

At in Syracusano agro, etc. Theo-

perdidit fruges luto, donec regessit lapides. In Syria levem tenui sulco imprimunt vomerem, quia subest saxum exurens aestate semina. Iam in quibusdam locis similes aestus immodici, et frigorum effectus. Est fertilis Thracia frugum, rigore: aestibus, Africa et Aegyptus. In Chalcia Rhodiorum insula locus quidam est in tantum fecundus, ut suo tempore satum demetant hordeum, sublatamque protinus serant, et cum aliis frugibus metant. Glareosum oleis solum aptissimum in Venafrano, pinguissimum in Baetica. Pucina vina in saxo coquuntur. Caecubae vites in Pontinis paludibus madent. Tanta est argumentorum, ac soli varietas, ac differentia! Caesar Vopiscus, quum causam apud censores ageret, campos Roseae dixit Italiae sumen esse, in quibus perticas

phrast. de Causis Plant. lib. III, cap. 25: *Quod illi evenerat qui ex Corintho Syracusas profectus, culturam Corinthii agri in Syracusano servavit; quum enim lapides e segete frugali legisset, reddidit multo deteriorem; frumentum enim exarescebat, quum exemptis lapidibus, nihil haberet quo se protegeret.* Dalec.

Elapidato solo. Quum lapides ex agro sustulisset. H.

In Syria. MSS. et ipse auctor, lib. XI, c. 6. Theophrast. loco proxime citato. H.

In Chalcia. Sive Chalce, de qua lib. V, c. 36. H.

Glareosum. Columell. V, 8, p. 194: *Aptissimum genus terrae est oleis, cui glarea subest, si superposita creta sabulo admixta est. Non minus probabile est solum, ubi pinguis sabulo subest*, etc. Hard.

Pucina vina. Crescunt, inquit, maturanturque vina Pucina in solo saxoso. Plinius, XIV, 8: *Livia Augusta LXXXII annos vitae Pucino vino retulit acceptos... Gignitur in sinu Adriatici maris, non procul a Timavo fonte, saxeo colle, maritimo afflatu, paucas coquente amphoras.* In quibusdam libris *Punica* perperam legas. H.

In Pontinis. Sive Pomptinis, de quibus lib. III, c. 9. H.

Argumentorum. Vet. apud Dalec. *agrorum*. Ed. P.

Caesar Vopiscus. Varro de Re Rust. lib. I, c. 7: *Caesar Vopiscus aedilitius, causam quum ageret apud censores, campos Roseae Italiae dixit esse sumen, in quo relicta pertica postridie non appareret propter herbam.* H.

Campos Roseae. De quibus egimus lib. III, c. 17. H.

In quibus perticas pridie relictas gramen operit. Ex M. Varrone hoc, de Re Rust. lib. I, c. 7, ad cuius normam si locum hunc dirigas, sic leges *in quibus perticas relictas postridie gramen operiret.* Pint. — Conf. Varronis loc. p. 18, not. 41. Ed. P.

pridie relictas gramen operiret: sed non nisi ad pabulum probantur. Non tamen indociles natura nos esse voluit, et vitia confessa fecit, etiam ubi bona certa non fecerat. Quamobrem primum crimina dicamus.

(v.) Terram amaram, sive macram, si quis probare 8
velit, demonstrant eas atrae degeneresque herbae: frigidam autem, retorride nata: item uliginosam, tristia: rubricam oculi, argillamque, operi difficillimas, quaeque rastros ac vomeres ingentibus glebis onerent: quamquam non quod operi, hoc et fructui sit adversum. Item e contrario cineraceam, et sabulum album. Nam sterilis densa calto facile deprehenditur, vel uno ictu cuspidis. Cato breviter atque ex suo more

Non tamen. Non tamen nescire natura nos voluit, quae sciri oporteret. Hard.

Terram amaram, etc. Legendum: *Terram amaram probaverim demonstrantia rarae degeneresque herbae: frigidam autem retorride nata: item uliginosam, tristitia rubricam oculis: argillam, quae operi difficillima; quaeque rastros aut vomeres ingentibus glebis oneret, quanquam non quod operi, hoc fructui adversum: item e contrario cinericiom et sabulum album.* Salmas. — *Terram amaram, sive macram.* H. e. sive amaram salsamque, sive macram (sunt enim diversae) iisdem signis deprehendes. — *Terram*, etc. Sic totidem plane litteris et apicibus Colbert. 2, 3, et Par. nisi quod *eam* habent, non *eas*. At in Reg. 1, 2, Colbert. 1, Thuan. et aliis, *eas* legitur. In his tamen posterius appellatis mutila sententia est in hunc modum: *Terrom amaram probaverim, demonstrant eos*, etc. Vnde Salm. ita refingit in Solin. p. 114: *Terram amaram probaverim demonstrantia*, etc. H.

Retorride nata. Velut frigore adustae herbae, et ut Palladius ait, lib. I, c. 5, ubi vim eius vocis explanat, naturalis sueci egentes. H.

Vliginosam. Semper humidam, quod in loco praesertim aequo contingit, quum aquae non habent delapsum, ut loquitur Varro de Re Rust. lib. I, cap. 6. Quod si modice humida terra sit, tunc *dulci uligine laeta* intelligitur, qualis e Virgilio laudatur, Georg. lib. II, vs. 184. H.

Nam sterilis. Nam quae sterilis est terra, densa est, *durtie* quae calli instar est, facile deprehenditur. H.

Terram cariosam cave, etc. Cariosam et variam terram Colum. lib. II, c. 4, expooil nimbis exiguis semimadidam, quum post longas siccitates levis pluvia glebarum superiorem partem madefecit, inferiorem non attigit. Dal. — Colum. ipsum audias inf. n. 7. Ed. P. — *Terrom cariosam*,

vitia determinat: Terram cariosam cave, neve plau-
9 stro, neve pecore impellas. Quid putamus hac appellatione ab eo tantopere reformidari, ut paene vestigiis quoque interdicat? Redigamus ad ligni cariem, et inveniemus illa, quae in tantum abominatur, vitia, aridae, fistulosae, scabrae, canescentis, exesae, et pumicosae. Plus dixit una significatione, quam possit ulla copia sermonis enarrari. Est enim interpretatione vitiorum quaedam, non aetate (quae nulla in ea intelligi potest), sed natura sua, anus terra: et
10 ideo infecunda ad omnia, atque imbecilla. Idem agrum optimum iudicat ad radicem montium planitie in meridiem excurrente; qui est totius Italiae situs: terram vero teneram quae vocetur pulla. Erit igitur haec optima et operi, et satis. Intelligere modo libeat di-

etc. Cato de Re Rust. II, 5 pag. 11: *Terram cariosam caveta ne ares, neve plaustrum, neve pecus impellas: si ita non caveris, qua impuleris, triennii fructum amittes.* H.

Redigamus. Sic em. Hard. cum Pint. ex MSS. *redeamus* Gronov. et al. Eo. P.

Aridae, fistulosae. Columell. II, 4, p. 47: *Quam terram rustici variam cariosamque appellant, ea est, quum post langas siccitates levis pluvia superiorem partem glebarum madefacit, inferiorem non attingit.... Quae sic subacta sunt arva, continuo triennio sterilitate afficiuntur.* Vide quae de terra varia dicturi sumus lib. XVIII, c. 49. H.

Non aetate, quae nulla. » Falso credidit Tremellius, *inquit Colum. II*, 1, pareotem omnium terram, sicut muliebrem sexum, aetate anili iam confectam, progenerandis fetibus esse inhabilem, etc. » H.

Idem agrum. Cato, c. 1: *Si poteris, sub radice montis siet, in meridiem spectet.* H.

Qui est totius Italiae. Plin. III, 6, de Italia: *Incedit per maria, caeli regione ad meridiem quidem: sed si quis id diligenti subtilitate exigat, inter sextam horam, primamque brumalem.* Harc.

Terram vero teneram. Cato, c. CLI: *Quo pacto cupresseta seri aporteat.... Per ver serito in loco, ubi terra tenerrima erit, quam pullam vocant.* H.

Et operi, et satis, etc. Et rastris vomeribusque facilis et frugibus laeta, In ed. Parm. *et operi sativa.* Hermolaus, *et operi satior.* Reg. 1 et Colb. ac Chifflet. *et operi satia.* Reg. 2 et Tol. *et aperiet sata.* Vode Pinliani coniectura fuit, quam consecuti sumus, *et aperi, et satis.* Coniecturam egregie firmamus, ex auctore Geop. II, 8, ita statuente, laudatissimum esse solum terrae nigrae,

ctam mira significatione teneram : et quidquid optari debet, in eo vocabulo invenietur. Illa temperatae ubertatis, illa mollis facilisque culturae, nec madida, nec sitiens, illa post vomerem nitescens: qualem fons ingeniorum Homerus in armis a Deo celatam dixit, addiditque miraculum nigrescentis, quamvis fieret in auro. Illa quam recentem exquirunt improbae alites, vomerem comitantes, corvique aratoris vestigia ipsa rodentes. Reddatur hoc in loco luxuriae quoque sen- 11

quia et ad sata percommoda sit, nec repugnet operi, καὶ πρὸς σπόριμα ἐπιτηδείως ἔχουσα, καὶ μὴ δυσεργής. Sed et haud paulo validiore argumento, ex ipsius Plinii verbis, qui paulo ante, quum de argilla et rubrica ageret, ubi operi difficillimas has esse dixit, subiecit idem: *Quanquam non quod operi, hoc et fructui sit adversum.* Vnde liquidu intelligas in probatione terrae dotem hanc geminam ab eo desiderari, scil. ut et operi optima sit, et satis, seu frugibus. Hardo.

Teneram, etc. Facilem et modice resolutam. Colum. lib. II, cap. 2, et lib. I, cap. 11. Pullae Cato meminit, lib. XXIV. Idem terram tenerrimam pullam vocat cap. CLI. Virgil. *putre solum* vocat: *putre solum, namque hoc imitamur arando.* De cuius verbi significatione Victor. lib. XII, cap. 23. Pint. — Virgilius iterum in Georgicis: *Zephyro putris se gleba resolvit.* Turneb. Advv. XVIII, cap. 27. Dal.

Homerus, etc. Iliados Σ, vs. 541: Ἐν δ' ἐτίθει νειὸν μαλακὴν, πίειραν ἄρουραν, Εὐρεῖαν, τρίπολον· πολλοὶ δ' ἀροτῆρες ἐν αὐτῇ Ζεύγεα δινεύοντες ἐλάστρεον ἔνθα καὶ ἔνθα. Οἱ δ' ὁπότε στρέψαντες ἱκοίατο τέλσον ἀρούρης, Τοῖσι δ' ἔπειτ' ἐν χερσὶ δέπας μελιηδὲς οἴνου Δόσκεν ἀνὴρ ἐπιών· τοὶ δὲ στρέψασκον ἀν' ὄγμους, ἱέμενοι νειοῖο βαθείης τέλσον ἱκέσθαι. *In eo etiam ponebat novale molle, pingue solum, latum*, etc. Noctem e Terra genitam fabulis proditur, quod terrae soli obiectae densitati Mathematici tribuunt, qua de causa poëtae γῆν μέλαιναν Rhodig. lib. XXV, cap. 16. Dalec.

Addiditque. Ibid. vs. 548: Ἡ δὲ μελαίνετ' ὄπισθεν, ἀρηρομένῃ δὲ ἐῴκει, Χρυσείῃ περ ἐοῦσα· τὸ δὴ περὶ θαῦμ' ἐτέτυκτο. *Novale, quod erat proscissum, nigrescebat a tergo: et aratae terrae simile erat, quamvis in auro id exhiberetur: id vero ingens miraculum fuit.* H.

Nigrescentis. Nigram apud Theophrastum probat Leophanes. Dal.

Fieret in auro. MSS. omnes, *ex auro.* Hard.

Corvique. Id vero corvis familiare idcirco potius quod semina, quam quod recentem terram exquirant. Nam, ut Macrobius ait, Saturn. VII, 5: *corvos videmus universis inhiare seminibus*: quod et sacri codices commemorant, Luc. XII, 24. H.

Rodentes. Vel. *radentes.* Ed. P.

tentia et aliqua in propositum. Certe Cicero, lux doctrinarum altera: « Meliora, inquit, unguenta sunt, quae terram quam quae crocum sapiunt. » Hoc enim maluit dixisse, quam redolent. Ita est profecto: illa erit optima, quae unguenta sapiat. Quod si admonendi sumus, qualis sit terrae odor, ille qui quaeritur, contingit, saepe etiam quiescente ea sub occasum solis, in quo loco arcus caelestis deiecerit capita sua: et quum a siccitate continua immaduit imbre: tunc emittit illum suum halitum divinum ex sole conceptum; cui comparari suavitas nulla possit. Is esse odor in commota debebit, repertusque neminem fallet: ac de terra odor optime iudicabit. Talis fere est in novalibus caesa vetere silva, quae consensu lau-

Lux doctrinarum altera. Post Homerum, qui, ubi dictum proxime, fons ingeniorum fuit. H.

Quae terram. Vide quae iam antea diximus lib. XIII, cap. 4. H.

Quiescente ea. Nec aratro scissa, aut commota. H.

In quo loco arcus. Egimus de ea re iamdudum, lib. XII, c. 52. H.

Immaduit imbre. Martial. lib. III, ep. LXV: *Palladius Eoo thure quod ignis olet: Gleba quod aestivo leviter quum spargitur imbre*, etc. H.

Talis fere est in novalibus caesa vetere silva. Legend. *incensa vetere silva*, non *caesa*, ex Theophr. evidenter, lib. VI de Caus. Plant. cap. 25, his verbis: *Siccitas enim est quae odores vel omnium, vel certe aliquorum facere possit, quod obiter in terra quoque perspicuum est, ubi tempore aestivo solo adusto imbres accesserint. Humor enim admissus, ferventique pulveri permixtus, odorem generat, quod idem in ceteris etiam facit. Nam et quod de arcu caelesti referunt, arbores et loca reddere odorata ubicumque constiterit, tale est: reddit enim non in omnibus modis odorata, sed si qua materia combusta proxime sit. Nec id forsitan per se agit, sed quodammodo per eventum: impluit enim locis ubi constiterit. Quippe materiae combustae admixtus humor vaporem quemdam odoremque excitat, neque enim quae multum descendit, sed magna parte guttae irroraut, ita ut caliditatis siccitatisque modus non desit.* Haec Theophr. Patrocinatur etiam correctioni nostrae Aristot. duodecima Problematum sect. 4, quaest. 3: *Provenit*, inquit, *odoris ille affectus, non qualitercumque se materies habeat, neque enim in viridi, neque in arida, sed in usta post aquam quae arcui supervenerit, certam reddi suavitatem odoris pastores referunt.* Plin. — *Vetere silva.* Quam potissimum Virgilius laudat, ut diximus paulo antea, *Vnde iratus silvam devexit arator, Et nemora evertit*, etc. Hard.

datur. Et in frugibus quidem ferendis eadem terra 12
utilior intelligitur, quoties intermissa cultura quievit: quod in vineis non fit: eoque diligentius eligenda est, ne vera exsistat opinio eorum, qui iam Italiae terram existimavere lassam. Operis quidem facultas in aliis generibus constat et caelo: nec potest arari post imbres aliqua, ubertatis vitio lentescens. Contra, in Byzacio Africae illum centena quinquagena fruge fertilem campum, nullis, quum siccus est, arabilem tauris, post imbres vili asello, et a parte altera iugi, anu vomerem trahente, vidimus scindi. Terram enim terra emendari (ut aliqui praecipiunt) super tenuem pingui iniecta, aut gracili bibulaque super humidam

Opinio eorum, etc. Etiamque Tremellii Scrofae aliorumque, quos Columella appellat; cuius perelegans de hoc argumento oratio est, tum in praef. operis, tum lib. II, cap. 1: *Quaeris*, inquit, *ex me, Publi Silvine, cur, priore libro Veterum opinionem ferme omnium, qui de cultu agrorum locuti sunt, a principio confestim repulerim, falsamque sententiam repudiaverim, censentium longo aevi situ, longique iam temporis exercitatione fatigatam et effetam humum consenuisse. Nec te ignoro, quum et aliorum illustrium scriptorum, tum praecipue Tremellii auctoritatem revereri, qui quum plurima rusticarum rerum praecepta simul eleganter et scite memoriae prodiderit, videlicet illectus nimio favore priscorum, de simili materia disserentium, falsa credidit parentem omnium terram, sicut muliebrem sexum, aetate anili iam confectam, progenerandis esse fetibus inhabilem*, etc. De Scrofa Tremellio egimus in Auctorum Indice. H.

Operis quidem. Arandi proscindique soli facilitas, in aliis terrarum generibus a caelo pendet. H.

Ubertatis vitio. Ob pinguitudinem, quae ubertatem facit, quum vomere scinditur, lentescit, nec friabilis est, solubilisque in pulverem. H.

In Byzacio. De eo iam diximus lib. V, cap. 3; sed ibi centesima tantum fruge reddere fenus terra dicitur forte mendose, pro centena quinquagena. Quum lib. XVIII, cap. 21, *e modio, ut ait ipse, in Byzacio Africae campo, centeni quinquageni modii reddantur.* H.

Vili asello. De asinorum ministerio in arando diximus lib. VIII, cap. 63. Hasn.

Vt aliqui. Apud Theophrast. de Causs. III, 25, quod et ipse Theophrastus probat, argumentis non adeo poenitendis. Atque id quidem Vbios, quanquam gentium solos, usurpare cap. seq. dicetur. H.

ac praepinguem, dementia operae est. Quid potest sperare qui talem colit?

IV. (VI.) Alia est ratio, quam Britannia et Gallia invenere alendi eam ipsa: quod genus vocant margam. Spissior ubertas in ea intelligitur. Est autem quidam terrae adeps, ac velut glandia in corporibus, ibi densante se pinguitudinis nucleo. (VII.) Non omisere et hoc Graeci: quid enim intentatum illis? Leucargillon vocant candidam argillam, qua in Megarico agro utuntur, sed tantum in humida frigidaque terra. Illam Gallias Britanniasque locupletantem cum cura dici convenit. Duo genera fuerant. Plura nuper exerceri coepta proficientibus ingeniis. Est enim alba, rufa, columbina, argillacea, tofacea, arenacea. Natura duplex: aspera, aut pinguis. Experimenta utriusque in manus; ususque geminus, aut ut fruges tantum alant, aut edant et pabulum. Fruges alit tofacea alba,

Quid potest. Sic ex MSS. emend. Harduin. Gronov. et al. *quod enim potest.* Ed. P.

IV. *Alendi eam.* Terram terra alendi. Hard.

Margam. Ita MSS. omnes. Posteriores *margilam*, mox et *marlam*, unde nostri *marle*, *margne* et *marne*. Edictum Pictense Caroli Calvi, laudatum a D. Du-Cange. § 29: *Margilam, et alia quaeque carricare.* Multa de ea Caesius de Mineral. II, 2, pag. 144, et Georg. Agricola de Nat. Fossil. II, p. 185, 189. Fossas unde marga seu marla eruitur, Galli vocant *marnières.* H. — *Margam.* Eius usum apud nos restituit Bernardus Palissy. Brot.

Spissior. Maior frugum ubertas in marga posita esse deprehenditur. H.

Ibi densante. Ibi densante se et cogente velut in nucleum callumque terrae pinguitudine. Hard.

Leucargillon. Voce conflata e duabus, λευκός et ἄργιλλος. H. — Argilla candida, nobis *terre à pipe*; et mox *marga* alba, *la marne blanchâtre*; rufa, *rougeâtre*; columbina, *brune*; tofacea, *marne pétrifiable*, *tofeuse*; arenacea, *marne pétrifiable*, *sablonneuse.* Brot.

In manus. Manu, ac tractatu, differentia utriusque agnoscitur. Hard.

Aut edant et pabulum. Non frugum modo fertiles sint, verum etiam et pabuli. Sic glissomarga versa vice mox dicetur pabuli, quam frugum, fertilior. Dal. — *Fruges alit tofacea alba, quae ai sit*, etc. E MSS. Reg. 1, 2, et editione principe, Broterius edidit *tofacea: olbaque, si inter fontes*, etc. Et sic legendum iam optime viderat eruditus Petsvius. Ed. P.

quae si sit inter fontes reperta, est ad infinitum fertilis: verum aspera tractatu, et si nimia iniecta est, exurit solum. Proxima est rufa, quae vocatur acaunumarga, 3 intermixto lapide terrae minutae, arenosae. Lapis contunditur in ipso campo: primisque annis stipula difficulter caeditur propter lapides. Impendio tamen minimo levitate, dimidio minoris quam caeterae, invehitur. Inspergitur rara: sale eam misceri putant. Vtrumque hoc genus semel iniectum in L annos valet, et frugum, et pabuli ubertate. (VIII.) Quae pingues esse sentiuntur, ex his praecipua alba. Plura eius genera. Mordacissimum, quod supra diximus. Alterum genus albae cretae argentaria est. Petitur ex alto, in centenos pedes actis plerumque puteis, ore angustatis: intus, ut in metallis, spatiante vena. Hac maxime Britannia utitur: durant annis LXXX; neque est exemplum ullius qui bis in vita hanc eidem iniecerit. Tertium 4

Acaunumarga. Sic MSS. Reg. Colbert. Thuan. Chiffl. non *eapnumargos* (ut in Gronovio perperam legitur). Hoc est, citra smarorem marga, ab α privativo, et καυνός, amarum, atque ob id malum. Haao.

Contunditur. Plerique nunc sinunt gelu resolvi, et tempestatibus. H.

Stipula. Aegre stipula secatur, messisque peragitur, occursu assiduo lapidum. Haao.

Levitate. Ob levitatem, dimidio minore quam caeterae sumptu invehitur. Haao.

In L annos. In Gallia ad decem tantum, hac aetate. Haao.

Plura eius genera. Margae nimirum albae: alterum genus mordacissimum, quod et asperum, et exurens solum, de quo proxime dictum est; pingue alterum, e genere albae cretae, argentarium vocatur, quoniam nitorem argento reddit, ut dicetur lib. XXXVI, cap. 58; non, uti Cardanus somniavit, quod ex ea creta possit argentum detrahi. Vtuntur ea fabri argentarii, ad argentea vasa politenda; ut Tripoli, seu Tripolitana terra, ad aurea aereave. H.

Puteis, ore angustatis. Sic editio princeps aliaeque. Broterius ex MSS. Regg. 1 et 2, *puteis; ore angustatur.* Ed. P.

Intus, etc. Totus exspatiante fossura, ut in fodinis metallicis; quarum os pariter angustum, subterranei deinde meatus longissime exspatiantur. Haao.

Durant. Ita MSS. Albae nimirum cretae geminae. Haao. — Gronov. veteresque editt. *durat.* Ed. P.

genus candidae, glissomargam vocant. Est autem creta fullonia mixta pingui terra, pabuli quam frugum fertilior; ita ut messe sublata ante sementem alteram laetissimum secetur. Dum in fruge est, nullum aliud gramen emittit. Durat xxx annis: densior iusto Signini modo strangulat solum. Columbinam Galliae suo nomine eglecopalam appellant: glebis excitatur

Glissomargam. Sic restituimus eam vocem, ex fide codicum Colb. 1, 2, Reg. 1, 2, 3, Th. Chiffl. etsi in editis *Glischomargon* legitur, quod ex Anglico *Glister* fulgere, deduci volunt, qui vocum origines sectantur. Alii a γλύσσων deducunt, quam vocem Aristoph. pro γλυκύτερος, *dulcior*, usurpavit: ut hoc margae genus videlicet, cum altero collatum, quod acaunumargam Veteres dixere, hoc est, sine amaritudine, dulcius eo esse intelligatur. Harb.

Creta fullonia. Creta illa, *la marne à foulons.* Brot.

Laetissimum secetur. Gr. et al. *laetissimam.* Eo. P. — *Laetissimum secetur.* Nempe pabulum. Hard.

Nullum aliud. Gramen aliud nasci non sinit. Harb.

Signini modo. Glissomarga, inquit, quum densius quam par est, iniecta fuerit, Signini operis modo, strangulat, consternit, uceluditque solum, ut sata, veluti suffocatum, haud proferat. Signini operis pavimentique faciendi ratio a Plinio traditur lib. XXXV, cap. 48. Prius legebatur, *cymini modo.* Cyminum vero nocere solo nusquam legere me memini. Neque vero *cymini* habent MSS. ulli codices, sed, uti curavimus edi, *Signini*, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, 3, Th. Chifflet. Vet. Dal. Glissomargam vero recte intelligimus, quum densius iusto immittitur, instar pavimenti Signini sua spissitate hoc afferre incommodi, quod Theophr. de Causs. lib. III, cap. 20, p. 293, creari monet ab humido limosoque solo, quum siccatur, ut commissa semina oblinat, obstruatque, adeo ut transmittendi potestatem adimat. Signini operis densitatem, praeter ea quae sumus alibi dicturi, illud Columellae dictum arguit ex lib. I, cap. 6: *Solum terreum.... velut Signinum opus, poviculis condensatur.* Hard.

Eglecopalam oppellat. Quidam legunt *Aiglipeliam*, id est, splendidam et lividam: αἰγλήεις, lucidus; πελιός livilus. Caeterum ea vox graeca potius fuerit quam gallica. In vetusto legitur, *suo nomine e groeco* (lego, *sed et groeco*) *Pelian* appellat. Dal. — *Eglecopalam.* Ita MSS. omnes. Celticum nomen esse Plinius sperte monet; quare displicet Hermolai coniectura legentis e graeco *pelian*: ut sit sententis, Gallias s Graeco acceptum nomen corrupisse in suum. Graece enim πελειὰς columba dicitur, quae livido colore: unde et nomen margae columbinae. Harb.

Glebis excitatur lopid. modo; sole et gelatione, etc. E terra maiores eius margae moles seu glebae extrahuntur, ut lapides e lapidicinis: eaedem in tenues bracteas sole ac gelu solvuntur. Harb. — *Glebis*, etc. Inde columbina illa marga dicitur quoque *la marne pierreuse.* Brot.

lapidum modo: sole et gelatione ita solvitur, ut tenuissimas bracteas faciat. Haec ex aequo fertilis. Arenacea utuntur, si alia non sit: in uliginosis vero, et si alia sit. Vbios gentium solos novimus, qui fertilissimum agrum colentes, quacumque terra infra tres pedes effossa, et pedali crassitudine iniecta laetificent. Sed ea non diutius annis x prodest. Hedui et Pictones calce uberrimos fecere agros: quae sane et oleis, et vitibus utilissima reperitur. Omnis autem marga arato 6
iiicienda est, ut medicamentum rapiatur: et fimi desiderat aliquantulum, quae primo plus aspera, et quae in herbas non effunditur: alioqui novitate, quaecumque fuerit, solum laedet, ne sic quidem primo post anno fertilis. Inter est et quali solo quaeratur. Sicca enim humido melior, arido pinguis. Temperato alterutra, creta vel columbina, convenit.

V. (IX.) Transpadanis cineris usus adeo placet, ut 4
anteponant fimo iumentorum: quod quia levissimum est, ob id exurunt. Vtroque tamen pariter non utuntur in eodem arvo, nec in arbustis cinere, nec quasdam ad fruges, ut diximus. Sunt qui pulvere quo-

Haec ex aequo fertilis. Pabuli nimirum ac frugum. HARD.

Vbios gentium solos novimus. Vbii Germanica gens erat, sed in Gallicam ripam a Romanis traducta, quo loco nunc est celeberrima Agrippinensis colonia. GELEN.

Quacumque terra infra tres pedes effossa, et pedali crassitudine iniecta laetificent. Laetum agrum, inquit, uberemque faciunt, quum terram infra tres pedes effossam steriliori solo iniiciunt pedali crassitudine. HARD.

Omnis autem marga arato iniicienda est, ut medicamentum rapiatur, etc. Vbi iam solum aratum est: ut terra facilius vim margae medicatam et salubrem hauriat. In libris quibusdam *aratro*, male. HARD.

Temperato. Sic ex MSS. em. Hard. cons. MS. Gr. et al. *temperatae.* ED. P.

V. *Cineris usus.* De quo Virgil. Georg. I, 80: *Ne saturare fimo pingui pudeat sola; neve Effetos cinerem immundum iactare per agros.* Quae porro traduntur a Virgilio agricolationis praecepta, ea sunt ex Italiae Circumpadanae ritu petita, ut Plinius adnotavit lib. XVIII, cap. 30. HARD.

Vt diximus. Cap. III, his verbis:

que uvas ali iudicent, pubescentesque pulverent, et vitium arborumque radicibus aspergant. Quod certum est Narbonensi provinciae, et vindemias certius sic eo coqui, quia plus pulvis ibi, quam sol, confert.

VI. Fimi plures differentiae: ipsa res antiqua. Iam apud Homerum regius senex agrum ita suis manibus laetificans reperitur. Augeas rex in Graecia excogitasse traditur: divulgasse vero Hercules in Italia, quae regi suo Stercuto Fauni filio ob hoc inventum immortali-

Quippe non eadem arboribus convenit et frugibus plerumque. H.

Sunt qui pulvere. Hanc pulveris excitationem, quae fossione fit, quum pubescunt uvae, hoc est, quum nigrescere incipiunt, laudat etiam Theophrast. de Caus. III, 22, p. 285: Τὴν δὲ ὑποκόνισιν.... ὅταν ἄρχωνται περκάζειν οἱ βότρυες, etc. H.

VI. *Apud Homerum*, etc. Laërtes. Cic. de Senect. cap. 54: *Quid de utilitate loquar stercorandi? Homerus... Laërtem lenientem desiderium, quod capiebat e filio, colentem agrum, et eum stercorantem fecit.* Homeri versus est eiusdemodi, Odyss. Ω, v. 225: Τὸν δ' οἶον πατέρ' εὗρεν ἐϋκτιμένῃ ἐν ἀλωῇ, Λιστρεύοντα φυτόν. Vbi illud λιστρεύοντα *stercorantem* Cicero et Plinius reddiderunt. H.

Suis manibus laetificans reperitur Homer. Odyss. Ω: ἐϋκτιμένῃ ἐν ἀλωῇ λιστρεύοντα φυτόν. In pomario bene structo circumfodientem, radentem, laevigantem arborem (tot enim λιστρεύειν significat: unde λίστρον rusticum instrumentum quo id peragitur.). Cicero in Catone et Plin. hoc loco aut obliviose, aut negligenter λιστρεύειν, καρπίζειν, stercorare et laetificare exposuerunt. De Vlysse id dicitur, qui patrem sic occupatum deprehendit. Aelianus Hist. lib. VII, cap. 5, recte significatum eius verbi reddidit: Καὶ Λαέρτης αὐτουργῶν ὑπὸ τοῦ παιδὸς πεφώραται, καὶ φυτὸν ξύων, καί τοι γηράσκων βαθύτατα. *Laërtes, quamvis iam extrema senectute, in opere a filio deprehensus est, arborem radens.* A priscis tamen illis stercoratos fuisse agros cognoscimus ex Odyss. P: ὄφρ' ἂν ἄγοιεν Δμῶες Ὀδυσσῆος τέμενος μέγα κοπρήσοντες. Brod. cap. 13. Victor. Observat. XXVIII, cap. 4. Adscribendos alios versus Homeri putavi, qui ad hanc rem pertinent: Δὴ τότε κεῖτ' ἀπόθεστος ἀποιχομένου Ὀδυσῆος Ἐν πολλῇ κόπρῳ, ἣ οἱ προπάροιθε θυράων Ἡμιόνων τε, βοῶν τε ἅλις κέχυτ', ὄφρ' ἂν ἄγοιεν, etc. Dalec.

Augeas. Ille Eleorum rex, quem Hercules sustulit. Inde Paroemia, *Augiae stabulum.* H.

Stercuto. Ita MSS. non *Stercutio.* Isidorus, Origg. XVII, 4: *Stercorandi agri rationem primus induxit quidam nomen Stercutus in Italia, cuius ara Pico dedicata est Romae.* Sed rectius forte *Sterculus*, uti legimus apud Tertull. Apol. cap. 25, et lib. II ad Nat. cap. 9, et apud Prudentium, in hymno S. Laurentii, vers. 450. Macrobius Sat. lib. I, cap. 7, p. 218, Saturnum hunc fuisse censet, *Stercutum dictum, quod primus ster-*

tatem tribuit. M. Varro principatum dat turdorum fimo ex aviariis: quod etiam pabulo boum suumque magnificat: neque alio cibo celerius pinguescere asseverat. De nostris moribus bene sperare est, si tanta apud maiores fuere aviaria, ut ex his agri stercorarentur. Proximum Columella columbariis, mox gal- 2
linariis facit, natantium alitum damnato. Caeteri auctores consensu humanas dapes ad hoc inprimis advocant. Alii ex his praeferunt hominum potus, in

core fecunditatem agris comparaverit. Hard.

M. Varro. De Re Rust. I, 38: *Stercus optimum scribit Cassius esse volucrum, praeter palustrium ac nantium. De hisce praestare columbinum, quod sit calidissimum, ac fermentare possit terram. Id ut semen aspergi in agro oportere, non ut de pecore acervatim poni. Ego arbitror praestare ex oviariis turdorum ac merularum: quod non solum ad agrum utile, sed etiam ad cibum, ita bubus, ac suibus, ut fiant pingues.* H.

Quod etiam pabulo boum. Ad pabulum et cibum boum suumque. H.

De nostris. Non adeo damnandi mores nostri videntur. H.

Proximum. Colum. de Re Rust. II, 15: *Tria igitur stercoris genera sunt praecipua; quod ex ovibus, quod ex hominibus, quod ex pecudibus confit. Avium primum habetur, quod ex columbariis egeritur: deinde, quod gallinae caeteraeque volucres edunt, exceptis tamen palustribus aut nantibus, ut anatis et anseris: nam id noxium quoque est. Maxime tamen columbinum probamus.... Secundum deinde, quod homines faciunt*, etc. H.

Caeteri auctores. Theophr. Histor. VII, 5. Varro et Colum. ll cc. H.

Humanas dapes. Sic alvi proluviem et lotium circumloquitur. Eadem locutione usus est, qui dixit, *Reliquias cibi, et humorem quem profundimus*, Theophr. Hist. lib. II, cap. 9. Dalec.

Alii ex his. Alii, inquit, humanum lotium anteponunt, cum pilo qui in coriariorum officinis fuerit eo lotio madefactus. Haec coriariorum retrimenta sordesque cum lotio pariter commendat inprimis auctor Geopon. II, 20, pag. 59: Καὶ ὁ μέγιστόν ἐστι, καὶ καθ' ἑαυτὸ μεῖζον ὠφελοῦν πάντα τὰ φυτά.... τὸ οὖρον τὸ ἀνθρώπειον.... ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν σκυτοδεψῶν ἀκαθαρσίαν. Quin et Theophrastus addit, de Caus. II, pag. 287, eo stercore nonnulla ex silvestrium numero in urbanum habitum transiisse. H.

Alii per sese. Alii lotium seu urinam adhibent solam, ac sine coriariorum retrimentis admixtis, tantum aqua, ne agrum perurat Colum. II, 15: *Aptior est tamen surculis hominis urina, quam sex mensibus passus fuerit veterascere: si vitibus aut pomorum arboribus adhibeas, nullo alio magis fructus exuberat: nec solum ea res maiorem fecit proventum, sed etiam saporem et odorem vini pomorumque reddit meliorem.* Hard.

coriariorum officinis pilo madefacto. Alii per sese, aqua iterum, largiusque etiam, quam quum bibitur, admixta. Quippe plus iam ibi mali domandum est, quum ad virus illud vini homo accesserit. Haec sunt certamina, quibus invicem ad tellurem quoque alendam utuntur homines. Proxime spurcitias suum laudant. Columella solus damnat. Alii cuiuscumque quadrupedis ex cytiso: aliqui columbaria praeferunt. Proximum deinde caprarum est, ab hoc ovium, deinde boum, novissimum iumentorum. Hae fuere apud priscos differentiae, simulque praecepta (ut invenio) re tali utendi, quando et hic vetustas utilior: visumque iam est apud quosdam provincialium, in tantum abundante geniali copia pecudum, farinae vice cribris superiniici, foetore aspectuque, temporis viribus, in quamdam etiam gratiam mutato. Nuper repertum, oleas gaudere maxime cinere e calcariis fornacibus. Varro

Q. plus iam ibi mali. Plus, inquit, vitii corrigendum emendandumque est: quum ad virus, quod vinum habet in se, etiam illud accesserit, quod ex humano traxit corpore, per quod potus transmeat. In quibusdam libris *male*, pessime. H.

Proxime spurcitias. Theophr. l. c. Hard.

Columella solus. E Latinis: nam e Graecis auctor Geopon. I, 29; Columellam secutus est Palladius lib. XXXIII. Hard.

Al. columbaria. Colum. l. c. Geop. auctor pag. 57. H.

Proximum deinde caprarum est. Cato c. xxxvi; Varro, l. c. Auctor Geop. loc. cit pag. 58. H.

Vetustas utilior. Utilius est vetustiorum sequi praecepta Cave enim de stercoris vetustate accipias. Enim vero, ut recte Colum. II, 15: *Stercus omne, quod tempestive repositum, anno requieverit, segetibus est maxime utile: nam et vires adhuc solidas habet, et herbas non creat. Quanto autem vetustius sit, minus prodest, quoniam minus valet: itaque pratis quam recentissimum debet iniici, quod plus herbarum progeneret*, etc. Quae Pallad. lib. XXXIII, de sterquilinio, totidem fere verbis exscripsit. H.

Geniali. Fecunda. H.

Farinae vice cribris superiniici. In modum farinae cribro agris superiniici. Hard.

Temporis viribus. MS. *vicibus.* Ed. P. — *Temporis viribus.* Progressu temporis ac vetustate. H.

Oleas gaudere maxime cinere e calcariis, etc. Quin et calcem ipsam ad emendandum terrae vitium, in qua

praeceptis adiicit, equino, quod sit levissimum, segetes alendas: prata vero graviore, et quod ex hordeo fiat, multasque gignat herbas. Quidam etiam bubulo iumentorum praeferunt, ovillumque caprino, omnibus vero asininum, quoniam lentissime mandunt. E contrario usus adversus utrumque pronunciat. Inter omnes autem constat nihil esse utilius lupini segete, priusquam siliquetur, aratro vel bidentibus versa, manipulisve desectae, circa radices arborum ac vitium obrutis. Etiam ubi non sit pecus, culmo ipso, vel etiam filice, stercorare arbitrantur. Cato: Stercus 5

olea seritur, Columella adhibet lib. V, cap. 9: *Solent etiam*, inquit, *vitio soli fructum oleae negare: cui rei, sic medebimur. Altis gyris ablaqueabimus eas, deinde calcis pro magnitudine arboris plus minusve circumdabimus, sed minima arbor modium postulat.* Hard.

Varro. De Re Rust. lib. I, c. 38: *Minime bonum equinum, sed in segetes: in prato enim vel optimum, ut coeterarum veterinarum, quae hordeo pascuntur, quod multam facit herbam.* Hard.

Iumentorum. Vt equinum, mulinum. Sic Colum. lib. II, c. 15, p. 71. Haro.

Ovillumque caprino) *Suillum*, non *ovillum* praeferi nostrum exemplar. Pint.

Omnibus vero asininum. Desideari hic puto verbum hoc, *Columello*, ut repetas verbum ante dictum, *praefert*: sequitur enim *e contrario usus adversus utrumque pronunciat.* In quibus verbis illud *utrumque* non haberet quo referretur, nisi hic adderes *Columello*. Praeferi autem Columella stercus asininum caeteris omnibus quae ex pecudibus fiunt lib. II, c. 15. Dal.

Adversus utrumque. Varronis scilicet et Columellae placitum modo allatum. Hard.

Inter omnes. Colum. II, 14: *De lupino nihil dubito, atque etiam de pabulari vicin: si tamen eam viridem desectam confestim aratrum subsequatur, et quod falx reliquerit, priusquam inarescat, vomis rescindat, atque obruat: id enim cedit pro stercore*, etc. In eodem habitat argumento c. 16. Haro.

Siliquetur. Priusquam siliquas faciat. Haro.

Etiam ubi. Colum. II, 15: *Nec ignoro quoddam esse raris genus, in quo neque pecora, neque ovis haberi possint: attamen inertis est rustici eo quoque loco defici stercore. Licet enim quamlibet frondem, licet e vepribus compitisque congesta colligere: licet filicem sine iniuria vicini, etiam cum officio decidere, et permiscere cum purgamentis cortis.* H.

Cato. De Re Rust. cap. XXXVII, p. 32: *Stercus unde focios: stramenta, lupinum, paleas, frondem iligneam,*

unde fiat, stramenta, lupinum, paleas, fabalia, ac frondes ilignas, quernasque. E segete evellito ebulum, cicutam, et circum salicta herbam auctam ulvamque: eam substernito ovibus, frondemque putidam. Vinea si macra erit, sermenta suo comburito, et ibidem inarato: itemque ubi saturus eris frumentum, oves ibi delectato.

VII. Nec non et satis quibusdam ipsis pasci terram dicit. Segetem stercorant fruges; lupinum, faba, vicia. Sicut e contrario cicer, quia vellitur, et quia salsum est: hordeum, fenum Graecum, ervum: haec omnia segetem exurunt, et omnia quae velluntur: nucleos in segetem ne indideris. Virgilius et lino segetem exuri, et avena, et papavere arbitratur.

querneam. Ex segeti vellito ebulum, cicutam, et circum salicta herbam altam, ulvamque: eam substernito ovibus, bubusque frondem putidam. Ita libri omnes, etiam Pliniani MSS. non *putridam*. H.

Fabalia. Fabales alas, ut Varro lib. I, cap. 31, Rei Rust. et Cato c. VII, locuti sunt, vel acera fabarum, τὰ ἄχυρα κυάμινα. In Geoponicis: Τὴν δ' ἀλμυρὰν γῆν ἐν ἀρχῇ χειμῶνος, ὑστεροῦ περιγενομένου κινήσας ἀρότροις μικροῖς, ἀχύροις διαπάσεις, κάλλιον μὲν κυαμίνοις. Dal. — *Fabalia.* Stipulae fabales. H.

Ilignas quernasque. Broterius ex MSS. Regg. et editione principe, *ilignea querneasque.* Ed. P.

Herbam auctam. Ex MS. Reg. 2, Broterius reposuit *herbam mactam*, hoc est, herbam quae adolevit. Ed. P.

Frondemque putidam. Sic quoque Chiffl. *putridam* Gronov. et alii. Mox pro *vinea si macra erit*, exhibet Gronov. *vin. si macruerit.* Ed. P.

Vinea si. Cato cap. XXXVII: *Vinea si macra erit, sarmenta sua concidito minute, et ibidem inarato, aut infodito.* Harc.

Et ibidem. Bene MS. Reg. 1, *et indidem inarato.* Bact.

Itemque ubi. Cato cap. XXX: *Vbi sementim facturus eris, ibi oves delectato.* Apud Catonem alii legunt *delegato.* Sententia haec est: oviarium septum, caulasque campestres ibi statuito, ubi fimo locum stercorent. Fimum Latini laetomen appellant, ut inferius dicturi sumus lib. XVIII, c. 40. Harc.

VII. *Segetem.* Cato c. XXXVII: *Quae segetem stercorent fruges. Lupinum, faba, vicia.* Et paulo ante: *Cicer, quod vellitur, et quod salsum est, eo malum. Hordeum, fenum Graecum, ervum, haec omnia segetem exurunt, et omnia quae velluntur. Nucleos in segetem ne indideris.* A Catone et Plinio stat et Saserna apud Colum. de Re Rust. II, 14, pag. 69. H.

Virgilius. Georgic. I, vs. 77: *Vrit enim lini campum seges, urit avenae;*

VIII. Fimeta sub dio concavo loco, et qui humorem colligat, stramento intecta, ne in sole arescant, palo e robore depacto fieri iubent: ita fore ne innascantur his serpentes. Fimum miscere terrae plurimum refert Favonio flante, ac luna sitiente. Id plerique prave intelligunt a Favonii ortu faciendum, ac februario mense tantum: quum id pleraque sata aliis postulent mensibus. Quocumque tempore facere li-

Vrunt Lethaeo perfusa papavera somna. Vide et Colum. l. c. II. — *Virgilius et luna segetem exuri.* Broterius vocem *lina* prorsus ignorat. Gronov. edidit *et ligno et segetem.* Ed. P.

VIII. *Fimeta.* Varr. de Re Rust. l. I, c. 38: *Sterquilinium secundum villam facere aportet... In eo si in medio robustea aliqua materia sit depacta, negant serpentem nasci.* Colum. II, 15: *Licet depressa fossa, qualem stercori reponenda primo volumine fieri praecepimus, cinerem, coenumque cloacarum, et culmos, caeteraque, quae everruntur, in unum congerere. Sed eodem medio loco robusteam materiam defigere convenit: namque ea res serpentum noxam latere in stercore prohibet.* H.

Et qui humorem. Proditum illud et a Colum. I, 6: *Sterquilinia quoque duo sint: unum quod nova purgamenta recipiat, et in annum conservet, alterum, ex qua vetera vehantur. Sed utrumque more piscinarum devexum leni clivo, et exstructum, pavitumque solum habeat, ne humorem transmittant. Plurimum enim refert non adsicoata succo fimum vires continere, et assidua macerari liquore: ut si qua interiecta sint stramentis aut paleis, spinarum vel graminum semina intereant, nec in agrum exportata segetes herbidas reddant. Ideoque periti rustici quidquid ovilibus stabulisque conversum progesserunt, superpositis virgeis cratibus tegunt, nea arescere ventis sinunt, aut solis incursu patiuntur exuri.* H.

Palo e robore, etc. Robusta aliqua materia in medio depacta. Varro et Colum. Dalec.

Luna sitiente. Hoc est, sicca, ut Plinius ipse ait, hoc cap. et 24, fine, non imbrifera. Negantur qui sitientem, aut siccam dici autumant, Turnebum sequuti, quod lunam aquis ali, sive fluviatilibus, sivi marinis Stoici putarent: sitire, quum expers luminis foret: udam, quum plena esset: uti nos siccum pro sobrio, pro ebrio madidum dicimus. Apud Catan. hodie non *sitiente*, sed *silente* legitur: tamen *sitiente* exhibent Plin. MSS. omnes. Catonis verba sunt, cap. XXIX: *Stercus sic dividito... quartam partem in pratum reservata; idque tum maxime opus erit, ubi Favonius flabit: evehita luna silenti*, pro sitienti. Itaque *sitiente luna* eodem significatu dici nunc a Plinio palam est, qua ipse prius lib. XIII, cap. 7, *anna sitienti* dixit: et quo Colum. II, 8, *sitienti solo*, et *sicco solo*, hoc est, imbrium experte. H.

Ac februario. Columellae haec oratio est lib. II, 18: *Sed in totum curandum est, ut secundum Favonii*

beat, curandum ut ab occasu aequinoctiali flante vento fiat, lunaque decrescente ac sicca. Mirum in modum augetur ubertas effectusque eius observatione tali.

IX. (x.) Abunde praedicta ratione caeli ac terrae, nunc de his arboribus dicimus, quae cura hominum atque arte proveniunt. Nec pauciora prope sunt genera: tam benigne naturae gratiam retulimus. Aut enim semine proveniunt, aut plantis radicis, aut propagine, aut avulsione, aut surculo, aut insito et con-

exortum, mense februario, circa idus, immixtis seminibus feni, macriora loca, et utique celsiora stercorentur. Haan.

Flante vento fiat, lunaque decrescente. Sic Geop. auctor II, 19, et Colum. II, 16. Item Pallad. in Febr. tit. 20. H.

Ac sicca. Hoc est, minime pluvia, ut diximus. Vsus est ea voce Propert. II, eleg. 17: *Nec licet in triviis sicca requiescere luna.* Et eleg. 28: *Incipit et sicco fervere terra Cane.* Vbi Sirio exardescente carere pluviis aestatem haud obscure significat: sive, ut Tibullus ait lib. I, el. 4: *Aestivi tempora sicca Canis.* Haan.

IX. *Nec pauciora.* Nec pauciora serendi genera ars hominum et cura invenit, quam natura: quae tribus modis arbores edit, ut diximus lib. XVI, cap. 58. Sponte, aut semine, aut radice: semine, inquam, fortuito labente ex arbore, non facta ex arte et industria seminatione. Sic naturae paria retulimus. H.

Aut enim semine. Modos sea enumerat, quibus arbores per artem proveniant: hos et Virgilius fere recenset, Georg. lib. II, vs. 23. Theophrastus Plinio consentit, Hist. lib. II, 1. 1.° Seminationem. 2.° Plantarum cum radice translationem e seminario in alium locum; hunc modum Theophrastus ἀπὸ ῥίζης vocat: plantas radicum Galli, *du plant.* 3.° Propagationem, quae praesertim in vitibus nota est, *provigner, faire des provins.* 4.° Avulsionem, qua stolones, *les rejetons*, una cum fibris et radiculis e stirpe aut corpore arboris abscinduntur, et sulcis seu scrobibus mandantur: quod in arboribus ferme omnibus usurpatur. 5.° Surculum, sive taleam e cacumine rami amputatam, quae infossa sine radice crescit ac virescit: vulgo *planter des scions.* 6.° Insitionem, quum surculus unius arboris alteri immittitur, quae quasi in eius naturam transit, *enter.* H.

Aut insito et consecto. Hoc est, insitione, quae fit etiam secto ac fisso arboris summo trunco, quo vel unus, vel plures surculi in fissuram inserantur, *enter en fente.* Forte sincerior lectio Reg. 2 et Tol. quem Pintianus laudat, *aut insito in consecto arboris trunco.* De eo inserendi modo Virg. Georg. II, 78 seq. *Aut rursum enodes trunci resecantur, et alte Finditur*

secto arbori trunco. Nam folia palmarum apud Babylonios seri, atque ita arborem provenire, Trogum credidisse demiror. Quaedam autem pluribus generibus seruntur, quaedam omnibus.

X. Ac pleraque ex his ipsa natura docuit, et in primis semen serere, quum decidens exceptumque terra vivesceret. Sed quaedam non aliter proveniunt, ut castaneae, iuglandes: caeduis dumtaxat exceptis. Ex semine autem, quamquam dissimili, ea quoque, quae et aliis modis seruntur: ut vites, et mala, atque pira. Namque iis pro semine nucleus, non ut supra dictis fructus ipse. Et mespila semine nasci possunt. Omnia haec tarda proventu, ac degene-

in solidum cuneis via; deinde feraces Plantae immittuntur: nec longum tempus, et ingens Exiit ad caelum ramis felicibus arbos, Miraturque novas frondes, et non sua poma. Alteram simul inserendi viam, quae fiebat semine, qui dictum est cap. 22, subobscure Plinius indicat: quum et altera ratione, hoc est, et consecto arboris trunco, fieri insitionem docet. Cave porro Dalecampium audias, haec verba, *consecto arboris trunco*, sic interpretantem, *conciso frustulatim et in terram demisso*: quod quemadmodum fieri possit nemo, qui agricolationi studuerit, novit; etsi Dalecampium hac parte Virgilii quosdam interpretes sequutos intelligimus. H. *Aut insito et consecto.* Broter. *insito in consecto*; neque adeo poenitendum censet MS. Reg. 1 lectionem, *aut insito, aut consecto*, quae omnia exprimit insitionum genera. Ed. P.

Nam folia palmarum apud Babylonios seri. Vix credit Theophrastus iis, qui etiam e virgis ἀπὸ τῶν ῥάβδων ἐν Βαβυλῶνι palmas provenire aiunt, Histor. lib. II, cap. 2. H.

Pluribus generibus. Pluribus modis e sex proxime appellatis. H.

X. *Sed quaedam non aliter.* Quam semine. Virgil. Georg. II, 11: *Pars autem posito surgunt de semine: ut altae Castaneae.* H.

Caeduis. Quae succisae, rursus e stirpibus aut radicibus renascuntur. Hard.

Et mespila. Palladius in Martio tit. *Mespilum:* »Seritur et semine: sed in longiorem speratur aetatem.« Hard.

Omnia haec. Virgil. Georg. II, 57 sq. *Iam, quae seminibus iactis se sustulit arbos, Tarda venit, seris factura nepotibus umbram; Pomaque degenerant succos oblita priores.* Vide et Palladium lib. III in Febr. tit. 25. Theophrast. Hist. lib. II, c. 3: Οσα δὲ ἀπὸ τοῦ καρποῦ τῶν δυναμένων καὶ οὕτω βλαστάνειν, ἄπαν θ' ὡς εἰπεῖν χείρω, τὰ δὲ καὶ ὅλως ἐξίσταται τοῦ γένους· οἷον ἄμπελος, μηλέα, συκῆ, ῥοά, ἄπιος, etc. *Quae semine*

rantia, et insito restituenda. Interdum etiam castaneae.

XI. Quibusdam natura contra omnino non degenerandi, quoquo modo serantur: ut cupressis, lauris: namque et laurus pluribus modis seritur. Genera eius diximus. Ex his Augusta, et baccalis, et tinus, simili modo seruntur. Baccae mense ianuario, Aquilonis afflatu siccatae leguntur, expandunturque rarae, ne calefiant acervo. Postea quidam fimo ad satum praeparatas, urina madefaciunt. Alii in qualo pedibus in profluente deculcant, donec auferatur cutis. Alioquin uligo infestat, nec patitur nasci. In sulco repastinato palmi altitudine vicenae fere acervatim mense martio: eaedem et propagine seruntur; triumphalisque talea tantum. Myrti genera omnia in Campania baccis seruntur, Romae propagine Tarentina. Democritus et

quoque proveniunt, ea fere deteriora redduntur. Quaedam etiam omnino degenerant, ut vitis, malus, ficus, punica, pirus. H.

Et insito. Insitione. H. — Vet. apud Dalec. *insitu.* Ed. P.

XI. *Quibusdam.* Theophrast. Hist. lib. II, cap. 3, haec paulo enucleatius. H.

Cupressis, lauris. Vet. *cupressis, palmis, lauris.* Ed. P.

Genera eius diximus. Lib. XV, c. 39. H.

Postea quidam fimo. Sic paulo post fimo diluto macerari semen iubet. In quibusdam libris, *fumo*, male. H. — *Ad satum praeparatas.* Vet. apud Dalec. *ad serendum paratas.* Ed. P.

Alioquin uligo. Cuticulae, quae baccas vestit, nimius humor erumpere semen inclusum non patitur. Hard.

Repastinato. Refosso. H.

Mense martio. Palladius mense februario seri iubet l. III, sive febr. tit. 23. H.

Triumphalisque. Laurus triumphalis, de qua cum reliquis generibus lib. XV, cap. 39, talea tantum sive surculo seritur, qui modus est e sex enumeratis quintus. H.

Myrti genera omnia in Campania baccis seruntur, Romae propagine Tarentina. Democritus et alio modo seri docet. Scribo diversa distinctione et lectione: *Myrti genera omnia in Campania baccis seruntur, Romae propagine. Tarentinam Democritus*, etc. Nam genus esse myrti Tarentinam supra Plinius docuit lib. XV, cap. 29. Pint. — *Myrti genera.* De his egimus lib. XV, cap. 37. H.

Democritus. Et Florentinus in Geop. XI, cap. de Plantatione myrti: Οἱ δὲ τῷ σπέρματι προσφάτως ληφ-

alio modo seri docet, grandissimis baccarum tusis leviter ne grana frangantur, eaque intrita reste circumlini, atque ita seri: parietem fore densitatis, ex quo virgulae differantur. Sic et spinas sepis causa serunt, tomice moris spinarum circumlita. Pilas autem laurus et myrti inopia a trimatu tempestivum est

βίντι περιστρέψαντες σειρὰν ἐκ βουτόμου πεπλεγμένην εἰς τάφρον ἐμβάλλουσιν. Sunt qui baccis recens lectis (sic enim interpretandum. Ed. P.), *restem e palustri herba tortum (quam butomum vocant), circumligent: et sic in fossam iniiciunt.* H.

Reste circumlini. Sic ex MS. emend. Hard. cons. Chiffl. *restem circumlini* Gronov. et al. Ed. P.

Parietem fore. Sic fore septem e myrto densissimam, parietis vice, e qua surculi deinde caedi plures possint, qui alio transferantur. H.

Tomice. Hoc est, iunceo, linen, palmeove funiculo, moris, quae rubi vel spinae ferunt, suntque nunc seminis vice, circumligato. Palladius, in Febr. tit. 24 de Hortis: *Circa idus februarias sepes hortorum ex congesto in funibus spinarum semine faciendа est, sicut dictum est, quum de munimine loqueremur hortorum.* Nempe l. I, tit. 34 de locis horti, pomarii et sepibus: *Alii spinarum plantas no semina in munitione disponunt. Sed melius erit rubi semina, et spinae, quae rubus caninus vocatur, matura colligere, et cum farina ervi ex aqua macerata miscere: funes dehinc sparteos veteres hoc genere mixtionis sic indueere, ut intra funes semina recepta serventur usque ad verni temporis initia. Tunc ubi sepes futura est, duos sulcos tribus a se pedibus separatos sesquipedis altitudine faciemus: et per utrosque, funes cum seminibus obruemus levi terra.* H.

Pilas autem. Baccas intelligit laurus ac myrti, tomice sive reste, ut proxime dictum est, in pilae modum circumlitas, atque ita satas: has, ubi cogit inopia, statim a trimatu ait tempestive transferri. — Sic libri omnes, tum exarati manu, tum typis editi. Has vero *pilas* concoquere Dal. quum minime posset, nec capere quid eae sibi vellent, quid ea vox valeret, sic immutare, seu vetius pessumdare locum hunc omni ope nitebatur: *Pullas autem lauros et myrtos oenopas, a trimatu*, etc. Lauros deinde ac myrtos, ait, quum sint grandiores, a colore subnigro οἰνωπὰς vocari. Quosdam legere addit idem: *Pullos autem lauri et myrti in inopia.* Alios, *pullulos autem.* Sed nec a germana huius loci scriptura, quam exemplaria omnia prae se ferunt, discessisse oportuit, et quid pilae essent, decuit indagare solertius. Est enim huius loci sententia, ut diximus, baccas lauri myrtique, reste, seu tomice, ut dictum est, circumlitas, atque adeo pilarum effigiem exhibentes, atque ita satas, ubi cogit inopia, statim a trimatu tempestive transferri. Myrtum quidem ita seri, non ex Plinio modo, hoc ipso capite liquet, sed et ex Florentino, in Geop. ut diximus prioribus notis. Sic Palladius in Mar-

transferre. Inter ea quae semine seruntur, Mago in nucibus operosus est. Amygdalas in argilla molli meridiem spectante seri iubet; gaudere et dura, calidaque terra: in pingui aut humida mori, ac sterilescere. Serendas quam maxime falcatas, et e novella, fimoque diluto maceratas per triduum, aut pridie quam serantur, aqua mulsa. Mucrone defigi, aciem lateris in Aquilonem spectare: ternas simul serendas triangula ratione, palmo inter se distantes: denis diebus adaquari, donec grandescant. Iuglandes nuces porrectae seruntur commissuris iacentibus. Pineae nucleis septenis fere in ollas perforatas additis: aut ut

tio, lil. de Citreo: *Potest hinc trima planta transferri.* Hard.

In nucibus. Amygdalinis, iuglandibus, pineisque. Haro.

Gaudere, etc. Palladius a Magone facit, in Ian. l. II, tit. 15: *Amant, inquit, agrum durum, siccum, calculosum, caelum calidissimum: et quia mature florescere consueverunt, ita statuendae sunt, ut arbores ad meridiem spectent.* Haro.

Serendas. Palladius loc. cit. *Sed ipsa amygdala ad ponendum, et nova leganus, et grandia. Quae antequam ponamus, pridie mulsa aqua ita ut ne nimis maceremus, ne germen exstinguat ex multo melle mordacitas. Alii prius fimo liquido per triduum nuces eas macerant: deinde die et nocte esse patiuntur in mulsa, sed quae suspicionem tantum possit habere dulcedinis.* Sic et Florent. in Geop. lib. X, cap. 57, pag. 282. H. — *Quam maxime falcatas*, etc. Maxime curvas, et e novella arbore. Brot.

Mucrone. In carinae similitudinem composita amygdala est: carinae acumen Plinio mucro est: acies lateris, carina ipsa ima, latusque, qua falcis aciem imitatur. Aliter tamen Pallad. loc. cit. tit. 16: *Ponemus nuces transversas, ut latus, id est, carina ipsa figatur in terra: caeumen ipsum, quum ponimus nucem, in Aquilonis partem dirigemus.* Stare a Plinio Damogeron videtur, Geopon. lib. XVII, c. 53. H. — *Mucrone defigi*, etc. Amygdalae defiguntur mucrone, *la pointe*; ita ut acies lateris, *le taillant du coté*, in Aquilonem spectet. Brot.

Denis diebus. Decimo quoque die. Pallad. loc. cit. tit. 25: *Quum in seminario amygdala disponimus, si siccitas intercesserit, ter in mense rigemus, et herbis nascentibus circumfodiendo saepe purgemus.* H.

Commissuris. Qua parte bifores putaminum valvulae connectuntur. H. — *Porrectae seruntur commissuris iacentibus.* Iuxta suam longitudinem seruntur iuglandes nuces, ita ut earum commissurae, *leurs jointures*, iaceant. Brot.

laurus, quae baccis seritur. Citrea grano et propagine: sorba semine, et a radice planta, et avulsione proveniunt. Sed illa in calidis: sorba et in frigidis, et humidis.

XII. Natura et plantaria demonstravit, multarum radicibus pullulante sobole densa, et pariente matre quas enecet. Eius quippe umbra turba indigesta premitur: ut in lauris, punicis, platanis, cerasis, prunis. Paucorum in hoc genere rami parcunt soboli, ut ulmorum, palmarumque. Nullis vero tales pulluli proveniunt, nisi quarum radices amore solis atque imbris in summa tellure spatiantur. Omnia ea non statim moris est in sua locari, sed prius nutrici dari, atque

Aut ut laurus. Quae quemadmodum baccis seratur, dictum est principio capitis huius. H.

Citrea grano. Pallad. lib. IV in Martio, tit. 10: *Mense martio citri arbor quatuor modis seritur: semine, ramo, talea, clava... Si granis velis serere, ita facies: terram in duos pedes fodies, cinerem miscebis*, etc. Hard.

Sorba semine. Pallad. in Ian. tit. 15: *Mense ianuario, februario et martio, locis frigidis... sorba serantur egregie, ita ut matura in seminario ipsa poma pangantur... Plantas etiam si quis ponere voluerit, habebit arbitrium... Amat loca humida, montana, et frigidis proxima, et solum pinguissimum*, etc. H.

Et a radice planta. Seu plantis radicis, qui secundus modus e sex recensitis serendi generibus. H.

Sed illa in calidis. Palladius, de Cicero, loc. cit. *Amat terram rarioris naturae, caelum calidum, humoremque continuum... Sed si quis hoc genus, ut in regione frigida nutriatur, extorquet; loco vel parietibus munito, vel in meridianam partem verso disponat hanc arborem*, etc. H.

XII. *Multarum radicibus.* E multarum arborem radicibus. Secundum serendi genus superius memoratum explicat. H.

Quas enecet. Ramorum opacitate. Virgil. Georgic. II, vs. 53: *Nea non et sterilis, quae stirpibus exit ab imis... Nunc altae frondes, et rami matris opacant, Crescentique adimunt fetus, uruntque ferentem.* H.

Vt in lauris. Virg. Georg. II, vs. 17: *Pullulat ab radice aliis densissima silva: Vt cerasis, ulmisque; etiam Parnassia laurus Parva sub ingenti matris se subiicit umbra.* H.

Tales pulluli. Stolones. Pullos et Cato vocat, cap. LI: *Propagatio pomorum, aliarumque arborum. Ab arbore abs terra pulli qui nascentur, eos in terram deprimito, extollitoque primorem partem, uti radicem capiat*, etc. Nos vulgo, *rejetons*. Hinc verbum *pullulare* deductum, quasi pullulos emittere, quod et pullulascere Colum. IV, 21, dixit. H.

Non statim moris est in sua locari.

in seminariis adolescere, iterumque migrare. Qui transitus mirum in modum mitigat etiam silvestres; sive arborum quoque, ut hominum natura, novitatis ac peregrinationis avida est: sive discedentes virus relinquunt, mansuescuntque tractatu, ceu ferae, dum radici avellitur planta.

XIII. Et aliud genus simile natura monstravit, avulsique arboribus stolones vixere. Quo in genere et cum perna sua avelluntur, partemque aliquam e matris quoque corpore auferunt secum fimbriato corpore. Hoc modo plantantur punicae, coryli, mali, sorbi, mespili, fraxini, fici, in primisque vites. Cotoneum ita satum degenerat. Ex eodem inventum est surculos abscissos serere. Hoc primo sepis causa factum, sambucis, cotoneo, et rubis depactis: inox et

Ita MSS. Reg. Colbert. etc. In sua terra, stabili, certa, in qua semper consistant, unde transferri nefas. H.

Dum radici avellitur planta. Certior lectio, ni fallor, *dum radicis avellitur planta.* Appellat enim *radicis plantam*, viviradicem, ut in initio huius cap. *Aut enim semine proveniunt, aut radicis plantis.* Pint. — *Dum radici avellitur.* Dum ei terrae eripitur, ubi radices primum egit. H.

XIII. *Et aliud genus.* Quod ἀπὸ παρασπάδος Theophrasti vocat, Hist. lib. II, cap. 1, avulsione stolonum, sive radice, sive a corpore. Quartum id serendi genus supra memoratum. A Virgilio tactum, Georgic. II, vs. 23: *Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum Deposuit sulcis.* H.

Avulsique arboribus stolones, etc. Ἀπὸ παρασπάδος Theophrastus, Hist. lib. II, c. 1. In genere stolones hic tam adoati radici, quam revulsi a matris corpore. Theophr. φυτευτήρια. Dalec.

Cum perno. Cum parte corporis, seu matricis, quae sic avulsa pernae similitudinem habet. Calcem idem ipse appellat, cap. 35. H.

Fimbriato. Sive fibrato, hoc est, cum quibusdam radicum fibris. Theophrast. Hist. lib. II, c. 7. ὑπόῤῥιζα. Hard.

Hoc modo plantantur punicae, etc. Theophrastus, loc. cit. H.

Ex eodem. Ex cotoneo, quod talea quoque et cacumine deciso e ramis, satum provenit. Hic quintus serendi modus e sex superius laudatis. Theophr. Hist. lib. II, c. 1, ἀπὸ κλωνός. Virg. Georg. II, vs. 28: *Nil radicis egent oliae; summumque putator Haud dubitat terroe referens mandore cacumen.* Pallad. in Febr. tit. de Malo: *Serunt aliqui cotoneum cacuminibus et tale: sed tardus est in utroque proventus.* H.

Hoc primo. Theophrastus, de Caus. lib. I, c. 1. H.

culturae, ut populis, alnis, salici, quae vel inverso surculo seritur. Iam eae ibi disponuntur, ubi libeat esse eas. Quamobrem seminarii curam ante convenit dici, quam transeatur ad alia genera.

XIV. Namque ad id praecipuum eligi solum refert, quoniam nutricem indulgentiorem esse, quam matrem, saepe convenit. Sit ergo siccum, succosumque, bipalio subactum, advenis hospitale, et quam simillimum terrae, in quam transferendae sint. Ante omnia elapidatum, munitumque ad incursum etiam gallinacei generis: quam minime rimosum, ne penetrans sol exurat fibras: intervallo sesquipedum seri: nam si inter se contingant, praeter alia vitia, etiam verminosa fiunt: ideo sarriri convenit saepius, herbasque evelli. Praeterea semina ipsa fruticantia supputare, ac falcem pati consuescere. Cato et furcis crates imponi iubet, altitudine hominis, ad solem recipiendum: atque integi culmo ad frigora arcenda: sic pi-

Vel inverso surculo. Ita ut pars acuminatior in terram abdatur: εἰς τάνάπαλιν τίθεσθαι appellat Theophrast. Hist. lib II, cap. 8. H.

XIV. *Namque od id.* Seminarium, sive plantarium. H. — Vel. apud Dalec. *Namque et hic principio eligi solum refert.* Ed. P.

Quoniam nutricem. Nutrix ea tellus appellatur, cui primum semina committuntur, qualis in seminariis est: mater in quam translatae omni deinde aevo degant. H.

Sit ergo. Cato, c. xlvi, pag. 38: *Seminarium ad hunc modum facito: Locum quam optimum, et apertissimum, et stercorosissimum poteris, et quam simillimum genus terrae ei ubi semina posituris eris*, etc. H.

Intervallo. Cato, loc. cit. *In sesquipedem quoquoversum taleam demittito, opprimitoque pede.* H.

Verminosa. Colum. lib. V, c. 10: *Si eodem scrobe duas aut tres arbusculas voles constituere, curato ne inter sese contingant: quoniam mutuo contactu aut putrescent, aut vermibus interibunt.* H.

Cato. Cap. xlviii: *Eam terram tabula aut pedibus complanato: furcas circum affigito: eo perticas intendito: eo sarmenta, aut crates ficarias imponito, quae frigus defendant et solem: ubi subtus homo ambulare possit, facito.* H.

Solem recipiendum. Vi quum crates eae solem receperint, a salis defendant. H.

Sic pirorum malorumque semina. Cato, loc. cit. H.

rorum malorumque semina nutriri, sic pineas nuces, sic cupressos semine satas et ipsas. Minimis id granis constat, ut vix perspici quaedam possint, non omittendo naturae miraculo, e tam parvo gigni arbores: tanto maiore tritici et hordei grano: ne quis fabam
3 reputet. Quid simile originis suae habent malorum pirorumque semina? His principiis respuentem secures materiam nasci, indomita ponderibus immensis prela, arbores velis, turribus murisque impellendis arietes? Haec est naturae vis, haec potentia. Super omnia erit, e lacryma nasci aliquid, ut suo loco dicemus. Ergo e cupresso femina (mas enim, ut diximus, non gignit) pilulae collectae, quibus docui mensibus, siccantur sole: ruptaeque emittunt semen, formicis mire expetitum: ampliato etiam miraculo, tantuli animalis cibo absumi natalem tantarum arborum. Seritur mense aprili, area aequata cylindris,

Sic cupressos. Cato, cap. CLI: *Semen cupressi quando legi, seri, propagarique oporteat*, etc. H.

Minimis. Varro, de Re Rust. lib. I, c. 40. *Quaedam ad generandum sunt usque adeo parva, ut sint obscura, ut cupressi. Non enim galbuli qui nascuntur, tamquam pilae parvae corticeae, id semen: sed in his intus primigenia semina dedit natura.* Idem eadem Theophrast. de Caus. loc. cit. H.

Non omittendo, etc. Seneca, Quaest. Natur. lib. II, c. 6; Cicero quoque, de Natura Deorum, lib. II. Dalec.

Arbores velis. Arbores pro malis dixit, e quibus antennae et vela pendent. Hard.

Suo loco dicemus. Vt de hipposelino, lib. XIX, cap. 48; de lilio, lib. XXI, 11. Hard.

Vt diximus. Lib. XVI, cap. 47. Hard.

Quibus docui. Nempe c. 11; hoc est, mense ianuario, februarioque. Hard.

Seritur mense. Per ver seri Cato ait loco citato: *Semen cupressi Tarentinae per ver legi oportet: maturum est, ubi hordeum flavescit. Semen ubi legeris, in sole ponito, id purgato, id aridum condito... Per ver serito in loco, ubi terra tenerrima erit, quam pullam vocant*, etc. H.

Area aequata. Complanata solo, vel cylindro, vel pavicula. Columella in Hort. X, 319: *Oeyma comprimite, et gravibus densate cylindris.* Cylindrus, columna est lapidea rotatilis, qua rei rusticae scriptores aream aequari iubent. A volubilitate nomen accepit: κυλινδεῖν enim volvere est. Simile instrumentum pavicula est. Vtrumque a Catone copulatur, cap. CXXIX: *Vbi bene comminuta terra fue-*

aut volgiolis, densum : terraque cribris supercernitur pollicis crassitudine. Contra immane pondus attollere se non valet, torqueturque sub terra. Ob hoc pavitur vestigiis. Leniter rigatur a solis occasu in trinis diebus, ut aequaliter bibat, donec erumpant. Differunt post annum dodrantali filo, custodita temperie, ut viridi caelo serantur, ac sine aura : mirumque dictu, periculum eo tantum die est, si roraverit quantulumcumque imbrem, aut si afflaverit. De reliquo tutae sunt perpetua securitate, aquasque odere. Et zizipha grano seruntur mense aprili. Tuberes melius inserun-

rit, cylindro aut pavicula coaequato. Quamobrem *volgiolis*, vel ut in MSS. scribitur, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, 3, etc. *vulgioalis*, de pavicula accipiendum putamus. H.

Densum. Cato, cap. CLI : *Semen serito crebrum, ita ut linum seri solet: eo cribro terram inceruito: dimidiatum digitum terram altam succernito.* HARD.

Torqueturque. Sic ex MSS. emend. Hard. cons. MS. Gron. et Al. *retorquetur.* ED. P.

Ob hoc pavitur. Complanatur pedibus, non rursum cylindro aequatur. Sinceriorem hanc arbitrati sumus Chiffl. codicis lectionem, quam librorum hactenus editorum, *ob hoc pariter vestigiis :* Catonis inprimis auctoritate adducti, a quo manasse haec videntur. Is enim de Re Rust. cap. CLI, ubi terram supercerni seminibus cribratam iussit ; *id bene tabula*, inquit, *manibus aut pedibus complanato:* quibus verbis gravius onus excipitur. HARD.

In trinis diebus. Tertio quoque die, ut cap. 11 denis diebus, pro decimo quoque die. H.

Differuntur. Ita etiam MSS. Transferuntur, inquit, post annum, quum iam caule sunt dodrantali, seu pollicum novem. Filum cupressi tenerum caudicem vocare videtur, uti in asparago cymam Columella, lib. XI, cap. ult. stylum vocat. Et in Hortulo lib. X : *Et asparagi corruda simillima filo.* Vel potius transferri ait in cupresseta post annum, ita ut intervallum dodrantale servetur inter eas, ut de ulmis dicetur cap. seq. quod verius arbitramur. H.

Vt viridi caelo. Sudo ac sereno, et a nubibus ita puro, ut viride appareat. HARD.

Si roraverit... si afflaverit. Broterius ex MSS. Reg. 1, 2, *si roravit... si afflavit.* ED. P.

Aquasque odere. Plinius, lib. XVI, cap. 31 : *Aquas odere cupressi.* Et Theophr. Hist. II, 8.

Et zizipha. Pallad. in Aprili, tit. 4 : *Locis calidis aprili mense ziziphum conseremus, frigidis vero maio vel iunio. Amat loca calida, aprica. Seritur ossibus*, etc. Grana Plinii, Palladio ossa sunt. H.

Tuberes. Pallad. II in Ian. tit. 16, pag. 47 : *Hoc mense tuberes inseruntur cydoneo.* Et lib. X in Septembri, tit

tur in pruno silvestri, et malo cotoneo, et in calabrice: ea est spina silvestris. Quaecumque optime et myxas recipit, utiliter et sorbos. (IX.) Plantas ex seminario transferre in aliud, priusquam suo loco ponantur, operose praecipi arbitror, licet translatione folia latiora fieri spondeant.

XV. Vlmorum, priusquam foliis vestiantur, samara colligenda est circa martias kalend. quum flavescere incipit. Deinde biduo in umbra siccata serenda, densa in refracto, terra super minutatim cribrata, crassitudine quae in cupressis. Pluviae si non adiuvent, rigandum. Deferendae ex arearum venis post annum in

de pomis: *Mense ianuario, vel februario, tuberum surculus mirabiliter profieit cydonio insitus. Inseritur autem malis omnibus, et piris, et prunis, et calabrici, melius trunco fisso, quam cortice*, etc. H.

Calabrice. Est *Rhamnus infectorius* (*Pentand. monog.* gen. 532, Pers. *Rhamn.* Juss.) Ed. P.

Quaecumque. Cuilibet spinae apte inseruntur myxae. Pallad. III in Febr. tit. 25: *Myxa inseruntur mense martio sorbis, vel spinis.* H.

Et sorbos. Saltem spina alba. Pallad. lib. II in Ian. tit. 15: *Mense aprili sorba inseruntur in se, in cydoneo, in spina alba, vel trunco, vel cortice.* H.

Transferre in aliud. In alterum seminarium. H.

Operose praecipi arbitror. Cato cap. XLVI. DAL.

XV. *Vlmorum.* Colum. lib. V, cap. 6: *Samaram deinde, quae iam rubicundi coloris erit, et compluribus insolata diebus, ut aliquem tamen succum et lentorem habeat, iniicienus areis, et eas totas seminibus spisse contegemus: atque ita cribro putrem terram duos alte digitos incernemus, et modice rigabimus*, etc. Digna sunt caetera quae legantur: longiora, quam ut exscribi hic oporteat. H.

Serenda, densa in refracto, terra super minutatim cribrata. Vetus lectio *serenda densa inarefacta, terra super minuta incribrata.* PINT.

In refracto. Hoc est, in terra bipalio pastinata, diligenter occata et resoluta, et in aream demum composita. His enim verbis Colum. vim eius verbi explanat, l. c. H.

Crassitudine. Pollicari, ut dictum est cap. sup. in cupressis. H.

Rigandum. Columell. loco citato. *Aestate deinde, priusquam sol oriatur, aut ad vesperum, seminaria conspergi potius, quam rigari debent.* H.

Deferendae. Ex areolis, ubi crevere, et sulcis iis, in aliud seminarium post annum transferendae, ut de cupressis dictum est cap. sup. Venas arearum vocat areas ipsas longo tractu ductas. Sic venas in metallis dicimus. Ita porro MSS. R. Colbert. etc. non *differendae.* Vlmarium Galli vocant, *une ormaie*, locum ulmis consitum. H.

ulmaria, intervallo pedali in quamque partem. Maritas ulmos autumno serere utilius, quia carent semine: nam eae e plantis seruntur. In arbustum quinquennes sub Vrbe transferunt, aut (ut quibusdam placet) quae vicenum pedum esse coeperunt. Sulco, qui novenarius dicitur, altitudine pedum trium, pari latitudine, et eo amplius, circa positas, pedes terni undique e solido adaggerantur. Arulas id vocant in Campania. Intervalla ex loci natura sumuntur. Rariores 3 serendas in campestribus convenit. Populos et fraxinos, quia festinantius germinant, disponi quoque

Post annum. Columell. loco cit. *Quum ternum pedum plantae fuerint, in aliud seminarium transferri debent.* Hard.

Pedali. Columell. *Oportebit non maximos scrobiculos sesquipede inter se distantes fodere.* H.

Maritas ulmos autumno. Queis vites aptius maritantur, ut sunt ulmi Atiniae, quae excelsissimae, ut dictum est lib. XVI, cap. 29. Colum. loco citat. *Possunt etiam collectae cum stirpibus plantas eadem ratione disponi: quod in Atinia ulmo fieri necesse est, quae non seritur e samera. Sed haec ulmus autumni tempore melius quam vere disponitur*, etc. Has plantis radicum seri dictum est, lib. XVI, cap. 29. H.

Quia carent semine. Cato c. XXVIII. Hard.

In arbustum. Arbustum locus est arboribus consitus ad sustinendas vites: qui et arbustinus idcireo locus Columell. dicitur, lib. III, cap. 13, unde et arbustina vitis. H.

Sub urbe. In agro Romano. H.

Transferunt. Chifflet. *transferuntur.* Ed. P.

Qui novenarius. Novenum pedum ambitu: quum sit latitudine ternum. Columell. lib. V, cap. 6: *Igitur in resoluta terra ternum pedum quoquoversus faciendi scrobes: at in densa, sulci eiusdem altitudinis, qui arbores recipiant, praeparandi.* H.

Circa positas. Circa arbores novissime translatas, terra adaggeratur e vicino solo, atque sulco. Hunc aggerem Campanuli arulam vocant, quasi brevem humilemque aram. H.

Intervallo. Arborum inter se distantia. H.

Rariores. Laxius serendae. — *Rariores.* Hoc est, versu et ordine laxiore. In libris hactenus editis, *aridiores* perperam. In MSS. Reg. Colb. Thuan. et Tolet. *ariores*: unde nos *rariores* elicuimus. Antecedit enim, *Intervalla ex loci natura sumuntur.* Vox autem *rariores* spatii et intervalli laxitatem notat. Sic ipse Plinius, cap. 35, pluvio et caliginoso tractu rariores vineas poni iubet, sicco densiores. Et, quod caput rei est, sicut rariores hoc loco monet serendas in campestribus arbores, sic versa vice cap. 19 huius libri, *per se colles minorum arborum quaerere intervalla* docet: quod Theophrasti

maturius convenit, hoc est, ab idibus feb. plantis et ipsas nascentes. In disponendis arboribus, arbustisque ac vineis, quincuncialis ordinum ratio vulgata et necessaria, non perflatu modo utilis, verum et aspectu grata, quoquo modo intueare, in ordinem se porrigente versu. Populis eadem ratio semine, qua ulmos serendi: transferendi quoque e seminariis eadem et silvis.

XVI. Ante omnia igitur in similem transferri terram, aut meliorem oportet. Nec e tepidis aut praecocibus in frigidos aut serotinos situs, ut neque ex his in illos. Praefodere serobes ante (si fieri posset) tanto prius, donec pingui cespite obdueantur. Mago ante annum iubet, ut solem pluviasque combibant: aut si id conditio largita non sit, ignes in medio fieri ante

quoque calculo, ipsaque experientia comprobatur. H.

Quincuncialis ordinum ratio vulgata et necessaria, non perflatu modo utilis, etc. Quincuncialis figura, sive quincunx, ita dicebatur a figura quinti numeri V, quam singuli triangull exprimunt: fuitque maxime commendata in disponendis arboribus, ab antiquis rei rusticae magistris. *En échiquier.*

Quincunx.

o o o o o o
o o o o o
o o o o o o
o o o o o
o o o o o o

Non perflatu. Ventorum flatui admittendo aptior. Harn

Quoquo modo. Sic ex MSS. emend. Hard. cons. MS. et Chiffl. Gronov. et Al. *quocumque* Ed. P.

Populis eadem. Forte legendum *Opulis*, ex Columell. lib. V, cap. 5. Populi enim aut nullum, aut rarissime semen ferunt. Vitem vero maxime opulus videtur alere, deinde ulmus, post etiam fraxinus, inquit Colum. Hard.

XVI. *Ante omnia igitur in similem.* Theoph. Hist. lib. II, cap. 7: Δεῖ τὰ φυτὰ λαμβάνειν, inquit, ἐξ ὁμοίας γῆς εἰς ἣν μέλλεις φυτεύειν, ἢ οὐ χείρονος. Dalec. — *Ante omnia.* Colum. lib. de Arbor. c. 20, et lib. III, cap. 9. Virgilius quoque Georgic II, v. 255, et Geop. Auct. II, 46, p. 81. Hard.

Nec e tepidis. Vti fere *neque homini ex salubri loco in gravem, neque gravi in salubrem transitus satis tutus est*, inquit Cels. lib. I, cap. 3. Harn.

Mago ante annum. Et Colum. lib. V, cap. 10, et lib. de Arboribus, cap. 19: *Ante annum, quam pomaria disponere velis, serobes fodito: ita sole pluviaque mocerabuntur: et quod posueris, cito comprehendet. Sed si quo anno serobes feceris, etiam se-*

menses duos, nec nisi post imbres in his seri. Altitudinem eorum in argilloso, aut duro solo, trium cubitorum esse in quamque partem: in pronis palmo amplius: et ubique caminata fossura ore compressiore sint. Nigra vero terra duo cubita, et palmum, quadratis angulis. Eadem mensura graeci auctores consentiunt, non altiores quino semipede esse de-

mina ponere voles, minimum ante duos menses, fodito scrobes, postea stramentis eos completo et incendito. Haad.

Trium cubitorum esse in quamque partem. Ita quidem libri omnes scripti et editi. Videtur tamen, ut conjecit eruditus Petavius, emendandum: *Altitudinem eorum in argilloso, aut duro solo, trium cubitorum, et duorum pedum latitudinem esse in quamque partem.* Aliter quis intelliget fossuras illas esse ore compressiores, et mensuram eum graecis auctoribus consentire? Brot.

In pronis. In locis declivibus. In libris hactenus editis modo *pruinis*, modo *pranis* legitur. Nos ex indubitata coniectura *pronis* admisimus: scrobium enim distinctionem ex terreni diversitate facit: praecessit enim: *Altitudinem earum in argilloso, aut duro solo trium cubitorum esse*: unde apposite sequitur, *in pronis* vero *palmo amplius*. Et plane constat Columell. lib. III, c. 13; acclivibus locis semipedem amplius fodiendum, quam campestribus, praecipere. *Campestris locus*, inquit, *alte duos pedes et semissem infodiendus est: acclivis regio, tres.* Haad.

Caminata. In modum fornacis, fornicisque arcuata fossura, angusto ore, latiore fundo. Colum. V, 10: *Scrobs clibano similis fiat, cuius imum summo patentius est, ut laxius radices vagentur, ac minus frigoris hieme, minusque aestate vaporis per angustum os penetret: etiam ut clivosis locis terra, quae in eum congesta est, a pluviis non abluatur.* Quae totidem fere verbis repetit lib. de Arboribus, c. 19. Plinius supra, cap 4: *Puteis ore angustatis, intus spatiante vena.* H.

Nigra. Ubi vero terra nigra fuerit, *ibi scrobes fient alti* cubita duo, et palmum, et erunt quadrati. H.

Quino semipede. Hoc est, duobus integris pedibus, et semisse, non, uti Dalecampius putavit, et Casaubonus ad Theophrast. Char. pag. 113, quatuor pedibus et semisse. Xenophon similia tradit, cuius haec oratio de scrobibus in Oeconomico, pag. 864: Τίνα οὖν αὐτῶν εἶδες βαθύτερον τριπόδου; οὐδὲ μὰ Δί' ἔγωγε, ἔφην, πενθημιποδίου. *Vidistine*, inquit, *scrobem tribus pedibus altiorem? Sed neque mehercule*, inquam, *duobus pedibus et semisse.* Πενθημιπόδιον vertere Plinius potuisset sestertium pedem, ut erat in XII Tabulis, teste Volusio Maeciano: sed graeco more maluit, *quino semipede* dicere. Pergit porro idem Xenophon de latitudine pronunciare pariter cum Plinio: Τί δὲ, τὸ πλάτος ἤδη τινὰ τριπόδου πλέον εἶδες; οὐδὲ μὰ Δί', ἔφην ἐγώ, διπόδου. *Quid autem? numquam vidisti scrobem aliquando, cuius latitudo tres pedes excederet? Immo*, inquam, *non supra duos pedes.* H.

bere, nec latiores duobus pedibus. Nusquam vero sesquipede minus altos, quoniam in humido solo ad vicina aquae perveniat. Cato: si locus aquosus sit, inquit, latos pedes ternos in faucibus, imosque palmum et pedem, altitudine quatuor pedum: eos lapide consterni, aut si non sit, perticis salignis viridibus: si neque eae sint, sarmentis: ita ut in altitudinem se-

Nusquam vero. Piotianus frustra reponere nititur, *Non numquam vero*, contraria plane sententia. Plinius graecos scriptores sequitur, quorum placita de scrobibus exscribi nunc a se ipso prodit. Sic certe Xenophon, l. c. Ἴδε δὴ καὶ τόδε ἀπόκριναί μοι, ἤδη τινὰ εἶδες τὸ βάθος ἔλαττον ποδιαίου; οὐδὲ μὰ Δί', ἔφην ἔγωγε, τριημιποδίου. *Age vero, etiam hoc mihi respondeto, numquam vidisti scrobem, quae non esset pedem unum alta? Immo vero nullam, quae non tertium semipedem h. e. sesquipedem alta faret, inquam ego.* Ac paulo post denique colligit scrobem fodi nullum, duobus pedibus ac semisse profundiorem, hoc est, quino semipede: nullum sesquipede: Οὔτε βαθύτερον πενθημιποδίου· οὔτε βραχύτερον τριημιποδίου. Theophr. quoque Hist. lib. II, cap. 7: τριῶν ἡμιποδίων dixit, ubi recte Gaza, *ternis semipedibus*, hoc est, sesquipede. Sic lib. XXVI, cap. 46, sesquiabolum Plinius dicit, ubi Dioscorid. lib. IV, cap. 177, τρία ἡμιωβόλια. Hard.

Quoniam in humido. Si nempe ultra sesquipedem fodias. Dalecampius contra fidem omnium exemplarium, contra scriptoris sententiam, atque adeo contra rem ipsam, scribit, *quamvis in humida solo.* Negat Plinius ultra sesquipedem proferri fossuram oportere, in humido solo, quoniam ib nocet aquae vicinitas. Graecorum disciplinam, ac Xenophontis instituta amplectitur, qui totidem fere verbis l. c. Ἐπεὶ ἔν γε τῇ ὑγρᾷ ὀρύττων βαθύν, ὕδωρ ἂν εὑρίσκοις, καὶ οὐκ ἂν δύναιο ἔτι ἐν ὕδατι φυτεύειν. Suffragatur etiam Columell. lib III, cap. 13, p. 112: *Nisi tamen, si scaturigo palustris obvia, sicut in agro Ravennate, plusquam sesquipedem prohibeat infodere.* Hard.

Cato. Cap. XLIII., cui titulus est: Vites et oleae, quomodo infodiantur. *Sulcos, si locus aquosus erit, alveatos esse oportet, latos summos pedes tres, altos pedes quatuor, infimum latum pedem unum et palmum. Eos lapide consternito. Si lapis non erit, perticis salignis viridibus quoquoversus collatis consternito. Si pertica non erit, sarmentis colligatis itidem facito.* Hard.

Latos pedes. Lati sint scrobes ternos pedes in summa sui parte, in ima palmum et pedem. H.

Eos lapide consterni, aut si non sit, pert. salignis, etc. Vt aquae pluviae ibi receptae, detentaequa, temporibus siccis refrigerandae arbori sufficere possint: atque ab eam causam alii sarmenta substernunt, etc. Ita Theophr. de Caus. lib. III, cap. 5. Hard.

Ita ut in altit. Ita ut sarmenta semipedis altitudinis extent. Hoc il-

mipedem trahantur. Nobis adiiciendum videtur ex praedicta arborum natura, ut altius demittantur ea quae summa tellure gaudent, tamquam fraxinus, olea. Haec et similia quaternos pedes oportet demitti. 4 Caeteris sat est, si altitudinis pedes ternos effecerint. Excide, inquit, radicem istam, Papirius Cursor imperator, ad terrorem Praenestinorum praetoris. Destringi secures iussit. Est innoxium abradi partes, quae se nudaverint. Testas, aliqui lapides rotundos

lud est, quod ait Columell. lib. de Arborib. cap. 20: *Quum semina depones, dextra ac sinistra singulis, usque in imum scrobem, fasciculos sarmentorum brachii humani crassitudine deponito: ita ut supra terram paululum exstent: per quos aestate parvo labore aquam radicibus subministres.* Hard.

Excide, inquit, radicem istam, etc. Contra Samnites feliciter is dimicavit, quamvis a pullario monitus pullos non addicere, quum votum fecisset, si superior discederet, vinipocillum Iovi se libaturum, supra l. XIV, cap. 13; Val. Max. lib. VII, cap. 1; Alex. ab Alexand. cap. 29. Livius lib. IX: *Praenestinus praetor*, inquit, *per timorem segnius suos ex subsidiis duxerat in primam aciem: quem quum inambulans ante tabernaculum vocari iussisset, lictorem expedire securem iussit: ad quam vocem exanimi stante Praenestino, Agedum lictor, excide radicem hanc, inquit, incommodam ambulantibus.* Dal. — *Excide, inquit, radicem*, etc. Verba haec ab ordine et instituto rerum propositarum manifeste abhorrent; quod vidit et Hermolaus, sed is agnovit ea ac legitima ducit, magno, ut ego puto, errore. Pint. — *Excide*, etc. Est iocus Papirii Cursoris, quem Plinius refert, ut doceat quae radices sint exsciodendae. In huius loci distinctione Ill. Huetium sum sequutus; melior enim est eius distinctio. Brot. — Sic distinguit Brotierius: *Excide*, inquit, *radicem istam, Papirius Cursor imperator. Ad terrorem Praenestinorum praetoris, destringi secures iussit.* Eo. P.

Papirius. Aur. Vict. lib. de Viris Illustr. cap. XXXI: *L. Papirius Cursor a velocitate.... comis et iocorum studiosus, quum Praenestinum praetorem gravissime increpuisset! Expedi, inquit, lictor, secures. Et quum eum metu mortis attonitum vidisset, incommodam ambulantibus radicem excidi iussit.* Hard.

Est innoxium. Subintellige, est nempe innoxium radices excidere, quae se terra nudaverint. Hoc et Theophr. de Caus. III, 11. In aliquibus MSS. *adradi.* Hard.

Testas, aliqui lapides. Ita rescripsimus admonitu codicum Reg. Colb. caeterorumque, quum prius perverse legeretur *terra. Aliqui lapides.* Haud dubie Plinius Virgilium notat in Georg. II, ve. 348: *Aut lapidem bibulum, aut squalentes infode conchas: Inter enim labentur aquae, tenuisque subibit Halitus, atque animos tollent sata. Iamque reparti, Qui saxo.*

subiici malunt, qui et contineant humorem, et transmittant: non item planos facere, et a terreno arcere radicem existimantes. Glarea substrata inter utramque
5 sententiam fuerit. Arborem nec minorem bima, nec maiorem trima transferri quidam praecipiunt: alii, quum annum impleat. Cato crassiorem quinque digitis. Non omisisset idem, si attineret, meridianam caeli partem signare in cortice, ut translata in iisdem et assuetis statueretur horis: ne Aquiloniae meridianis oppositae solibus finderentur, et algerent meridianae Aquilonibus. Quod e diverso affectant etiam quidam in vite, ficoque, permutantes in contrarium. Densiores enim

super atque iugentis pondere testae Vrgerent: hoc effusos munimen ad imbres: Hoc, ubi hiulca siti findit Canis aestifer arva. H

Qui et contineant humorem. Qui et quantum satis est, contineant: et quod abundat, lente transmittant. Harb.

Non item. Existimant *enim* planos lapides non idem praestare: ac *praeterea* arcere radicem, ne terrae adhaerescat. Harb.

Cato. Cap. xxviii: *Post haec arbores crassiores digitis quinque quae erunt, eas praecisas serito*, etc. Haab.

Non omisisset. Dum plurimum Catoni tribuit, gravissimorum scriptorum auctoritati detrahit, qui ita censuerunt facto opus esse. Theophrast. Hist. l. II, cap. 7, et Virg. Georg. II, vs. 269: *Quin etiam caeli regionem in cortice signant; Vt, quo quaeque modo steterit, qua parte calores Austrinos tulerit, quae terga obverterit axi, Restituant; adeo in teneris consuescere multum est!* Quod imitatus deinde Columell. lib. V, c. 6, pag. 188: *Hanc observationem*, inquit, *non solum in vitium positione, sed in ulmorum, caeterarumque arborum praecipio: uti quum de seminario eximuntur, rubrica notetur una pars, quae nos admoneat, ne aliter arbores constituamus, quam quemadmodum in seminario steterint. Plurimum enim refert, ut eam partem caeli spectent, cui ab tenero consueverunt.* Harb.

Ne Aquiloniae meridianis. Id quoque praecipiunt Theophr. Hist. Plant. lib. II, cap. 7; Cato de Re Rust. cap. xlv; Virgil. Georg. II, vers. 265; Columell. l. V, cap. 6. Ea est suprema apud Sinenses arborum cultores lex. Mirum ergo est legem illam tantopere a nobis negligi. Brot.

Quod e diverso affectant etiam quidam in vite, etc. Theophrast. Hist. lib. II, cap. 8. Graeca sunt eiusmodi: Συμβαίνειν δὲ τοῦτο φασι καὶ ἐπὶ τῆς συκῆς. Οὐ γὰρ ἀποβάλλειν ἀνάπαλιν φυτευθεῖσαν· ἔτι δὲ εὐβατοτέραν γίνεσθαι, etc. *Hoc idem fieri in fico aiunt: nam si in contrarium permutata seratur, fructum non amittere, scansilemque fieri pronunciant.* Verum permutari in contrarium non idem Theophrasto ac Plinio est: illi est, inverso surculo seri, ut de sa-

folio ita fieri, magisque protegere fructum, et minus amittere: ficumque sic etiam scansilem fieri. Plerique id demum cavent, ut plaga deputati cacuminis meridiem spectet, ignari fissuris nimii vaporis opponi. Id quidem in horam diei quintam vel octavam spectare maluerim. Aeque latet non negligendum, ne radices mora inarescant, neve a septemtrionibus, aut ab ea parte caeli usque ad exortum brumalem vento flante effodiantur arbores, aut certe non adversae iis ventis radices praebeantur: propter quod emoriuntur, ignaris causae agricolis. Cato omnes ventos, et imbrem quoque in tota translatione damnat. Et ad haec proderit quamplurimum terrae, in qua vixerint, radicibus cohaerere, ac totas cespite circumligari: quum ob id Cato in corbibus transferri iubeat, procul dubio

lice diximus cap. 13. Isti, Istus arboris aversum ab ea caeli parte statuere, cui prius adversum erat. H.

Scansilem. Εὐβατοτέραν γίνεσθαι, Theophr. l. cit. Scansilis arbor dicitur, quae assurgit, ut scandi facile possit: contra δύσβατος inaccessa. Haso.

Ignari. Non intelligunt, vel sic opponi nimio calori, quo finditur cortex Haso.

Id quidem in horam, etc. Hoc est, in regionem caeli, quae est inter meridiem et ortum brumalem, id est, inter Austrum et Vulturnum, atque adeo inter Austrum et Phoenica sive Euronoton. Vel inter meridiem et occasum hibernum, id est, inter Africum et Austrum, vel Libonotos. Geographi, et rei rusticae scriptores, caeli regiones terrarumque situs ac positionem per horas vulgares designant: primam horam ab ortu aequinoctiali numerantes, sic ut sexta cadat in meridiem, duodecima in occasum: decima octava in septemtrionem: vigesima quarta in ortum redeat. Vide lib. VI, cap. 3 et 32. Dalec. — *In horam diei.* Hoc est, in eam caeli regionem obverti maluerim, ubi sol, quum undecima est, vel post meridiem secunda, stare videtur. Vide quae diximus ad l. VI Hard. — *Horam diei quintam vel octavam.* Hora diei quinta est Euronotus, *le Sud-Sud-Est*; octava, Africus, *le Sud Ouest.* Brot.

Ne radices. Ne diuturniore mora, iscesant humi semina cum radicibus, et radices interim inrescant. H.

Cato omnes. Cap. XXVIII: *Caveto autem, ne quam ventus siet, aut imber, effodias, aut seras: nam id maxime cavendum est.* Hard.

Et ad haec proderit. Sic ex MSS. emend. Hard. cons. MS. Gr. et Al. *et hoc proderit.* Ed. P.

Quum ob id Cato. Loc. cit. *Oleas, ulmos, ficos, poma, vites, pinos, eu-*

utilissime. Idem summam terram contentus est subdi. Quidam punicis malis substrato lapide non rumpi pomum in arboribus tradunt. Radices inflexas poni melius. Arborem ipsam ita locari, ut media sit totius scrobis, necessarium. Ficus, si in scilla (bulborum
8 hoc genus est) seratur, ocyssime ferre traditur pomum, neque vermiculationi obnoxium: quo vitio ca-

pressos quum seres, bene cum radicibus eximito, cum terra sua quamplurima, circumligatoque uti ferre possis: in alveo aut in corbula ferri iubeto. Haan.

Idem summam terram. Loco citato: *In scrobe quum pones, summam terram subdito: postea operito terra,* etc. Sic etiam Columella, lib. V, cap 6: *Arbores ita conserendae sunt, ut summam terram, quae aratro subacta sit, semipedem alte substernamus, radices omnes explicemus, et depositas stercoremus, ut ego existimo: si minus, terra subacta operiamus,* etc. H.

Quidam punicis. Palladius, lib. IV in Martio, tit. 10: *Qui in scrobe deponit, si tres lapillos in ipsa radice constituat, providebit ne poma findantur.* Et ante eum Columell. lib. V, cap. 10: *Mala punica, ne in arbore rumpantur, remedio sunt lapides tres,* etc. Hard.

Radices inflexas poni melius. Theophrast. Hist. lib. II, cap. 7: Καὶ τὰ μὲν ἔχοντα ῥίζας, ὀρθὰ ἐμβάλλειν, ubi περὶ φυτευτηρίας agit. Dalec. — *Radices inflexas.* Leviter flexas. Sic alibi, ut notavimus, insectum pro secto dixit. Falluntur enim, qui *inflexas* nove ab eo dictum putant, quasi *non flexas*: etsi Theophrasti auctoritate tueri id omni ope nituntur, ex Hist. lib. II, cap. 7. Tutior in hoc negotio agricolarum fides, quam eruditorum coniecturae. H.

Ficus, si scilla, etc. Colum. lib. V, cap. 10, ne tinea molesta sit ficulneis seminibus, in imum scrobem lentisci taleam demitti iubet, inverso cacumine. Dal. — *Ficus in scilla*, Theophrast. Hist. l. II, c. 7: Ἡ συκῆ δὲ ἐὰν ἐν σκίλλῃ φυτευθῇ, θᾶττον παραγίνεται, καὶ ἧττον ὑπὸ σκωλήκων κατεσθίεται. *Ficus, si in scilla seratur, ocyus crescit, minusque a vermibus infestatur.* Pallad. in Mart. tit. de ficu: *Aliqui multum prodesse confirmant, ut generosiora poma producat, si plantam fici diviso squillae bulbo intersitam, strictamque vinculis collocemus.* Didymus quoque in Geop. l. X, cap. 46, pag. 276. Latini veteres *squillam* pro *scilla* scripsere. De scilla dicemus lib. XIX, cap. 30. Hard.

Quo vitio carent. Vel ipsa orationis structura clamat superfluere negationem, quae hoc loco irrepserat, *quo vitio non carent.* Eam igitur intrepide erasimus, non admonitu modo codicum Reg. Colb. Thuan. aliorumque, a quibus ea abest, sed Theophrasti magis, docentis, de Caus. l. V, c. 7 et 11, quae lentisco aut scillae inserta terrae mandantur, et meliora avadere, nec vermiculationem sentire: Οσα δὲ ἐν σχίνῳ φυτεύουσιν, ἢ σκίλλῃ, πάντα τῆς εὐβλαστίας ἕνεκα καὶ εὐτροφίας φυτεύουσιν . . . ἐν σχίνῳ δὲ φυτευόμενα, πάνθ' ἧττον σκωληκόβρωτα. Hard.

rent reliqua poma similiter sata. Radicum eius magnam adhibendam curam, ut exemptas appareat, non evulsas, quis dubitet? Qua ratione et reliqua confessa omittimus: sicuti terram circa radices fistucato spissandam, quod Cato primum in ea re esse censet: plagam quoque a trunco oblini fimo, et foliis praeligari praecipiens.

XVII. (XII.) Huius loci pars est ad intervalla pertinens. Quidam punicas, et myrtos, et lauros densiores seri iusserunt, in pedibus tamen novenis. Malos amplius paulo, vel magis etiam piros, magisque amygdalas, et ficus: quod optime diiudicabit ramorum amplitudinis ratio, locorumque, et umbrae cuiusque arboris: quoniam has quoque observari oportet. Breves sunt, quamvis magnarum arborum, quae in orbem ramos circinent, ut in malis pirisque. Eaedem enormes cerasis, lauris.

XVIII. Iam quaedam umbrarum proprietas. Iuglandium gravis et noxia, etiam capiti humano, omnibus-

Radicum eius magnam adhibendam curam. Verbum *eius* puto adiectum esse ab aliquo, qui putavit Plinianum documentum non complecti omnes arbores, sed ficum tantum, quod falsum est. Pint.

Fistucato. Fistucatione. Fistuca machina est utrimque ansata, qua pavitores utuntur, ut pavimenta magna vi in terram adigantur. Pavitores Galli vocant *hie*, aut *demoiselle*. H.

Quod Cato. C. XXVIII: *Oleas, ulmos, ficos ... in scrobe quum pones... operito terra radicibus seni, deinde calcato pedibus bene, deinde fistucis, vectibusque calcato, quam optime poteris. Id erit ei primum. Post haec arbores crassiores digitis quinque quae erunt, eas praecisas serito, oblinitoque fimo summas, et foliis alligato.* H.

A trunco. A summo trunco, ubi plaga deputati cacuminis. H.

XVII. *Quidam punicas*, etc. Haec Theophrast. Hist. l. II, c. 7, et ubi proliaius multo tractantur, de Caus. lib. III, c. 8, p. 272. Hard.

Malos amplius. Theophrast. ll. cc. Hard.

XVIII. *Iuglandium gravis.* Nervorum afferre solutionem (paralysin vocant) scribit Aldrovandus. Grevinus de Venenis, lib. II, cap. 22, refrigerationem membrorum, maximumque ac diuturnum capitis dolorem: somnia dura, defluviumque capillorum. Marcellus Donat. Histor. Med. Mir. lib. I, cap. 1. Hard.

que iuxta satis. Necat gramina et pinus: sed ventis utraque resistit, qua iam et protecta vinearum ratione egent. Stillicidia pinus, quercus, ilicis, ponderosissima. Nullum cupressi, umbra minima, et in se convoluta. Ficorum levis, quamvis sparsa: ideoque inter vineas seri non vetantur. Vlmorum lenis, etiam nutriens,

Necat germina et pinus. Theophr. de Caus. lib. III, cap. 15: *Pinus omnibus benigna, laurum et myrtum sub se satas fovet, et crescere patitur.* Dal. — *Necat gramina.* Dissidere videtur a Plinio nostro Pallad in Novembr. lib. XII, tit. 7, cap. de pinu: *Pinus creditur prodesse omnibus quae sub ea seruntur*: plantis fortasse robustioribus lauro, myrto, non gramini. H.

Qua iam. Quo genere arborum ideo iam protecta vinearum egent: hoc est, et earum propterea arborum oppositu vineae iam percommode proteguntur. — *Necat gramina et pinus: sed utraque* (pinus et iuglans) *ventis resistit: qua.* Non uno vitio laborabat hic locus, antequam ei medicinam faceremus. Editi hactenus libri, *necat germina*: at MSS. omnes *gramina* incredibili consensu exhibent: et mox auctor ipse graminis se in primis rationem habuisse suadet, quum ait: *Iucunda et platani umbra: licet gramini credere, haud alia laetius operiente toros.* Partem deinde alteram huius luci sic libri omnes tum exarati manu, tum editi, repraesentant: *Quoniam et protecta vinearum ratione egent.* Quibus verbis quum nulla subesse legitima sententia possit, alii aliter emendare conati. In editione Elzeviriana satis sane confidenter, vocum sedibus permutatis, nec satis tamen feliciter quum nulla ob id elici sententia probabilis possit, legitur: *ventis quoniam resistit, protecta vinearum ratione egent.* Fuit quum legendum putarem, *quoniam protectis* (*vel* protectu), *vinearum rationes egent*, Pellicerium sequutus in notis MSS. Sed in ea voce *quoniam*, indicari causam cur ventis resistat, vis quidem vocabuli exigit; at reddi hoc loco nec oratio patitur, nec ratio. Itaque non infelici, ut remur, coniectura *qua iam* pro *quoniam* restituimus: qua levissima mutatione iam sua constat orationi Plinianae integritas sententiaque. Vult enim eo nomine, quod ventis arbos utraque resistit, utroque illo genere protecta vinearum egere. Sunt autem *protecta* (sive *proiecta*, ut quidam MSS. exhibent, quod idem valet; nam est vox utraque eius significatus): quaecumque imbres aut ventos arcent. Sic l. XVI, c. 14, *proiecta*, sive *proteeta tugurorum*: est enim protegere, tectum proiicere, ut ex Tullio discimus in Topicis. Vsus ea voce Vlpianus, leg. Quemadmodum, dig. Ad legem Aquiliam: *Si protectum meum, quod supra domum tuam, et nullo iure habebam, recidisses*, etc. Porro, *qua ratione*, neque enim id omitti debet, familiaris Plinio loquutio est, ut ex Indice apparebit. H.

Nullum cupressi. Feminas nimirum, quae in metam fastigiatur, ut dictum est lib. XVI, cap. 60. Haec nullum mittit stillicidium. H.

Ficorum levis. Vmbra. H.

quacumque opacat. Attico haec quoque videtur e gravissimis: nec dubito, si emittantur in ramos. Constrictae quidem ullius noxiam esse non arbitror. Iucunda et platani, quanquam crassa: licet gramini credere non soli, haud alia laetius operiente toros. Populo nulla ludentibus foliis: pinguis alno, sed pascens sata. Vitis sibi sufficit, mobili folio, iactatuque crebro solem umbra temperans, eodem gravi protegens in imbre. Omnium fere levis umbra, quorum pediculi longi. Non fastidienda haec quoque scientia, atque non in ultimis ponenda, quando quibusque satis umbra aut nutrix, aut noverca est. Iuglandium quidem, pinorumque, et picearum, et abietis, quaecumque attigere, non dubie venenum est.

XIX. Stillicidii brevis definitio est. Omnium quae proiectu frondis ita defenduntur, ut per ipsas non defluant imbres, stilla saeva est. Ergo plurimum intererit hac inquisitione, terra in qua seremus, in quan-

Attico. Iulio Attico, de quo in Auctorum Indice. H.

Constrictae. Cui arbori compactiores rami suot, huius umbra gravis non est. Hasd.

Licet gramini. Quam sit umbra platani iucunda, vel ex gramine intelligimus, quod sub nulla alia arbore tam laete provenit: nulla alia arbos felicius operit graminum et herbarum toros. H. — *Licet gramini credere non soli.* Eruditus Petavius optime explicavit locum hunc, quem nemo hactenus intellexit. Quam iucunda et utilis sit platani umbra, non ex sole, sed ex gramine ipso iudicium capiendum est. Nam nulla alia laetius operit graminum herbarumque toros. Bsot.

Eodem gravi. Eodem folio in gravi imbre se vitis protegit. H.

XIX. *Omnium quae proiectu frondis ita defenduntur ita*, etc. Exemplum statuit Pallad. lib. II in Ianuario, tit. 16 in nuce iuglande: *Desiderat*, inquit, *intervalla maiora, pro arboris magnitudine: quia stillicidiis foliorum suorum, proximis, vel sui generis, nocebit arboribus.* In quibusdam libris perperam *diffundunlur*. Defenduntur proiectu frondis arbores eae, quarum per folia non perpluit, nec madefit imbre, aut ipsius arboris corpus caudexve, aut circumiecta tellus. H.

Ergo plurimum. Plurimum interest in hac inquisitione prospicere quodnam genus arborum ea terra alat, in qua serere quidpiam aliud libuerit. Hasd.

Inquisitione. Sic ex MSS. em. Hard. cons. MS. *in quaestione* Gr. et Al. Ed. P.

tum arbores quasque alat. Iam per se colles minora quaerunt intervalla. Ventosis locis crebriores seri conducit. Olea tamen maximo intervallo, de qua Catonis italica sententia est: in XXV pedibus minimum, plurimum XXX seri. Sed hoc variatur locorum natura.
2 Non alia maior in Baetica arbor. In Africa vero (fides penes auctores erit) milliarias vocari multas narrant a pondere olei, quod ferant omnno proventu. Ideo LXXV pedes Mago intervallo dedit undique: aut in macro solo, ac duro, atque ventoso, quum minimum XLV. Baetica quidem uberrimas messes inter oleas metit. Illam inscientiam pudendam esse conveniet, adultas interlucare iusto plus, et in senectam praecipitare, aut (plerumque ipsis, qui posuere, coarguentibus imperitiam suam) totas excidere. Nihil est foe-

Iam per se colles, Loçia montuosis intervalla breviora, quam planis relinquenda sunt: montibus enim minus radices et comae augescunt inquit Theophr. de Caus. III, 8, pag. 273: Ἐν γὰρ τοῖς ὀρεινοῖς ἐλάττους (ἀποστάσεις) ἢ ἐν τοῖς πεδινοῖς· ἐπ' ἔλαττον γὰρ αἵ τε ῥίζαι προαύξονται, καὶ ἡ κόμη. Harn.

Minora quaerunt intervalla. Vel quia pinguiores, vel ut densiores arbores ventorum iniuriae, qui in edita magis saevinnt, fortius resistant. Dal. *Olea tamen.* Vide Colum. V, 9. pag. 198. Harn.

Catonis italica. Hoc est, pro caeli solique italici ratione. Sic libri omnes, etiam MSS. Quanquam non placet ea lectio Pintiano, qui legendum censet, *de qua catholica sententia.* Nam Catonis ut legatur, inquit, nullo pacto procedit: quum apud Catonem hoc praeceptum nusquam appareat. At apparet sane: nam exstat illud planissime c. XVI: *Hoc genus*, inquit, *in XXV aut XXX pedes conserita.* Id vero placitum italico tantum caelo congruere Plinius admonet, quum subiungit statim, *sed hoc variatur locorum natura*: agitque de Baetica deinde, et Africa. H.

LXXV pedes Mago. Et ex Magone Colum. loco citato. H.

Adultas interlucare iusto plus. Interlucari autem arbores dicuntur, quoties adempta ramorum parte, quantum opacitati earum detrahitur, tantum luci accedit, unde et *interlucare* dictum. Galen. — *Interlucare.* Plinius cap. 35 libri huius: *Interlucata densitate ramorum, qui sint supervacui*, etc. Vide quae de vocibus *conlucare* et *subiucare* dicturi sumus in calce huius libri. H.

Nihil est. In eam sententiam egregie Colum. I, 8: *Nam quum multum prodest perite quid facere, tum plus obest perperam fecisse. Unum enim ac solum dominatur in rusticatione: quidquid exigit ratio culturae,*

dius agricolis, quam gestae rei poenitentia, multo iam ut praestet laxitate delinquere.

XX. (XIII.) Quaedam autem natura tarde crescunt, et in primis semine tantum nascentia, et longo aevo durantia. At quae cito occidunt, velocia sunt, ut ficus, punica, prunus, malus, pirus, myrtus, salix: et tamen antecedunt divitiis. In trimatu enim ferre incipiunt, ostendentes et ante. Ex his lentissima pirus. Ocyssima omnium cyprus, et pseudocyprus frutex. Protinus enim floret, semenque profert. Omnia vero celerius adolescunt stolonibus ablatis, unamque in stirpem redactis alimentis.

XXI. Eadem natura et propagines docuit. Rubi namque curvati gracilitate et simul proceritate nimia, defigunt rursus in terram capita, iterumque nascuntur ex sese: repleturi omnia, ni resistat cultura: prorsus ut possint videri homines terrae causa geniti: ita pessima atque exsecranda res propaginem tamen docuit, ac

semel facere. Quippe quum emendatur vel imprudentia, vel negligentia, iam res ipsa decoxit: nec in tantum postmodum exuberat, ut et rem amissam restituat, et quaestum temporum praeteritorum resarciat. H.

Multa. Vt iam multo satius sit *initio* peccasse, positis laxius olearum ordinibus. H.

XX. *Quaedam autem.* Virg. Georg. II, 57: *Iam, quae seminibus iactis se sustulit arbos, Tarda venit*, etc. Varro de Re Rust. I, 41: *Omnia minuta et arida, ad crescendum tarda; et quae laxiora, ea et fecundiora: ut femina, quam mas: ex proportione in virgultis item. Itaque ficus, malus punica, et vitis, propter femineam mollitiem ad crescendum prona. Contra palma, et cupressus, et olea, in crescendo tarda*, etc. Hard.

At quae cito. Plinius XVI, 51: *Omnia autem celerius senescunt praefecunda.* Hard.

Malus, pirus. Ita recte: non, *pinus.* Sequitur enim, *Ex his lentissima pirus.* Hard.

Cyprus. Frutex, sive arbor, de qua lib. XII, 54. H. — *Cyprus et pseudocyprus.* Gronov. et vulgg. *Cypirus et pseudocypirus.* Ed. P.

Stolonibus ablatis. Stolo in arboribus, fruticatio inutilis est, ut dictum est cap. 4, succum omnem matri, veroque arboris fetui adimens. H.

XXI. *Terrae causa.* Vt terram colerent, ac perpurgarent, quod eam ruborem alias silva occuparet, et obruerel. H.

Ac viviradicem. Plantas, quae cum viva radice seri possint. H.

2 viviradicem. Eadem autem natura est ederis. Cato propagari praeter vitem tradit ficum, oleam, punicam, malorum genera omnia, laurum, prunos myrtos, nuces avellanas, et praenestinas, platanum. Propaginum duo genera: ramo ab arbore depresso in scrobem quatuor pedum quoquo, et post biennium amputato flexu, plantaque translata post trimatum: quas si longius ferre libeat, in qualis statim, aut vasis fictilibus defodere propagines aptissimum, ut in iis transferantur. Alterum genus luxuriosius, radices in ipsa arbore sollicitando, traiectis per vasa fictilia vel qualos ramis, terraque circumfartis: atque hoc blandimento impetratis radicibus, inter poma ipsa et cacumina (in summa etenim cacumina hoc modo petuntur) audaci ingenio arborem aliam longe a tellure faciendi: eodem, quo supra, biennii spatio abscissa propagine, et cum qualis illis sata. Sabina herba propagine seritur et avulsione. Tradunt faece vini, aut e parietibus latere tuso mire ali. Iisdem modis rosma-

Cato. Cap. LI: *Propagatio pomorum, aliarumque arborum. Ab arbore abs terra pulli qui nascentur, eos in terram deprimito, extollitoque primorem partem, uti radicem capiat: inde biennio post effodito, seritoque. Ficum, oleam, malum punicum, cotoneum, aliaque mala omnia, laurum, myrtum, nuces Praenestinas, platanum; haec omnia a capite propagari, eximique, serique eodem modo oportet.* HARD.

Quas si longius. Cato, cap. LII: *Quae diligentius propagari voles, in aulas aut in qualos pertusos propagari oportet, et cum iis in scrobem deferri oportet.* HARD.

Alterum genus. Et illud Cato pariter habet, cap. CXXXIII his verbis: *In arboribus radices uti capiant, calicem pertusum sumito tibi, aut quasillum: per eum ramulum transerito: eum quasillum terra impleto, calcatoque: in arborem relinquito: ubi bimum erit, ramum teneum infra praecidito: cum quasillo serito. Eo modo quodvis genus arborum facere poteris uti radices bene habeant* H.

Circumfartis. Sic MSS. omnes, non, ut editi, *circumpactis*, nulla plane sententia. H.

Inter poma. Inter ipsa poma, atque in ipso arboris cacumine: nam vel ex ipso summo cacumine rami ad propaginem seliguntur. HARD.

Avulsione. De qua diximus cap. 9. HARD.

rinum seritur, et ramo, quoniam neutri semen. Rhododendron, propagine et semine.

XXII. (XIV.) Semine quoque inserere natura docuit, raptim avium fame devorato, solidoque, et alvi tepore madido, cum fecundo fimi medicamine abiecto in mollibus arborum lecticis, et ventis saepe translato in aliquas corticum rimas: unde vidimus cerasum in salice, platanum in lauro, laurum in ceraso, et baccas simul discolores. Tradunt et monedulam condentem semina in thesauros cavernarum eiusdem rei praebere causas.

XXIII. Hinc nata inoculatio, sutoriae simili fistula

Neutri semen.. Fallitur Plinius. Sabina baccifera est: semen autem rosmarinus gerit. Dal.

XXII. *Semine quoque*, etc. Insitionum bi fere sunt modi, Inoculatio, et quae generis nomine appellatur Insitio. Inoculatio, (ἐνοφθαλμισμός) eaque duplex: prisca altera, quae fit surculo in gemmam subula apertam indito; nova altera, quae et Emplastratio dicitur, fitque in gemmae locum indita. Insitio (ἐμφυτεία, ἐμφυτισμός), et haec quoque duplex in truncum et in corticem, in truncum rursus duplex: altera terebra circumacta (terebratio, sive ἐγκεντρισμός), vel stimulo perforata medulla (medollarum applicatio), altera trunco per medium fisso: in corticem vero nostra memoria inventa, corticis fistulosi circumiectus. Dal. — *Semine quoque.* Acinis nucleisve mali, piri, cerasi, in aliarum arborum rimas immissis. Hunc locum Car. Stephanus in Praedio Rustico, pag. 215, perperam interpretatur. H.

Arborum lecticis. Sic partem eam arboris vocat, et caudicis, unde se rami dividunt in brachia. H.

Cerasum in salice. Theophr. de Caus. lib. II, cap. 23, et lib. V, cap. 4. Dalec.

XXIII. *Inoculatio.* Graecis ἐνοφθαλμισμός, et inde ἐνοφθαλμίζειν. Recessit omnino nobis hoc inserendi genus ab usu. Altera haec insitio est, quam Colum. affert, lib. V, cap. 11, de insitione arborum, pag. 203: *Tria genera porro*, inquit, *insitionum Antiqui tradiderunt. Unum quo resecta et fissa arbor resectos surculos accipit. Alterum, quo resecta inter librum et materiam semina admittit... Tertium quo ipsas gemmas cum exiguo cortice in partem sui delibratam recipit, quam vocant agricolae emplastrationem, vel ut quidam, inoculationem.* Hard.

Fistula. Acuto scalpro seu ferramento, quale sutores habent (fistulam vocant), cortex exciditur simul cum oculo sive gemma: non eximitur tamen: in eam deinde plagam semen alterius arboris includitur, eadem fistula sublatum. Est autem hoc loco semen, non acinus nucleusve, qualis in malis, piris, ac cerasis intelligitur: sed surculus ipse inserendus; quo

aperiendi in arbore oculum cortice exciso, semenque includendi eadem fistula sublatum ex alia. In ficis autem et malis haec fuit inoculatio antiqua. Virgiliana quaerit sinum in nodo gemmae expulsi corticis, gemmamque ex alia arbore includit. Et hactenus natura ipsa docuit.

XXIV. Insitionem autem casus, magister alius, et paene numerosior, ad hunc modum. Agricola sedulus casam sepis munimento cingens, quo minus putrescerent sudes, limen subdidit ex edera. At illae vivaci morsu apprehensae, suam ex aliena fecere vitam, apparuitque truncum esse pro terra. Aufertur ergo serra aequaliter superficies: laevigatur falce truncus. Ratio postea duplex: et prima inter corticem lignumque inserendi. Timebant prisci truncum findere: mox imperare ausi medio: ipsique in eo medul-

significatu familiaris ea in primis Columellsa vox. *Une greffe*. Theophrasto de Caus. I, ἔνθεμα. Sic idem Pliniua iterum inferius, cap. 35, de vitium surculis agens: *Interesse*, inquit, *oportet in plantario sesquipedes inter bina semina*. H.

Oculum. Germina, quibus in flores aut folia arbos protuberat, oculum et gemmam vocaot: oculum io primis propter corrugationem corticis, quae circumplicatam oculorum cuticulam imitatur. *Un bourgeon*. H.

Virgiliana. Georg. II, vs. 73: *Nec modus inserere, atque oculos imponere simplex. Nam, quae se medio trudunt de cortice gemmae, Et tenues rumpunt tunicas, angustus in ipso Fit nodo sinus: huc aliena ex arbore germen Includunt, udoque docent inolescere libro*. H.

Sinum. Fissuram. Haec Virgiliana ratio, nec Veterum inoculatio fuit, nec Posteriorum emplastratio: quanquam ita Dalecampio, aliisque visum est. Harr.

XXIV. *At illae vivaci morsu apprehensae, suam*, etc. At illae *sudes fissura et quasi morsu* viventis ederae comprehensae, ex ea ipsa edera vitam traxere, fuilque ederae truncus, et *alimenti* vice. H.

Apparuitque. Prodilum hoc et a Theophr. de Caus. II, 19: Ὥσπερ γὰρ γῇ χρῆται τῷ ὑποκειμένῳ τὸ ἐμφυτευόμενον καὶ ἐνοφθαλμιζόμενον. *Surculus qui inseritur, vel inoculatur, truncum subditum loco telluris usurpat*, inquit Gaza. Quod et ante idem Theophr. dixerat, de Caus. I, 6, pag 204: Ὥσπερ γὰρ γῇ χρῆται τῷ ὑποκειμένῳ στελέχει τὰ ἐμφυτευόμενα. Harr.

Ratio. Ratio postera *inserendi* gemina. Harr.

Mox imperare. Sic MSS. omnes,

lae calamum imprimebant, unum inserentes, neque enim plures capiebat medulla. Subtilior postea ratio vel senos adiicit, mortalitati eorum et numero succurrere persuasa, per media trunco leniter fisso, cuneoque tenui fissuram custodiente, donec cuspidatim decisus descendat in rimam calamus. Multa in hoc 3 servanda. Primum omnium, quae patiatur coitum talem arbor, et cuius arboris calamus. Varie quoque et non iisdem in partibus subest omnibus succus. Vitibus ficisque media siçciora, et e summa parte conceptus, ideo illinc surculi petuntur. Oleis circa media succus: inde et surculi: cacumina sitiunt. Facillime coalescunt, quibus eadem corticis natura, quaeque

non, ut editi, *inforare*: quam vocem eo significatu, pro *perforare*, Latium non agnoscit. Est enim *inforare* Plauto, in forum vocare. At si pro *perforare* diceretur, *medium* postea, non *medio* subsequi verius foret. At imperare viti, arvis, arboribusque, hoc est, cogere ut id ferant quod volumus, Virgilio, Plinio, et aliis familiare est. Denique nec forari hoc loco truncum, sed findi necesse est. H. — *Imperare*. MSS. Regg. 1, 2, et editio princeps, inforare. Miror eruditum Harduinum laudare consensum MSS. codicum in verbo, *imperare*. Brot.

Calamum. Surculum vocant qui inseritur. *Une greffe*. H.

Subtilior postea ratio. Insitio haec est, quae fit in scissura trunci, vel fisso trunco, *enter ou greffer en fente*: in quem si plures in orbem surculi immittantur, vulgo appellant, *enter en couronne*. Haec pariter Colum V, cap. de insitione arborum, ipso fere principio. H.

Mortalitati. Plures idcirco calami surculive in rimam inserunlur, ut imbecillitati eorum numerus succurrat, ac si quis casus, caelive iniuria perdat ex iis aliquos, vel unus superstes remaneat. In quibusdam MSS. *ex numero*, non improbabili lectione. Harn.

Subest omnibus succus. Humorem Columella vocat, lib. V, 10: *Itaque custodiemus, ut a praedictis locis, quos humorosos rustici vocant, semina legamus*, etc. Gallis, *la sève*. H.

Vitibus. Vitibus et ficis media pars *flagelli seu rami* siccior: et in summa parte vis *omnis* concipiendi est. Sentire contra Colum. videtur, l. c. *Feracissima autem semina sunt: non ut veteres auctores tradiderunt extrema pars eius, quod caput vitis appellant: id est, ultimum ac productissimum flagellum*, etc.

Oleis circa. Sic ex MSS. em. Hard. Cons. Chiffl. Gr. et alii *Oleis circa medias*. Eo. P.

Facillime coalescunt. Eadem habet Theophr. de Caus. 1, 6. Columella vero l. c. *Omni arbori inseri potest*,

pariter florentia eiusdem horae germinationem succorumque societatem habent. Lenta enim res est quoties humidis repugnant sicca, mollibus corticum duri. Reliqua observatio, ne fissura in nodo fiat: repudiat quippe advenam inhospitalis duritia. Vt in parte nitidissima, ne longior multo tribus digitis, ne obliqua, ne translucens. Virgilius ex cacumine inseri vetat: certumque est, ab humeris arborum orientem aestivum

si non est ei, cui inseritur, cortice dissimilis. Si vero etiam similem fructum, et eodem tempore affert, sine scrupulo egregie inseritur. Et post quaedam interiecta: *Sed quum antiqui negoverint posse omne genus surculorum in omnem arborem inseri, et illam finitionem, qua nos paulo ante usi sumus, veluti quamdam legem sanxerint, eos tantum surculos posse coalescere, qui sint cortice ac libro et fructu consimiles iis arboribus, quibus inseruntur: existimavimus errorem huius opinionis discutiendum, tradendamque posteris rationem, qua possit omne genus surculi omnibus arboribus inseri*, etc. Hard.

Corticum duri. Broterius ex editione principe, *corticum dura.* Ed. P.

In nodo fiat. In arboris nodo, hoc est, crassiore callo eo, circa quem colligati simul se rami proiiciunt. Hoc vero praecepit etiam Virgilius, Georg. II, 78: *Aut rursum enodes trunci resecantur, et olte Finditur in solidum cunctis via: deinde feraces Plantae immittuntur: nec longum tempus, et ingens Exiit ad caelum ramis felicibus arbos.* Hard.

Vt in parte. Colum. l. c. *Arborem quam inserere voles, serra diligenter exsecato ea parte qua maxime nitida, et sine eicotrice est: dabisque operam, ne librum laedos. Quum deinde truncum recideris, acuto ferramento plagam levato: deinde cuneum tenuem ferreum vel osseum inter corticem et materiam ne minus digitos tres, sed considerate demittito, ne laedas aut rumpas corticem*, etc. Et mox: *Si pusillam arborem inserere voles, imam abscindito... et medium truncum acuto scalpello permodice findito, ita ut fissuro digitorum trium sit in ea*, etc. Hard.

Virgilius. Loco mox allato, quum plantas solum feraces in hos usus adhiberi iussit: quales fere surculi non sunt, qui cacumen obtinent, sed qui humeros potius, seu media arborum. Sic Colum. lib. de Arb. c. III, ad vites serendas semina ait optima haberi a lumbis, secunda ab humeris, tertia summa in vite lecta, quae feraciora quidem, sed celeriter senescunt. Hard.

Orientem aestivum. Colum. l. c. *Quum primum germina tumebunt de ramulis anniculis qui solis ortum spectabunt, et integri erunt, eos legito*, etc. (Vide inf. not. 17.) Et lib. de Arboribus cap. XX: *Semina si ex arboribus sumes, de iis potissimum sumito, quae omnibus annis bonos et uberes ferunt fructus. Observabis autem ab humeris, qui sunt contra solem orientem, ut eosdem decerpas.* Hard.

spectantibus surculos petendos, et e feracibus, et e germine novello, nisi vetustae arbori inserantur: ii enim robustiores esse debent. Praeterea ut praegnantes, hoc est, germinatione turgentes, et qui parere illo speraverint anno. Bimi utique, nec tenuiores digito minimo. Inseruntur autem et universi, quum id agitur, ut minor altitudo in latitudinem se fundat. Ante omnia gemmantes nitere conveniet, nihil nusquam hulcerosum esse, aut retorridum. Spei favet medulla calami commissurae, si in matre ligni corticisque iungatur. Id enim satius, quam foris cortici aequari. Calami exacutio medullam ne nudet. Tenui

Hoc est, germinatione. De germinatione ea dictum abunde est lib. XVI, cap. 39, 40 et 41. — Ita rescripsimus tum ope codicum R. Colb. Th. et Chiffl. tum ipsius Columellae, libro nempe sexto, c. de insitione arborum: *Ex qua arbore*, inquit, *inserere voles, et surculos ad insitionem sumpturus es, videto, ut sit tenera, et ferax, nodisque crebris: et quum germina tumebunt, de ramis anniculos, qui solis ortum spectabunt, et integri erunt, eos legito crassitudine digiti minimi. Surculi sint bifurci, vel trifurci*, etc. Prius legebatur: *Hoc est, gemmatione turgentes... digito medio:* quum in MSS. codicibus *germinatinne* et *minimo* planissime scriptum sit. Nec tamen *gemmatione* legi penitus improbamus, quum ipsam *gemmam* legi oporteat, ut ait Colum. l. c. *quae bene apparebit, certamque spem germinis habebit.* Et Pallad. in Mart. tit. 10, de Pomis: *Melius provenient, si ponendus ramus gemmata lam matre sumatur.* Et in Febr. tit. 17: *Vbi incipit gemma arborum turgescere.* Sed veterum exemplarium vestigiis integra fide insistere magis placet. H.

Inseruntur autem et universi. Broterius ex codicibus Reg. 1, 2, et edit. principe, *et inversi*, quod servat Gronovius. — *Bimi utique... minimo.* Ita codd. Hard. Dal. et Chiffl. Gronovius vero et al. ante Hard. *Bimi utrique... medio.* Ed. P.

Vt minor altitudo in latitudinem se fundat. Vt instar pumilarum arborum humiles sint, et in latitudinem se fundant: inversi seruntur calami, ita ut pars acutior in truncum immittatur: exstet ea, quae crassior. H.

Retorridum. Non sole, vel aestu, vel gelu etiam torridum et corrugatum. Hann.

Spei favet medulla, etc. Id est, quod ait Cato cap. XLI: *Quos inseres, medullam cum medulla committito.* Dal. — *Spei.* Spei commissurae medulla calami favet, si in matre, *sive arbore in quam inseritur*, ligno *simul* corticique iungatur. H.

Si in matre. Sic arborem vocat, in quam inseritur calamus. Nostri vulgo, *le sauvageon.* H.

Calami exacutio medullam ne nu-

tamen fistula detegat, ut fastigatio laevi descendat cuneo, tribus non ampliore digitis. Quod facillime contingit, tinctum aqua radentibus. Ne exacuatur in vento, nec cortex a ligno decedat alterutri. Calamus ad corticem usque suum deprimatur. Ne luxetur dum deprimitur: neve cortex replicetur in rugas. Ideo lacrymantes calamos inseri non oportet, non hercule magis, quam aridos: quia illo modo labat humore nimio cortex: hoc, vitali defectu non humescit, neque concorporatur. Id etiam religionis servant, ut luna crescente, ut calamus utraque deprimatur manu. Et alioqui in hoc opere duae simul manus minus nituntur, necessario temperamento. Validius enim demissi tardius ferunt, fortius durant contrarii, ex diverso. Ne hiscat nimium rima, laxeque capiat, aut ne parum: et exprimat, aut compressum necet. Hoc maxime praecavendum, ut praevalide accipientis trunco

det. Calamus ita acuatur, ut ne medulla eius nudetur: tenui tamen fistula, hoc est, scalpello, ut dictum est, deradendus: ut in morem cunei acuminatus, seu fastigatus, leviter trunci fissuram descendat, trium fere digitorum altitudine. Ita fere Colum. l c. et Theophr. de Caus. I, 6. Hard.

Tinctum. Si tinctus aqua calamus radatur. Hard.

Ideo lacrymantes. Qua de causa vitem aliquot antea diebus praesecant, ut lacryma effluat, neque putrescat, neque vermiculetur, inquit Theophr. de Caus. I, 6, p. 205. H.

Hoc vitali. Hoc modo, vitalis humoris defectu non humescit, nec cum matre coalescit. H.

Luna crescente. Palladius, in Febr. tit. 17: *Sed hoc utrumque genus insitionis vernum est, et fit crescente luna, ubi incipit gemma arborum turgescere.* Sequitur Columellam lib. de Arb. cap. 26: *Omnes arbores,* inquit, *simul atque gemmas agere coeperint, luna crescente inserito.* Hard.

Contrarii, ex diverso. Eorum e contrario diversa ratio est, qui fuerint lentius imbecilliusque demissi: nam et ocyus ferunt ii, intereuntque celerius. H. — Broterius ex MSS. Regg. 1, 2, et editione principe, *fortius durant; contraria, ex diverso;* ita ut sensus sit: calami validius demissi, tardius ferunt, fortius durant. Contra vero calami levius demissi, citius ferunt, minus durant. Ed. P.

Et exprimat. Premendo eiicial, excludatque surculum: aut comprimat: necetque, si angustius habitet. Hard.

in media fissura relinquatur. Quidam vestigio fissurae falce in truncis facto, salice praeligant marginem ipsum. Postea cuneos figunt, continente vinculo libertatem dehiscendi. Quaedam in plantario insita eodem die transferuntur. Si crassior truncus inseratur, inter corticem et lignum inseri melius, cuneo optime osseo, ne cortice rumpatur laxato. Cerasi libro dempto finduntur. Hae solae et post brumam inseruntur. Dempto libro habent veluti lanuginem, quae si comprehendit insitum, putrefacit. Incolume cuneo adactum utilissime adstringitur. Inserere aptissimum quam proximum terrae, si patiatur

Quidam vestigio. Antequam truncus findatur, quidam fissurae vestigium in ipso falce signant: deinde truncum ipsum in margine vinculo saligneo praeligant. Palladius in Febr. tit. 17: *Plerosque delectat strictum primo sectae arboris truncum vinculis arctioribus, in medio findere, et ibi surculos ex utraque parte rasos in modum cunei, ut integra sit medulla, demergere, praemisso ante cuneolo: quo subducto depositus surculus, redeunte in plagam materia, possit adstringi.* Hard.

Si crassior. Si in crassiore trunco fiat insitio. H.

Ne cortice. Ne truncus cortice laxato rumpatur. H.

Cerasi. Truncus nimirum, in quem insitio fit. H.

Hae solae et post brumam inseruntur. Pallad. lib. XI, in Octob. titul. 12, pag. 152: *Inseritur (cerasus) mense novembri melius: vel, si necesse sit, extremo ianuario. Alii et octobri inserenda esse dixerunt.* H.

Dempto. Pallad. loc. cit. *Cerasum Martialis in trunco inseri iubet: mihi inter corticem et lignum feliciter semper evenit. Qui in trunco inserunt, sicut Martialis dicit, omnem lanuginem, quae circa est, auferre debebunt: quae si remanserit, insitis nocere manifestat.* H.

Incolume. Si cuneo, vel malleo insitum adigatur, ita ut non laedatur, sed sit incolume, utilissime tum adstringitur. — Ita MSS. omnes R. Colb. Par. Th. Alii obscuriore, vel plane nulla sententia *incolumi cuneo* legunt. Nostram emendationem interpretationemque adiuvat egregie Theophr. de Caus. II, 6, pag. 205: Καὶ ὅταν σχίσαντες ἐντιθῶσι τὸ ἔνθεμα, σφηνοειδὲς ποιήσαντες, ἐν σφύρᾳ ἐλαύνουσιν, ὅπως ὅτι μάλιστα προσαχθῇ. Hoc est, interprete Gaza: *Quumque trunco leviter fisso inserendum iam est, surculum cuspidatim decisum malleo adigunt, ut quam maxime deprimatur, et committatur.* Hard.

Inserere. De pumilis praesertim arboribus ita Colum. l. c. *Si pusillam arborem inserere voles, imam abscindito, ita ut sesquipede a terra exeat.* Hard.

nodorum truncique ratio. Eminere calami sex digito-
8 rum longitudine non amplius debent. Cato argillae, vel cretae arenam, fimumque bubulum admisceri, atque ita usque ad lentorem subigi iubet, idque interponi et circumlini. Ex iis quae commentatus est, facile apparet illa aetate inter lignum et corticem, nec alio modo inserere solitos, aut ultra latitudinem duum digitorum calamos demittere. Inseri autem praecipit pira ac mala per ver, et post solstitium diebus L et post vindemiam: oleas autem et ficos per ver tantum, luna sitiente, hoc est, sicca. Praeterea post
9 meridiem, ac sine vento Austro. Mirum quod non contentus insitum munisse, ut dictum est, et cespite ab imbre frigoribusque protexisse, ac mollibus bifidorum viminum fascibus, lingua bubula (herbae id

Eminere calami sex digitorum longitudine. Colum. loc. cit. *Surculos sic inserito, ut semipede, nec amplius de arbore exstent.* Sunt autem in pede digiti sedecim. H.

Cato. Cat. c. XL: *Argillam, vel cretam coaddito, arenae paululum, et fimum bubulum: haec una bene condapsito, quam maxime uti lentum fiat: capito tibi scissam salicem: ea stirpem praecisum circumligato, ne liber frangatur.* H.

Ex iis. Cato c. XL: *Surculum aridum praeacutum inter librum et stirpem arctito primores digitos duos. Postea capito tibi surculum, quod genus inserere voles: eum primorem praeacuito obliquum primores digitos duos*, etc. *Arctito*, est inserito, immittito. H.

Oleas. Cato cap. XL: *Ficos, oleas, mala, pira, vites inseri oportet luna silenti post meridiem, sine vento Austro.* De luna sive silente, sine sitiente, diximus cap. 8. Sed ex Plinio *sitienti* legi oportere palam est. HARD.

Vt dictum est. Nempe proxime, argilla, creta, etc. H.

Bifidorum viminum. Scissam salicem dixit Cato l. c. H.

Lingua bubula. Miror valde Plinium bubulam herbam, τὸ βούγλωσσον, exposuisse, quum Cato ligulam e corio bubulo factam intelligat: et alioqui sit absurdum linguam bubulam herbam insuper librum alligari, ne cadat, quod ait Cato. DAL. — *Lingua bubula.* Catonis haec verba loco proxime citato: *Saliceem Graecam amplius circumligato, luto depsto, stirpem oblinito, digitos crassos tres: insuper lingua bubula obtegito, si pluat, ne aqua in librum permanet: eam linguam insuper librum alligato, ne cadat. Postea stramentis circumdato, alligatoque, ne gelu noceat.* H. — *Lingua bubula.* Herba illa buglossum est, *la buglose*; neque

genus est) insuper obtegi iubet eamque illigari opertam stramentis. Nunc abunde arbitrantur paleato luto libro sarcire, duos digitos insito exstante. Verno inserentes tempus urget, incitantibus se gemmis, praeterquam in olea, cuius diutissime oculi parturiunt, minimumque succi habent sub cortice, qui nimius insitis nocet. Punicam vero et ficum, quanquam alias 10

Cato hic agit de corio bubulo, ut quibusdam placuit. Brot.

Herbae id genus. Plinius βούγλωσσον accepit, de qua dicetur l. XXV, 40. Hac muniri ac circumlini insita voluit, ut superius cap. 14, tomice mora spinarum, baccasque lauri. H.

Paleato luto. Cum luto palea admixta plagam sarcire vimine circumligato, ita ut surculus qui inseritur, duobus digitis exstet. Sic MSS. omnes: prius legebatur, nulla prorsus sententia, aut falsa, *libros sarcire.* Emendationem nostram Columella constabilit l. de Arb. cap. 26: *Quum omnes surculos, quos arbor patietur, demiseris, libro ulmi vel vimine arborem adstringito. Postea paleato luto bene subacto oblinito totam plagam et spatium quod est inter duos surculos, usque eo, ut duobus digitis insita exstent.* H. — *Libro sarcire.* Ita male MSS. Regg. edit. princeps et recentiores. Bene mediae editiones et Ill. Huetius, *libros.* Nec aliter suadet Cato. Id etiam apud nos viget. Insertos enim calamos firmamus libris, *des écorces*, quos paleato luto obducimus. Quis ferat latine dici, *paleato luto libro sarcire?* Brot.

Incitantibus se. Erumpentibus, prorepentibus. Sic Colum. lib. IV, 4: *Palmes quem vitis mox in germinatione citaverit.* H.

Praeterquam in olea. Haec iisdem verbis Theophr. de Caus. I, 6, pag. 206: Ετι δὲ τοῖς μὲν ἄλλοις βραχὺς ὁ καιρὸς, διὰ τὸ ταχεῖαν εἶναι τὴν βλάστησιν. Τῇ ἐλαίᾳ δὲ πλείων χρόνος, διὰ τὸ πλείω χρόνον ποιεῖν τοὺς ὀφθαλμούς. *Sed et caeteris tantum temporis datum propterea est, quia germen celeriter exit. Oleae plus temporis destinatum est, quum diutius suos parturiat oculos.* H.

Punicam vero. Theophrast. loc. c. Χρὴ δὲ καὶ τῆς ὑγρότητος τῶν αὐτῶν συμμετρίαν τινὰ ὑπάρχειν· διὸ καὶ τὴν μὲν ἄμπελον προαποτέμνουσιν ἡμέραις τισὶ πρότερον, ὅπως προαποῤῥυῇ τὸ δάκρυον, καὶ μὴ σήπηται, μηδ' εὐρωτιᾷ. Ροὰ δὲ καὶ συκῆ, καὶ ὅσα τούτων ἐστὶ ξηρότερα, παραχρῆμα. *Sed succi quoque et humoris eorum modum observari quemdam oportet. Qua de causa vitem aliquot ante diebus praescecant, ut lacryma effluat, neque putrescat, neque vermiculetur. Punicam, et ficum, quaeque his siccioria sunt, protinus inserere solent.* H. — *Punicam vero.* Broterius ex MSS. Regg. 1, 2, et edit. prince. *punica.* Ed. P.

Quanquam alias sicca sint. Ita editio princeps. MSS. Reg. *quamque alia sicca sunt.* Broterius certissime emendandum putat, *quaeque alia s. sunt,* ex Theophr. loco sup. laudato: καὶ ὅσα τούτων ἐστὶ ξηρότερα. Ed. P.

sicca sint, recrastinare minime utile. Pirum vel florentem insere licet, et in maium quoque mensem protendere insitionem. Quod si longius afferantur pomorum calami, rapo infixos optime custodire succum arbitrantur: servari inter duos imbrices iuxta rivos, vel piscinas, utrimque terra obstructos. (XV.) Vitium vero in scrobibus siccis stramento opertos, ac deinde terra obrutos, ut cacumine exsistant.

XXV. Cato vitem tribus modis inserit. Praesectam findi iubet per medullam, in eam surculos exacutos (ut dictum est) addi, medullas iungi. Altero; si inter sese vites contingant, utriusque in obliquum latere contrario adraso iunctis medullis colligari. Tertium genus est, terebrare vitem in obliquum ad medullam, calamosque addere longos pedes binos, atque ita ligatum insitum, intritaque illitum operire terra, calamis subrectis. Nostra aetas correxit, ut gallica utere-

Pirum Sic Pallad. in Febr. tit. 25. HARD.

Vitium vero. Subintellige calamos, sive surculos. Gallis, *marcottes*. Habet haec etiam Colum. lib. IV, c. 29. Hos ait in scrobibus rite servari, dum inseranlur. HARD.

XXV. *Cato vitem.* Cap. XLI. Eadem habet etiam Colum. l. c. HARD.

Praesectam findi, etc. Truncum vitis praesectum, in quem surculus inserendus. HARD.

Ut dictum est. Sup. cap. H.

Medullas iungi. Cato: *Quos inseres, medullam cum medulla componito.* HARD.

Altero. Cato: *Altera insitio est: si vitis vitem contingat, utriusque vitem teneram praeradito obliquo, et inter sese medullam cum medulla libro colligato.* HARD.

Tertium. Cato et Colum. ll. cc. Graecis est ἐγκεντρισμός. H.

Terebrare. Ἐγκεντρίζειν Graecis. DAL.

Intritaque illitum operire terra. Argilla subacta cum fimo et arena.

Nostra aetas, etc. Columell. haec multo uberius, lib. IV, cap. 29: *Sed aliud est ferramentum, quo priores vitem perforabant, aliud quod ipse usu nunc magis aptum comperi. Nam antiqua terebra, quam solam veteres agricolae noverant, scrobem faciebat, perurebatque eam partem, quam perforaverat: deusta porro raro revirescebat, vel cum priore coalescebat... Nos terebram, quam Gallicam dicimus, ad hanc insitionem commenti longe habiliorem, utilioremque comperimus*, etc. Didymus quoque in Geop. lib. IV, cap. 12, hunc insitio-

tur terebra, quae excavat, nec urit; quoniam adustio omnis hebetat: atque ut gemmascere incipiens legatur calamus: nec plus quam binis ab insito emineret oculis, ulmeo vimine alligatus, binaque circumcideretur acie a duabus partibus: ut inde potius distillaret mucor, qui maxime vites infestat. Deinde quum evaluissent flagella pedes binos, vinculum insiti incideretur, ubertati crassitudine permissa. Vitibus inserendis tempus dedere ab aequinoctio autumno ad germinationis initia. Sativae plantae silvestrium ra- 3
dicibus inseruntur natura siccioribus. Si sativae silvestribus inserantur, degenerant in feritatem. Reliqua caelo constant. Aptissima insitis siccitas. Huius enim

nis modum explanans, τερέτρῳ τῷ καλουμένῳ Γαλλικῷ utitur: unde recentiorem hunc esse scriptorem apparet. Ea terebra Gallis modo *villebrequin*, *vrille*. H.

Atque ut gemmascere. Colum. de Arbor. 8: *Quum vitem inserere voles, optimi generis sarmenta fructuaria tum, quum gemmas agere incipiant, vento Austro a matre praecidito*. H.

Ab insito Ab insitione non plus quam gemmae duae exstarent. Plin. cap. 35: *Oculi*, inquit, *in arborum surculis proprie vocantur unde germinant*. Hard.

Ulmeo vimine. Non abludit ab hac ratione Colum. l. c. *Quidquid insaueris viti, diligenter libro ligato, atque luto subacto paleato oblinito ... Infra insitionem et alligaturam falce acuta leviter vitem vulnerato ex utraqua parte, ut ex his potius plagis humor defluat, quam ex insitione ipsa abundet: nocet enim nimius humor, nec patitur surculos insertos comprehendere*. Hard.

Mucor. Humor, seu lacryma, ut dictum est ex Theophr. cap. sup. et proxime et Columella. H.

Pedes binos. Dalecamp. *ad pedes*. Ed. P.

Vitibus inserendis. Colum. lib. IV, cap. 29: *Tempus inserendi Iulius Aticus tradidit ex kalendis novembribus in kalendas iulias, quoad posse custodiri surculum, sive gemmam affirmat*. Vt ab illo deinde dissideat, edisserit: locum vide. H.

Ab aequinoctio autumno. Sic MSS. omnes, ac rursum inferius, l XIX, cap. 33, et XXI, cap. 12, etc. Autumnum scilicet pro autumnali Veteres dixere: *Autumnum tempus*. Manilius: *Autumnum frigus*. Naso Metam. lib. III: *Autumnam tempestatem*. Gellius, lib. IX, c. 7: *Autumnos fetus*. Cod. Theod. lib. II, tit. 8, de Feriis, lege 2. H.

Si sativae. Varro de R. Rust. lib. I, cap. 40: *Si in pirum silvaticam inseveris pirum quamvis bonam, non fore pirum tam iucundum, quam si in eam quae silvestris non sit*. Hard.

Apt. insitis. Colum. lib. V, cap. 11:

remedium appositis fictilibus vasis modicus humor per cinerem distillans. Inoculatio rores amat leves.

XXVI. (XVI.) Emplastri ratio et ipsa ex inoculatione nata videri potest. Crasso autem maxime cortici convenit, sicut est ficis. Ergo amputatis omnibus ramis, ne succum avocent, nitidissima in parte, quaque praecipua cernatur hilaritas, exempta scutula (ita ne descendat ultra ferrum) cortici, imprimitur ex alia cortex par, cum sui germinis mamma: sic compage densata, ut cicatrici locus non sit, et statim fiat unitas, nec humorem, nec afflatum recipiens: nihilominus tamen et luto munire, et vinculo melius. Hoc genus non pridem repertum volunt, qui novis moribus favent. Sed id etiam apud veteres Graecos invenitur, et apud Catonem, qui oleam ficumque sic

Hoc genus insitionis aestivo tempore optime usurpatur. H.

Huius enim. Nam pro remedio adversus siccitatem, *si nimia sit*, apponuntur *tantum* vasa fictilia, ex quibus modicus humor per cinerem *leniter* distillet. H.

Inoculatio rores. Theophr. de Caus. I, 6: Τὸ δ' ὕδωρ τῷ μὲν ἐνοφθαλμισμῷ πολέμιον, etc. *Aqua inoculationi vehementer efficit: putrefacit enim*, etc. Hard.

XXVI. *Emplastri ratio.* Quam et inoculationem quidam, ut auctor est Columella, sed perperam, appellabant. *Tertium*, inquit lib. V, c. 11, *insitionis genus est, quo ipsas gemmas cum exiguo cortice in partem sui delibratam recipit arbos, quam vocant agricolae emplastrationem, vel ut quidam, inoculationem.* Galli, *enter en écusson.* Hard. — *Emplastri ratio.* Sic MS. Reg. 1 et edit. princeps. Caeteris ex libris Brotierius, *emplastratio.* Ed. P.

Exempta scutula. Scutulam corticem eximimus, lignum tamen non offendentes: alia deinde similis ex altera arbore in locum prioris imprimitur. Quod in scutulae formam cortex eximitur, inde Galli insitioni huic nomen fecere. Quod id ipsum, quod inseritur, veluti emplastrum quoddam est, inde Latinis emplastratio dicta est. Hard.

Cum sui germinis mamma. Mammae appellatione parvam illam corticis exuberantiam intelligo, unde primum rami prosiliunt ac germina. Hard.

Et vinculo. Lineo, vel, ut olim vimineo: vel tilia denique: nam et e tilia vincula, ut dictum est libro superiore, cap. 25. Hard.

Apud Catonem, qui oleam ficumque sic inseri. Cap. XLII, p. 36. Ficos et oleas altero modo inserito: *Quod genus aut ficum, aut oleam esse voles, inde librum scalpro eximito: alterum librum eum gemma de eo fico, quod*

inseri iussit, mensura etiam praefinita secundum reliquam diligentiam suam: cortices scalpro excidi quatuor digitorum longitudine, et trium latitudine, atque ita coagmentari, et illa sua intrita oblini: eadem ratione et in malo. Quidam huic generi miscuere fissu- 3
ram in vitibus, exempta cortici tessella, surculo a latere plano adigendo. Tot modis insitam arborem vidimus iuxta Tiburtes Tullias, omni genere pomorum onustam, alio ramo nucibus, alio baccis, aliunde vite, ficis, piris, punicis, malorumque generibus. Sed huic brevis fuit vita. Nec tamen omnem experimentis assequi naturam possumus. Quaedam enim nasci, nisi sponte nullo modo queunt: eaque immitibus tantum et desertis locis proveniunt. Capacissima insitorum omnium ducitur platanus, postea robur: verum utraque sapores corrumpit. Quaedam omni genere inseruntur, ut ficus et punicae. Vitis non recipit emplastra: nec quibus tenuis, ac caducus, rimosusque cortex: neque inoculationem siccae, aut humoris exigui. Fertilissima omnium inoculatio, postea emplastratio. Sed utraque infirmissima. Et quae cortice

genus esse voles, eximito: apponito in eum locum, unde exsecaveris in alterum genus, facitoque uti conveniat. Librum longum facito digitos III S. (Hoc est, tres et semis. Plinius quatuor solidos dixit): *latum digitos tres: ad eumdem modum oblinito, integito: uti caetera.* Haro.

Illa sua intrita. Lutio paleato, uti Plinius ipse ait, cap. 24. Haro.

Miscuere fissuram. Viles inseruere gemina ratione: primo fisso cortice in tessellae modum, quae emplastratio est: et praeterea terebrato trunci latere, inserioque surculo qui Graeeis ἐγκεντρισμός, a nobis sup. cap. explicatus. Haro.

Tullias. MSS. *Thulias.* Sunt qui *tiliam* scribant. Hard.

Capacissima. Quae plures diversorum generum surculos admittere in se ac recipere possit. H.

Ducitur platanus. Sic ex MSS. em. Hard. consent. Ch. *dicitur... corrumpunt* Gr. et Al. Eo. P.

Quaedam omni genere. Omni insitionum genere, quas hactenus attigimus. Haro.

Emplastratio. Columel. c. 11, inoculationem ab agricolis vocari empla-

nituntur tantum, vel levi aura ocyssime deplantantur. Inserere firmissimum, et fecundius, quam serere. (XVII.) Non est omittenda raritas unius exempli. Corellius eques rom. Ateste genitus, insevit castaneam suometipsam surculo in Neapolitano agro. Sic facta est castanea, quae ab eo nomen accepit inter laudatas. Postea Etereius libertus Corellianam iterum insevit. Haec est inter eas differentia: illa copiosior, haec Etereiana melior.

XXVII. Reliqua genera casus ingenio suo excogitavit, ac defractos serere ramos docuit, quum pali defixi radices cepissent. Multa sic seruntur, inprimisque ficus, omnibus aliis modis nascens, praeterquam ta-

stratione tradit: Plinius tamen videtur hanc ab illa distinguere. Dal.

Inserere firmissimum. Columel. de Arb. c. 20: *Arbos insita fructuosior est, quam quae insita non est: id est, quam quae cum ramis aut plantis ponitur.* H.

Corellius. In Inscripl. Gruteri, *Corellus*, non semel. Diversus certe a Coroelio Rufo, cuius obitum Plinius alter deflet, ep. l. XII. H.

Suometipsam. Castaneam insevit exempto surculo ex ea ipsa arbore quae inserebatur. H.

Postea Etereius. In libris hactenus editis, *postea haeres eius... haec Corelliana melior.* In MSS. Reg. Colb. Thuan. Par. etc. *Postea hereteius.... haec terreiana melior.* Quae etsi sunt amanuensium vitio inquinata, vestigia tamen nobis monstravere lectionis sincerioris eruendae: neque huius tantum loci, sed et alterius, castigandi viam speruere, lib. XV, nempe c. 25, in quo quum ad hunc diem legeretur: *Laudatior Corelliana castanea, et ex ea facta, quo dicemus in insitis modo, Meterana*, indubitata coniectura *Etereiana* reposuimus: hunc enim a Plinio signari locum, quem tractamus, minima dubium est. Ex Inscriptionibus Gruteri, pag. 678, *Etereius* et *Etereia* familiae Romanae nomen fuisse intelligimus. H. — *Insevit.* Sic ex MSS. em. Hard. cons. MS. et Chiffl. *inseruit* Gron. et Al. Ed. P.

XXVII. *Pali defixi.* *Des pieux.* Hunc signare modum Virgilius videtur, Georg. lib. II, v. 24, quum ait: *Hic stirpes obruit arvo, Quadrifidasque sudes et acuto robore vallos.* Hard.

Multa sic seruntur. Theophr. Hist. lib. II, c. 7, et de Caus. lib. I, c. 6; Col. lib. V, c. 10. Dal.

Omnibus aliis. Sex modis superius recensitis, c. 9. Haan.

Praeterquam talea. Hoc est, praeciso exacutoque ab utraque parte ligno, quod in terram depangitur. Graeci ξύλον. Varro de Re Rust. lib. I, c. 40, taleam et clavolam vocat: Galli, *bille:* et talia serere, *planter de bille.* — *Praet.* Sic libri omnes etiam manu exarati, quos vidimus: etsi contrario

lea : optime quidem, si vastiore ramo pali modo exacuto adigatur alte, exiguo super terram relicto capite, eoque ipso arena cooperto. Ramo seruntur et punica, palis laxato prius meatu : item myrtus. Omnium horum longitudine trium pedum, crassitudine minus brachiali, cortice diligenter servato, trunco exacuto.

XXVIII. Myrtus et taleis seritur : morus talea tantum, quoniam in ulmo eam inseri religio fulgurum prohibet. Quapropter de talearum satu nunc dicen-

sensu, *praeterque talea*, reponere nititur Pintianus. Cum Plinio hoc loco, ut fere aliaa, Theophrastus facit, cuius haec verba Hist. lib. II, c. 11 Συκῆ δὲ τοὺς μὲν ἄλλους τρόπους φύεται πάντας· ἀπὸ δὲ τῶν πρέμνων καὶ τῶν ξύλων οὐ φύεται. Ficus quoque omnibus modis emergit, praeterquam ramo avulso, et taleo. H. — *Talea, une bouture.*

Optime quidem. Subintellige, nascitur. Haec totidem verbis Theophr. Hist. lib. II, c. 7 : Φυτεύεται καὶ ἡ συκῆ, ἐὰν τις κράδην παχεῖαν ἀποξύνας σφύρᾳ παίσῃ, ἄχρις οὗ ἂν ἀπολίπῃ μικρὸν ὑπὲρ τῆς γῆς, εἶτ' ἐπ' αὐτὸν ἄμμον βαλὼν ἄνωθεν ἐπιχώσῃ. *Seritur ficus, et si quis ramum vastiorem exacutum malleo adigat, quoad super terram paulum exstet, ac deinde arena superiniecta operiat.* Hard.

Ramo seruntur. Theophr. Hist. lib. II, c. 7 : Ἡ ῥοὰ τῇ ῥάβδου. Hard.

Palis laxato. Palo prius laxari ac dilatari scrobem seu foramen necesse est, quo ramus immittitur. Prius paxillo perforato solo, inquit Colum. lib. IV, c. 16. H.

Cortice diligenter. Theophr. Hist. lib. II, c. 7: Καὶ τὸν φλοιὸν προστῖναι, *cortice minime detracto* Crassitudinem vero rami brachialem at in olea Columella requirit, lib. V, cap. 9. — *Trunco exacuto.* Pali trunco, qui in terram defigi debet, parte nimirum durissima exacuta. H.

XXVIII. *Myrtus et taleis.* Etiam taleis. Theophr. l. c. Καὶ γὰρ ὁ μύρρινος ἀπὸ τῶν ξύλων καὶ τῶν πρέμνων φύεται. H.

Morus talea. Pallad. lib. III, in Febr. tit. 25: *Morus serenda est taleis vel cacuminibus: melius autem taleis sesquipedalibus*, etc. H.

Quoniam in ulmo. De hac religione fulgurum diximus lib. XV, cap. 17. Sincerissima haec omnium librorum scriptura est, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, 3, Thuan. Par. etc. vetustiorumque etiam editionum, Parm. Ven. et Brix. ante Hermolaum, qui *quoniam ramo eam seri* maluit: quod subsequuti deinceps editores ultro amplexi sunt: sed frustra. Non serendi, sed inserendi modum Pliniua notat, quem fulgurum religio prohibat; quoniam, ut dictum est lib. XV, cap. 17: *Non omnia insitu misceri fas est:* ac ne morus in primis ulmo inseratur, etiam nunc hodie servari audio: et Pallad. in Febr. tit. 25, pag. 78, id

dum est. Servandum in eo ante omnia, ut taleae ex feracibus fiant arboribus: ne curvae, neve scabrae, aut bifurcae: neve tenuiores, quam ut manum impleant: ne minores pedalibus: ut illibato cortice: atque ut sectura inferior ponatur semper, et quod erit ab radice: accumuleturque germinatio terra, donec robur planta capiat.

XXIX. (XVIII.) Quae custodienda in olearum cura Cato iudicaverit, ipsius verbis optime praecipiemus. Taleas oleagineas, quas in scrobe saturus eris, tripedaneas facito: diligenterque tractato, ne liber laboret quum dolabis, aut secabis. Quas in seminario saturus eris, pedales facito: eas sic inserito: locus bipalio subactus sit, beneque glutus. Quum taleam demittes, pede taleam opprimito. Si parum descendat, malleo aut mateola adigito: cavetoque, ne librum scindas,

confirmat, veluti hunc locum subsignans: *Inseritur autem*, inquit, *morus in fico, et in se tantum sub cortice; ulmo insita comprehendit: sed parturit magnae infelicitatis argumenta.* H.

Servandum in eo. Columell. lib. V, cap. 8, cui titulus est: *De seminariis olivarum.* H.

Atque ut sectura. Vt parte ima, et crassiore, et radici propiore, qua secta est ab arbore, et exscuta, terram: cacumine, caelum spectet. Colum. l. c. H.

Accumuleturque. Dum arbos germinat, terra assidue aggeratur, ad robustam usque aetatem, βλαστανόντων δὲ ἀεὶ προσχωννύειν, ἄχρις οὗ ἂν γένηται ἄρτιον. Theophrast. loc. c. Haan.

XXIX. *Cura Cato.* Sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. *cultura* Gr. et Al. Ed. P. — *Cato.* Cap. XLV: *Taleas oleagineas, quas in scrobe saturus eris, tripedaneas decidito, diligenterque tractato, ne liber laboret, quum dolabis, aut secabis*, etc. Pedales circiter Varro facit de Re Rust. lib. I, c. 40. Hard.

Ne liber laboret. Hoc est, ut ait Colum. lib. V, c. 9: *Ne corticem laedas, aliamve partem, quam quae serra praeciderit.* Vt ipse Cato, c. XL: *Ne librum convellas.* H.

Locus bipalio. Bipalium Graecis σκαπάνη, instrumentum est ad fodiendum. *Vne houe.* H.

Beneque glutus. Cato, cap. XLV: *Beneque glutus siet.* Hoc est, unitus, aequalus, complanatus. H. — *Glutus.* Teste Festo, *glittus*, seu *glutus*, est subactus, levis, tener. Nos dicimus, *terre bien meuble.* Baot.

Quum taleam. Cato: *Quum taleam demittes, pede tantum opprimito*, etc. Haan.

Mateola. Nos mateolam, bipalii

quum adiges. Palo prius locum si feceris, quo taleam demittas, ita melius vivet. Taleae ubi trimae sunt, tum denique curae sint, ubi liber se vertet. Si in scrobibus, aut in sulcis seres, ternas taleas ponito: easque divaricato supra terram, ne plus quatuor digitos transversos emineant, gemma vel oculo servato. Diligenter eximere oleam oportet, et radices quam plurimas cum terra ferre. Vbi radices bene operueris, calcare bene ne quid noceat.

XXX. Si quis quaerat quod tempus oleae serendae

manubrium interpretamur: aliter alii. Haro.

Ne librum scindas, quum adiges. Sic post Dalecampium, ex MSS. em. Hard. *Ne librum scindas. Quum adigis palo prius locum feceris... ita melius vivet talea. Et ubi trimae sunt*, etc. Gr. et Al. Ed. P.

Palo prius locum ne feceris (sic enim in vett. libris legebatur). Catonia vulgata exemplaria negationem non habent: agnoscunt tamen eam codex scriptus et impressi omnes: vereorque ut in Catone sit error. Nam si in loco subacto palo prius ait locus, quid attinet pede taleam opprimere, et si parum descendat, malleo aut mateola adigere? Dalec. — *Palo.* Cato, l. c. totidem apicibus ac syllabis. Plinius supra, c. 27: *Palis laxato prius meatu.* H. — *Locum si feceris.* Harduini emendationem reiiciunt censet Broterius, qui Regiis ex codicibus et editione principe, *locum ne feceris* reposuit. Ed. P.

Vbi liber se vertet. Cato: *Vbi liber sese vertet.* Catonis sententia est, ut quidem remur, oleas, quum trimae sunt, priusquam transferantur, rubrica notandas, ut quum serentur, easdem caeli partes liber aspicial, sive cortex, quas etiam in seminario conspexerat: alioqui frigore vel calore laboraturas ab ea parte, quas praeter consuetudinem sub alio tractu expositas habuerant. Ita enim Colum. lib. de Arb. c. 17, de olivetis. Hard.

Eas divaricato supra terram, ne plus quatuor digitos transversos emineant. Scriptum exemplar, *easque divaricato supra terram ne plus quatuor digitos transverso semine vel oculis serito.* Scribo, *easque divaricato. Supra terram ne plus quatuor digitos transversos emineant gemma vel oculo servato*, ex Catonia loco citato. Dal.

Emineant, gemma vel oculo servato. Gr. et Al. *Emineant, vel oculos serito.* Ed. P. — *Gemma vel oculo servato.* Oculo uno, seu gemma exstante a terra. Ita ex Catone rescripsimus, quum prius insulse legeretur, *vel oculos serito.* Oculum servari hinc est, gemmam e terra exstare unam praecipit. Sic ipse Plinius de vite imperat, cap. 25 libri huius, ut gemmascere incipiat calamus, nec plus, quam binis ab insito emineat oculis. Hard.

Calcare bene ne quid noceat. Cato ibidem: *Calcato bene, ne aqua noceat.* Dalec.

XXX. *Si quis quaerat.* Cato, cap. XXVII, et XL, et Colum. lib. V, c.

sit, agro sicco per sementem, agro laeto per ver. Olivetum diebus XV ante aequinoctium vernum incipito putare. Ex eo die dies XL recte putabis. Id hoc modo putato. Qua locus recte ferax erit, quae arida erunt, et si quid ventus interfregerit, inde ea omnia eximito. Qua locus ferax non erit, id plus concidito, aratoque bene, enodatoque, stirpesque leves facito. Circum oleas autumnitate ablaqueato, et stercus addito. Qui olivetum saepissime et altissime miscebit, is tenuissimas radices exarabit. Radices si sursum abibunt, crassiores fient, et eo in radices vires oleae abibunt.

2 Quae genera olearum, vel in quo genere terrae vivere et seri debeant, quoque spectare oliveta, diximus in ratione olei. Mago in colle et siccis, et argilla, inter autumnum et brumam seri iussit. In crasso aut humido, aut subriguo, a messe ad brumam. Quod praecepisse eum Africae intelligitur. Italia quidem nunc vere maxime serit. Sed si et autumno libeat,

9: *Plantae autem in oliveto disponentur optime, siccis minimeque uliginosis agris, per autumnum: laetis et humidis verno tempore, paulo antequam germinent.* HARD.

Olivetum diebus. Cato, c. XLIV. H.

Ex ea die. Cato: *Ex eo die dies quadraginta quinque recte putabis.* H.

Qua locus recte ferax erit. Qui, non *qua*, in Catone; eodem capita. Et paulo post eodem modo legito. DAL.

Concidito. Diligentius scilicet fodito, subigito, aratro proscindito. DALEC.

Enodatoque. Ramos inutiles amputato: arborem interlucato: stirpem onere levato. Cato totidem verbis ac Plinius. H.

Circum oleas. Cato, cap. V: *Circum oleas autumnitate ablaqueato, et stercus addito.* MSS. etiam Pliniani omnes *autumnitate*, non *autumno* habent. Vsus ea voce iterum Cato, cap. CLV. HARD.

Qui olivetum. Cato, cap. LXI: *Qui olivetum saepissime et altissime miscebit, is tenuissimas radices exarabit. Si male arabit, radices sursum abibunt, crassiores fient, et in radices vires oleae abibunt.* H.

Et eo. Et ea re, ob eam rem. H.

Diximus in ratione olei. Lib. XV, cap. VI. H.

Mago. Et post eum Columell. de Arb. c. 17, de olivetis, ubi Magonem laudat. H.

post aequinoctium XL diebus ad Vergiliarum occasum quatuor soli dies sunt, quibus seri noceat. Africae peculiare quidem in oleastro est inserere. Quadam aeternitate consenescunt proxima adoptioni virga emissa, atque ita alia arbore ex eadem iuvenescente: iterumque et quoties opus sit, ut aevis eadem oliveta constent. Inseritur autem oleaster calamo, et inoculatione.

Olea, ubi quercus effossa sit, male ponitur: quoniam vermes, qui raucae vocantur, in radice quercus

Quatuor soli dies, quibus seri noceat. Oleas nimirum. Sed quum in libris fere omnibus legatur, *XIV soli dies sunt*, evenisse id librariorum incuria haud temere suspicamur, qui pro *quatuor* legerint *quatuordecim*. Nec felicior Pintiani coniectura, qui levissimis ductus argumentis, *VIII soli dies* scribi censet oportere. Detegit utrorumque errorem ipse Plinius, cap. 2 huius libri: *Circa Vergilias quidem pluere*, inquit, *inimicissimum vitis et oleae, quoniam tunc exitus est earum: hoc est illud quatriduum oleis decretorium*, etc. Et lib. XVIII, cap. 69, illud ipsum argumentum persequutus: *Aliud hoc*, inquit, *qu tridum est.... decretorio die florentibus oleis, vitibusque*, etc. H.

Quadam.... consenescunt. Aeterno fere aevo oleae durant, quoniam virgas seu stolones emittunt quotannis, qui seri alio et transferri possint. Simili sententia Columell. lib. IV, c. 17: *Neque enim ea quae seruntur a nobis immortalia esse possunt: attamen aeternitate eorum sic consulimus, ut de mortuis seminibus alia substituamus*, etc. Hard.

Adoptioni. Sic ex MSS. em. Hard. Gron. et Al. *adoptione*. Ed. P.

Atque ita alio arbore ex eadem iuvenescente. Scribo *vivescente*, non *iuvenescente*, ex vetere exemplari. Vtitur hoc verbo alias Plinius persaepe, ut in praecedentibus ostensum est. Dalec.

Inseritur.... calamo. Hoc est, surculo, quo dictum est modo initio capitis 24. Hard.

Olea, ubi quercus. Amplius eo Varro dicit de Re Rust. lib. I, c. 16, dum ait: *Si ad limitem quercetum habet ager, non posse recte secundum eam silvam seri oleam*, etc. Aliquid similius Colum. lib. V, c. de generibus olearum: *Potest*, inquit, *olea in agro frumentario seri, vel ubi arbutus, aut ilex steterant. Nam quercus etiam excisa radices noxias oliveto relinquit, quarum virus enecat oleam.* Sed de vermibus Idem expressius, libro extremo de Arboribus, c. 17 de olivetis: *Si olivam posueris eo loco, unde quercus effossa est, morietur: ideo quod vermes quidam sunt, qui in radice quercus nascuntur, et educantur, iique maxime semina oleae consumunt.* Hard.

Qui raucae. Ita etiam MSS. Sunt qui *erucae* malint: sed imperite, ac nimium confidenter. Hard.

nascuntur, et transeunt. Non inhumare taleas, aut siccare prius quam serantur, utilius compertum. Vetus olivetum ab aequinoctio verno intra Vergiliarum exortum interradi alternis annis, melius inventum: item muscum circumdare radici. Circumfodi autem omnibus annis a solstitio duum cubitorum scrobe pedali altitudine: stercorari tertio anno.

4 Mago idem amygdalas ab occasu Arcturi ad brumam seri iubet. Pira non eodem tempore omnia, quoniam non aeque floreant. Eadem oblonga, aut rotunda ab occasu Vergiliarum ad brumam. Reliqua genera media hieme ab occasu Sagittae, subsolanum, aut septemtriones spectantia. Laurum ab occasu Aquilae

Non inhumare taleas. Quamquam ita fieri praecipit Columella, lib. V, cap. 9: *Sed oportebit talearum capita et imas partes mixto fimo cum cinere oblinire, et ita totas eas immergere, ut putris terra quatuor digitis alte superveniat. Sed binis indicibus ex utraque parte humantur*, etc. In Chifflet. codice *infumare*, male. Hard. — *Inhumare.* Broterius ex Columella loc. cit. et MS. 2, *infumare.* Brot.

Interradi alternis. Quid sit interradi diximus lib. XV, cap. 2 (vide et ad hunc locum Excurs. nostr. II de oleae cultura). Somniant vocabulorum concinnatores, qui hac voce praecipi putant, ut qui solet innasci arboribus muscus eradatur. Quod Plinius alternis annis interradi hoc loco ait, tonsuram oleae alternam vocat ipse, cap. 45, quum alternis nimirum annis amputari ramos inutiles olearum vetustiorum iubet, ne alimentum omne in materiem insumatur. Sic Columella, lib. V, cap. 9 de seminariis olivarum: *Quin etiam*, inquit, *compluribus interpositis annis olivetum putandum est.... Quod tamen satis erit octavo anno fecisse*, etc. Hard.

Item muscum. Colum. lib. XI, c. 2: *Hoc eodem mense (maio) in pastinato seminario novissima positio est olearis taleae: eamque oportet, quum panxeris, fimo et cinere mixtis oblinire, et superponere muscum, ne sole findatur*, etc. Hard.

Stercorari. Columell. loc. cit. *Tertio quoque anno fimo vel pabulandae sunt oleae.* Hard.

Mago idem. Et Palladius in Ian. lib. II, tit. 15: *Amygdalus seritur mense ianuario, et februario: item locis callidis octobri et novembri.* De occasu Arcturi lib. XVIII, cap. 74. De occasu Vergiliarum lib. XVIII, cap. 59. Sagittae, cap. 74. Aquilae drmum, cap. 69. Hard.

Ab occasu Vergiliarum, etc. Columellae Vergiliae oriuntur vi idus novembris, id est, circa diem undecimum. Sagitta vero oritur octavo kalend. martii, id est, circa vigesimum februarii, qua ratione occidit circa vigesimum augusti. Aquila ori-

ad occasum Sagittae. Connexa enim de tempore serendi aeque ratio est. Vere et autumno id magna ex parte fieri decrevere. Est et alia hora circa Canis ortus, paucioribus nota, quoniam non omnibus locis pariter utilis intelligitur; sed haud omittenda nobis, non tractus alicuius rationem, verum naturae totius indagantibus. In Cyrenaica regione sub Etesiarum 5 flatu conserunt: nec non et in Graecia: oleam maxime in Laconia. Cos insula et vites tunc serit: caeteri apud Graecos, inoculare et inserere non dubitant; sed arbores non serunt: plurimumque in eo locorum natura pollet: namque in Aegypto omni serunt mense, et ubicumque imbres aestivi non sunt, ut in India et Aethiopia. Necessario post haec autumno seruntur arbores.

Ergo tria tempora eadem germinationis, ver, et 6 Canis, Arcturique ortus. Neque enim animalium tantum est ad coitus aviditas, sed multo maior est terrae ac satorum omnium libido: qua tempestive uti, plurimum interest conceptus. Peculiare utique in

tur septimo idus decembris, id est, circa septimum diem eius mensis: qua ratione occidit circa septimum maii. Dalec.

Verum naturae totius. In MSS. *potius.* Hard.

Sub Etesiarum. De his egimus lib. II, cap. 47, dicemusque iterum lib. XVIII, cap. 68. Hrad.

Cos insula et vites tunc serit. Sic ex MSS. emend. Hard. Gron. et Al. *Cos insula et vites: tunc seri apud Graecos.* Ed. P.

Aestivi non sunt. In MSS. *aestivi sunt.* Malc. Idem Plinius, lib. XIX, cap. 4: *In desertis adustisque sole Indiae, ubi non cadunt imbres.* Sic etiam Ctesias in eo volumine, quod de Indicis rebus conscripsit, cuius exstant fragmenta apud Photium in Bibl. quae sunt saepius laudata a nobis in hoc opere. Hard.

Necessario. Columell. lib. V, cap. 10: *Arbores ac semina cum radicibus autumno serito, hoc est, circa kalendas et idus octobris.* Hard.

Ergo tria tempora eadem germinationis, etc. Plinius lib. XVI, cap. 41: *Sunt aliae naturales quibusdam (germinationes), praeterque vernas, quae suis constant sideribus.... Hiberna, Aquilae exortu: aestiva, Canis ortu: tertia, Arcturi. Has duas quidam omnibus arboribus communes putant*, etc. Hard.

Plurimum. Plurimum interest ad

insitis, quum sit mutua cupiditas utrimque coëundi. Qui ver probant, ab aequinoctio statim admittunt, praedicantes germina parturire, ideo faciles corticum esse complexus. Qui praeferunt autumnum, ab Arcturi ortu, quoniam statim radicem quamdam capiant, et ad ver parata veniant, atque non protinus germinatio auferat vires. Quaedam tamen statutum tempus anni habent ubique, ut cerasi et amygdalae circa brumam, serendi vel inserendi. De pluribus locorum situs optime iudicabit. Frigida enim et aquosa verno conseri oportet, sicca et calida autumno.

7 Communis quidem Italiae ratio tempora ad hunc modum distribuit: moro ab idibus februariis in aequinoctium, piro autumnum: ita ut brumam quindenis nec minus diebus antecedant. Malis aestivis, et cotoneis, item sorbis, prunis, post mediam hiemem in idus februarias. Siliquae Graecae, et Persicis ante brumam per autumnum. Nucibus, iuglandi, et pineae, et avellanae, et graecae, atque castaneae, a kalendis martiis, ad idus easdem. Salici, genistae, circa

conceptum *arborum ac germinationem*. Hard.

Vtrimque coëundi. Vel, ut in MSS. *utriquè*, surculo, arborique. Hard.

Ideo faciles. Ideo cortices, arboris pariter ac surculi insiti, facile coire. Hard.

Arcturi orta. De eo dicemus lib. XVIII, cap. 74. Hard.

Quaedam tamen. Columella, lib. XI, cap. 2: *Possunt etiam his diebus (mense decembri exeunte) cerasi et tuberes, et Armeniacae, atque amygdalae, ceteraeque arbores, quae primae florent, inseri commode*. H.

Moro ab idibus. Columella, lib. V, c. 10: *Mala, sorba, pruna, post mediam messem usque in idus februar. serita. Mororum ab idibus febr. usque ad aequinoctium vernum satio est*. H.

Siliquae graecae. De quibus diximus lib. XV, cap. 26. Columell. loc. cit. *Siliquam graecam, quam quidam κεράτιον vocant, et Persicum, ante brumam per autumnum serito*. H.

Nucibus. Columell. loc. cit. *Quam ferula fuerit cuata, eam findito, et in medulla eius sine putamine nucem graecam, aut avellanam abscondito, et ita adobruito. Hoc ante kalendas martias facito, vel etiam inter nonas et idus martias. Eodem tempore iuglandem, et pineam, et castaneam serere oportet*. De his nucum generibus dictum est lib. XV, cap. 24. H.

Ad idus easdem. Hoc est, martias. H.

martias kalendas. Hanc in siccis semine, illam in humidis virga seri diximus.

(XIX). Est etiam nunc nova inserendi ratio, ne 8 quid sciens quidem praeteream, quod usquam invenerim, Columellae excogitata, ut affirmat ipse, qua vel diversae insociabilesque naturae arborum copulentur, ut fici atque oleae. Iuxta hanc seri ficum iubet non ampliore intervallo, quam ut contingi large possit ramo oleae quam maxime sequaci atque obedituro; eumque omni interim tempore edomari meditatione curvandi. Postea fico adepta vires (quod evenire trimae, aut utique quinquenni solet), detruncata superficie, ipsumque deputatum, et ut dictum est, adraso cacumine, defigi in crure fici, custoditum vinculis, ne curvatura fugiat. Ita quodam

Salici, genistae, circa martias kalend. Columell. lib. de Arborib. c. 29: *Salicem et genistam crescente luna vere circa kalendas martias serito. Salix humida loca desiderat, genista etiam sicca.* Haro.

Hanc in siccis. In montibus genistas sponte nasci Plinius ante admonuit, lib. XVI, cap. 30. In fluminibus salices, vel depacto temere surculo, eiusdem libri cap. 46, 67, 68. Hard.

Columellae excogitata. Columell. locus est l. V, c. 11. Dalec.

Meditatione curvandi. Assuetudine. Vt assidue curvata, fissurae assuefiat. Hard.

Detr. sup. Arboris fici praesecto cacumine. Colum. V, 9: *Tum arborem fici detrunca, plagamque laeva, et mediam cuneo finde. Cacumina deinde olivae, sicuti matri cohaerent, ex utraque parte abrade, et ita fissurae fici insere, cuneumque exime, diligenterque ramulos colliga, ne qua vi revellantur. Sic interposito trienniq convalescet ficus cum olea: et tum demum quarto anno, quum bene coierint, velut propagines, ramulos olivae a matre resecabis.* H.

Ipsumque. Ipsum oleae ramum, matri adhuc adhaerentem: sed deputatum tamen, hoc est, ex utraque parte cuspidatim decisum, ut dictum est cap. 24, defigi iubet in ficum, qua parte facta est fissura: hanc μεταφορικῶς crus appellant: alias truncum. Haro.

Defigi in crure fici, custoditum vinculis, ne, etc. Scribend. videtur *constrictum*, non *custoditum*, ex Columellae libro tertio, cap. vigesimo, ex cuius auctoritate credo verba illa, *in crure fici constrictum vinculis, ne curvatura fugiat*, errore librariorum e proprio loco avulsa esse, et in totum legendum sic: *eumque omni interim tempore edomari meditatione*

propaginum insitorumque temperamento, triennio communi inter duas matres coalescere. Quarto anno abscissum totum adoptantis esse, nondum vulgata ratione, aut mihi certe satis comperta.

XXXI. Caetero eadem illa de calidis frigidisque, et humidis et siccis supra dicta ratio, et scrobes fodere monstravit. In aquosis enim neque altos, neque amplos facere expediet: aliter in aestuoso solo et sicco, ut quam maxime accipiant aquam, contineantque. Haec et veteres arbores colendi ratio est. Ferventibus enim locis accumulant aestate radices operiuntque, ne solis ardor exurat. Aliubi ablaqueant, perflatusque admittunt. Iidem hieme cumulis a gelu vindicant. Contra illi hieme aperiunt, humoremque sitientibus quaerunt. Vbicumque circumfodiendi arbores ratio in circuitu pedes in orbem

curvandi in crure fici constrictum vinculis, ne curvatura fugiat. Postea fico adepta vires, etc. Columellae verba apponam ut lectoribus quaerendi labor adimatur: *In serobem deinde fici arbusculam deponito, diligentiamque adhibeto, ut robusta et nitida fiat. Post triennium aut quinquennium quum iam satis amplum incrementum ceperit, ramum olivae qui videatur nitidissimus deflecte, et ad crus arboris ficulneae religa, atque ita amputatis caeteris ramulis ea tantum cacumina quae inserere voles, relinque. Tum arborem fici detrunca, plagamque leva, et mediam cuneo finde. Cacumina deinde olivae, sicut matri cohaerent, utraque parte abrade, et ita fissurae fici insere*, etc. Pint.

Communi inter duas matres coalescere. Brol. e sententia Huetii, *Communiter duas matres evalescere.* Ed. P.

XXXI. *Supra dicta ratio.* Sup. cap. 7. Hard.

Scrobes fodere monstravit. Theophr. de Caus. lib. III, cap. 5. Dal.

Accumulant. Accumulantur terra radices. Graeci προσχωννύειν vocant, ut Theophrastus a nobis laudatus c. 28. Hard.

Aliubi ablaqueant. Circum radices terra foditur, ut illae aëre ventisque perflentur. Hard.

Contra illi hieme aperiunt, humoremque, etc. Columell. lib. V, cap. 5: *Vbi semina iam corroborata fuerint, nihil dubium est, quin caelestibus aquis plurimum iuventur. Itaque locis quibus clementia hiemis permittit, adapertas vites relinquere, et tota hieme ablaqueatas habere conveniet.* H.

In circuitu pedes. Tò *in circuitu*, puto hic supervacuum esse, quum verbi *circumfodiendi* significatio id

ternos: neque id in pratis, quando amore solis humorisque in summa tellure oberrant. Et de arboribus haec quidem fructus gratia serendas inserendisque in universum sint dicta.

XXXII. (xx). Hinc restat earum ratio, quae propter alias seruntur, ac vineas maxime, caeduo ligno. Principatum in iis obtinent salices, quarum satio fit loco madido: tamen refosso duos pedes et semipedem, talea sesquipedali, vel pertica, quae utilior, quo plenior. Intervallo esse debent pedes seni. Trimae pedibus binis a terra putatione coërcentur, ut se in latitudinem fundant, ac sine scalis tondeantur. Salix enim fecundior est, quo terrae propior. Has quoque omnibus annis confodi iubent mense aprili. Haec est viminalium cultura. Perticalis et virga, et

satis explicet. Dalec. — *In circuitu.* MSS. *in circuitum.* Hard.

XXXII. *Hinc restat earum ratio.* MSS. Reg. Colb. *notio*, haud ita sincere, ut remur. Hard.

Loco madido. Vide quae dicta sunt cap. 30. Hard.

Tamen refosso duos pedes et semipedem. Columella item de viminali salice lib. IV, cap. 30: *Ita enim praecipiunt Veteres in duos pedes et semissem salicto destinatum solum.* H.

Talea... vel pertica. Vtroque enim modo seritur viminalis, ut mox dicetur. Et de eo genere Columella l. IV, cap. 30: *Atque hae*, inquit, *vel cacuminibus, vel taleis deponuntur. Perticae cacuminum modicae plenitudinis, quae tamen dipondiarii orbiculi crassitudinem non excedant, optime panguntur .... Taleae sesquipedaleo terreno immersoe paullulum obruuntur.* Hard.

Intervallo esse. Colum. loc. cit. *Riguus locus spatia laxiora desiderat eoque senum pedum per quincunceem recte faciunt*, etc. Hard.

Trimae. Etiam anniculae, vel si fuerit ager siccior, bimae inquit, Col. IV, 31. Hard.

Confodi iubent. Sunt qui *configi* legant ex quibusd. MSS. male, quum sequatur statim, *perticatis, et virga, et talea seritur, fossura eadem*, nempe quae in viminali recepta est, de qua nunc sermo. Et Columell. IV, cap. 30: *Fodienda sunt primo triennio salicta crebrius, ut nonnulla vineta: quum deinde convaluerint, tribus fossuris contenta sunt: aliter culta celeriter deficiunt.* Hard.

Et virgo. Hoc est, surculo, de quo dictum est cap. 9, uti de talea, cap. 27. Columell. loc. cit. *Perticalis fere eumdem ogrum, quem viminalis, desiderat: melior tamen riguo provenit otque ea taleis conseritur ... crebroque foditur, atque exherbatur ... sic culta quarto demum anno caeditur.* H.

talea seritur, fossura eadem. Perticas ex ea caedi iustum est, quarto fere anno. Et eae autem senescentium propagine resarciunt locum, pertica immersa, ac post annum recisa. Salicis viminalis iugera singula sufficiunt xxv vineae iugeribus. Eiusdem rei causa populus alba seritur bipedaneo pastinatu, talea sesquipedali biduo siccata, palmipede intervallo, terra superiniecta duorum cubitorum crassitudine.

XXXIII. Arundo etiamnum dilutiore, quam hae, solo gaudet. Seritur bulbo radicis, quem alii oculum vocant, dodrantali scrobe, intervallo duum pedum et semipedis: reficiturque ex sese vetere arundineto exstirpato, quod utilius repertum, quam castrare sicut

Et eae autem. De viminalibus tradit Colum. lib. IV, cap. 30, pag. 162, mergis in terram curvatis defossisque, et post annum decisis a stirpe propagari eas: quod multo est de perticali verius. Hard.

Resarciunt locum. Brolerius ex MS. Reg 1 et editione principe, *praesarciunt.* In MS Reg 2, *sarciunt.* Ed. P.

Salicis viminalis. Columella, loc. cit. *Viminalium, ut Atticus putat, singula iugera sufficere possunt quinis et vicenis iugeribus ligandae vineae: arundineti singula iugera vicenis iugandis: castaneti iugerum totidem palandis, quot arundineti iugandis.* Hard.

Eiusdem rei. Vineae ligandae. H.

Bipedaneo. Terra duos pedes refossa. Pastinare est terram fodere. Hard.

Biduo siccata. Priusquam seratur: contra quam de oleis praeceptum est, cap. 34: *Tales non siccare priusquam serantur, utilius compertum.* H.

Palmipede intervallo. Serantur arbores palmi unius inter se et pedis intervallo. Palmipedalem mensuram vocat Columella, lib. III, cap. 19. Hard.

XXXIII. *Arundo.* Columella eleganter lib. IV, cap. 32: *Arundo*, inquit, *quam sit vivacissima, nec recusat ullum locum, prosperius resoluto, quam denso: humido, quam siccо... vallibus, quam clivis: fluminum ripis et limitibus ac vepretis commodius, quam mediis agris deponitur.* Dilutum solum, madidum humidumque intellige. Hard.

Seritur. Colum. loc. citat. *Seritur bulbus radicis: seritur et talea calami: nec minus toto prosternitur corpore.* Διὰ τῶν βολβῶν, Geopon. auct. l. V, cap. 51. De arundinis oculis egimus lib. super. cap. 67. H.

Dodrantali. Pollicum novenum. Hard.

Intervallo duum. Ai Columell. loc. cit. *Bulbus tripedaneis intervacantibus spatiis obrutus, anno celerius maturam perticam praebet.* H.

Quam castrare. Vet. apud Dalec. *quam castrato.* Ed. P.—*Quam castrare.*

antea: namque inter se radices serpunt, mutuoque discursu nentur. Tempus conserendi, priusquam oculi arundinum intumescant, ante kalendas martias. Crescit ad brumam usque: desinitque, quum durescere incipit: hoc signum tempestivam habet caesuram. Et hanc autem quoties et vineam fodiendam putant. Seritur et transversa, non alte terra condita: erumpuntque e singulis oculis totidem plantae. Seritur et deplantata pedali sulco: binis obrutis gem-

Qui mos Columellae aevo obtinuit. Is castrare quid hoc loco sit, aperit. *Ea est autem (arundineti) senectus*, inquit loco citato, *quum vel exaruit situ, et inertia plurium annorum: vel ita densatum est, ut gracilis et cannae similis arundo prodeat. Sed illud de integro refodi debet: hoc potest intercidi et disrarari, quod opus rustici castrationem vocant*, etc. Castrari igitur arundinetum aiunt, quum ubi densius quam par est satum fuerit evelluntur e silva eae quae minus utiles censentur, et sic laxiores arundinum ordines fiunt. H.

Discursu nentur. Implicantur invicem, dum per terram serpunt discurruntque. Tamen in MSS. *decursu necantur*, ut legendum videatur, *decussu necantur*: sitque sententia, unius arundinis avulsione, quod in castratione fit, et proximas quoque decuti et interire, ob mutuam radicum implicationem. H. — *Nentur*: Broterius ex MSS. Reg. et editione principe, *necantur*. Eo. P.

Tempus conserendi. Sic MSS. Reg. Colbert. etc. non uti hactenus est editum, *inserendi*. Et sane Colum. IV, 22: *Tempus repastinandi et conserendi est priusquam oculi arundinum egerminent*. Tamen et *inseri* dictum alibi a Plinio pro *conseri* scimus. H.

Crescit, etc. Columel. l. IV, c. 32: *Caeditur deinde post brumam: nam usque in id tempus incrementum capit: at tum compescitur, quum obrigult hiberno frigore*. Geop. lib. V, cap. 51. Hard.

Et hanc autem. Columell. loc. cit. *Fodiendum, quoties et vineta*, etc. Hard.

Seritur et transversa. Diversum ab isto genus, quod affert Theophr. Hist. lib. II, cap. 2: Φύεται δέ τις καὶ κάλαμος ἐὰν τις διατέμνῃ τὰς ἡλικάτας πλαγίας, ἢ καὶ καταχρύψῃ κόπρῳ καὶ γῇ. *Provenit etiam quoddam arundinis genus, si quis in obliquum colos praecisas fimo terraque abscondat*. Quanquam Dalecamp. idem putavit. Sed Pliniana haec arundinis satio a Columella improbatur ad fructum, l. de Arbor. cap. 29: *Sunt qui arundines integras sternant, quoniam ex omnibus nodis satae arundines emittunt: sed fere hoc genus evanidam, exilemque et humilem arundinem affert*. Idem lib. IV, pag. 32, *toto* tum *prosterni corpore* arundinem dixit. H.

Seritur et deplantata. Translata in sulcum pedalem ita ut gemmae duae obruantur, tertia exstet a terra, etc.

mis, ut tertius nodus terram attingat: prono cacumine, ne rores concipiat. Caeditur decrescente luna. Vineis anno siccata utilior, quam viridis.

XXXIV. Castanea pedamentis omnibus praefertur facilitate tractatus, perdurandi pervicacia, regerminatione caedua vel salice laetior. Quaerit solum facile, nec tamen arenosum: maximeque sabulum humidum, aut carbunculum vel tofi etiam farinam, quamlibet opaco, septemtrionalique et praefrigido situ, vel etiam declivi. Recusat eadem glaream, rubricam, cretam, omnemque terrae fecunditatem. Seri nuce

Colum. lib. IV, cap. 32: *Sive recisae in dipondium et semissem taleae, sive totae arundines prostratae deponantur, exstent earum cacumina oportet: quod si obruta sunt, totae putrescunt.* H.

XXXIV. *Castanea pedamentis.* Pedamenta sunt sustentacula viti fulciendae, *des échalas.* Columella lib. IV, cap. 33: *Castanea roboribus proxima est, et ideo stabiliendis vineis habilis.* H.

Quaerit. Columella loc. citat. *Ea pullam terram et resolutam desiderat: sabulonem humidum, vel refractum tophum non respuit... opaco et septemtrionali clivo laetatur: spissum solum et rubricosum reformidat.* Pallad. In Novembr. cap. de castaneis: *Amant solum molle et solutum, non tamen arenosum. In sabulone proveniunt, sed humecto. Nigra terra illis apta est, et carbunculus, et tophus diligenter infractus*, etc. H.

Nec tamen arenosum. Sic MSS. Reg. Colbert. et Chifflet. ipseque Pallad. loc. cit. In editis perperam, *nec non arenosum.* Ex eorum haec emendatio officina prodierat, qui sabulonem, quo laetari castanea mox dicitur, ab arena putarunt nihil discrepare: quum sabulum sit arena tenuior, minutiorque. A Varrone caeterisque latinitatis auctoribus, arena, sabulo, ceu genera diversa terrarum simul adpellantur. De sabulo accipiendum illud est auctoris Geop. lib. X, cap. 63: Τὸν κάστανον, ὃ τινες Διὸς βάλανον καλοῦσι, ψαμμώδει γῇ καὶ ψυχροῖς τόποις χαίρει. H.

Carbunculum. De eo diximus cap. 3. Hard.

Recusat eadem glaream. De castanea loquitur. In libris ad hunc diem editis legitur, *Gallicam.* In MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, 3, et vel. Dal. *galleam*: nos *glaream* certissima coniectura admisimus, adstipulante Palladio in Novembr. l. XII, c. de castanea: *In spisso agro*, inquit, *et rubrica vix provenit: in argilla et glarea non potest nasci.* Columella quoque ipse l. IV, cap. 33: *Dumosi glareosique montes, atque ea genera terrae quae diximus (spissum et rubricosum) glandem magis quam castaneam postulant.* H.

Seri nuce diximus. Lib. XV, cap. 25, ubi castaneas excellentiores satu factas Διὸς βαλάνους appellatas scribit. Hard.

diximus: sed nisi ex maximis non provenit, nec nisi quinis acervatim satis. Perfringi solum debet supra, ex novembri mense in februarium: quo solutae sponte cadunt ex arbore, atque subnascuntur. Intervalla 2
sint pedalia, undique sulco dodrantali. Ex hoc seminario transferuntur in aliud, bipedali intervallo, plus biennio. Sunt et propagines, nulli quidem faciliores. Nudata enim radice, tota in sulco prosternitur. Tum ex cacumine supra terram relicto renascitur, et alia ab radice. Sed translata nescit hospitari, pavetque novitatem. Biennio fere postea prosilit. Ideo nucibus potius, quam viviradicibus, plantaria caedua implentur. Cultura non alia, quam supradictis, fodiendis supputandisque per biennium sequens: de caetero ipsa se colit, umbra stolones supervacuos enecante. Caeditur intra septimum annum. Sufficiunt pedamenta iugeri unius vicenis vinearum iuge-

Nec nisi quinis. Colum. loc. cit. *Spissius autem semen propter varios casus deponitur: nam interdum prusquam enascatur, aut siccitatibus nux inarescit, aut aquae abundantia putrescit: interdum subterraneis animalibus, sicuti muribus et talpis infestatur*, etc. H.

Perfringi solum debet supra, ex novembri mense, etc. Supra caudicem, procul ab arboris trunco, quo nuces ex arbore solutae decidant. Colum. loc. cit. *Seritur ab novembri mense per totam hiemem sicca terra*, etc. H.

Intervalla sint pedalia. Ita etiam MSS. omnes. At Colum. loc. citat. *Nuces in ordinem semipedalibus spatiis... in altitudinem dodrantis depressis sulcis committuntur*, etc. H.

Sunt et propagines. Propagine, inquit, facilius quam caeterae arbores, castaneae proveniunt. Haec etiam Colum. loc. cit. p. 165. H.

Sed translata. Colum. loc. cit. *Malius pertica (mergi more) declinata propagata, quam exempta reseritur: haec enim velut immota sua sede vehementer germinat. At quae radicitus exempta et deposita est, biennio reformidat. Propter quod compertum est commodius nucibus, quam viviradicibus eiusmodi silvas institui.* H.

Cultura... quam supradictis. Salici et arundinibus. Columella loc. cit. *Cultus eiusdem est fossionis positionisque, qui vineae: supputari debet bima, quin etiam trima*, etc. H.

Caeditur. Columell. loc. cit. *Post quinquennium caesa more salicti recreatur.* H.

Sufficiunt. Colum. lib. IV, c. 30, laudatus a nobis c. 32. H.

ribus, quando etiam ea bifida stirpe fiunt: durantque
3 ultra alteram silvae suae caesuram. Esculus similiter provenit, caesura triennio senior, minus morosa nasci. In quacumque terra seritur, nascitur e balano, sed non nisi esculi: scrobe dodrantali, intervallis duorum pedum: seritur leviter quater anno. Hoc pedamentum minime putrescit, caesumque maxime fruticat. Praeter haec, sunt caedua, quae diximus, fraxinus, laurus, persica, corylus, malus, sed tardius nascuntur: terramque defixa vix tolerant, non modo humorem. Sambucus contra firmissima ad palum

Quando etiam. Paulo aliter Atticus Iulius, apud Columellam lib. IV, cap. 23: *Taleae propius stirpem recisae quadrifidas plerumque: ac deinde secundae taleae eiusdem arboris bifidas ridicas subministrant: quod genus fissilis adminiculi manet diutius, quam teres palus.* H.

Minus morosa. Sincerior haec visa lectio est codd. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, 3, Par. et vet. Dalec. quam librorum hactenus editorum, *nimis morosa.* Sententia enim est, esculum non uti castaneam, recusare glaream, rubricam, cretam; sed, ut proxima subiungitur, *in quacumque terra seri.* Plinius l. XVI, c. 60 de cupresso, *natu morosae.* Post paulo, ubi prius legebatur, *laesumque maxime fruticat*, una *caesumque* rescripsimus, tum quorumdam admonitu codicum, ipso Dalec. attestante, tum ita postulante inprimis loci illius sententia. Est enim id ab auctore eo loci idcirco additum, quod prolixe subsequatur: *Praeter haec, sunt caedua quae diximus.* Denique cap. aq. quae cap. 35 est, sic MSS. omnium exemplarium fide edidimus: *Et in fico quidem dodrantales paxilli solo patefacto seruntur*: quum prius legeretur, *et in fico quidem dodrantales paxillo solo potefacto seruntur*: quod ipsum quoque nihilominus tolerabile est, ut sententia sit dodrantales circulos (nam haec vox subintelligi ex superiori sententia commode potest), paxillo prius facta scrobe seri. Sic enim Plinius c. 27: *Ramo seruntur et punica, palis laxato prius meatu.* Et cap. 29. Ex Catone: *Palo prius locum si feceris, quo talcam demittas, ita melius vivet.* Columella quoque l. IV, cap. 16: *Vel defodiendus est, vel prius paxillo perforato solo altius adigendus.* H.

E balano. E glande. Eadem porro ferme de quercu prodidit Columella lib. IV: *Potest enim quercus simili ratione seri: verum biennio tardius quam castanea deciditur.* H.

Seritur leviter. Glande una, aut altera, non quinis, aut pluribus, ut in castanea, acervatim satis. H.

Caesumque maxime fruticat. Quanto saepius caeditur, tanto fruticosior planta in querceto resurgit. Dal. — Sic ex MSS. emend. Hard. cons. Vet. et MS. Gronov. et Al *laesum.* Ed. P.

taleis seritur, ut populus: nam de cupresso satis diximus.

XXXV. (XXI.) Et praedictis velut armamentis vi- 1
nearum, restat ipsarum natura praecipua tradenda cura.

Vitium surculis, et quarumdam arborum, quibus fungosior intus natura est, geniculati scaporum nodi intersepiunt medullam. Ferulae ipsae breves et ad summa breviores, articulis utique duobus internodia includunt. Medulla, sive illa vitalis anima est, ante se tendit longitudinem impellens, quamdiu nodi pervia patet fistula. Quum vero concreti ademere transi- 2
tum, repercussa erumpit, ab ima sui parte, iuxta priorem nodum alternis laterum semper inguinibus, ut dictum est in arundine ac ferula: quorum dextrum ab imo intelligitur articulo, laevum in proximo, atque ita per vices. Hoc vocatur in vite gemma, quum ibi cespitem fecit. Ante vero quam faciat, in concavo

Satis diximus. Lib. XVI, cap. 60. Hard.

XXXV. *Vitium surculis.* Sic ex MSS. emendavit Hard. vulgg. *surculi*; et mox Gronov. aliique, *geniculatis scaporum nodis.* Ed. P.

Quibus fungosior. Vil est sambuco, quemadmodum dictum est lib. XIII, cap. 42. H.

Geniculati. Genicula, sive nodi, quibus scapi, seu flagella constant, medullam includunt. Ferulacei vitium caules ipsi breves, sed in summa parte breviores, nodis sive articulis duobus includunt *singula* internodia. H.

Medulla. Columell. lib. III, c. 10: *Reliquas trunci partes humor omnis et alimentum, quod a solo ministratur, transcurrit, dum ad ultimum perveniat. Naturali enim spiritu omne alimentum virentis, quasi quaedam anima, per medullam trunci, veluti per siphonem quem διαβήτην vocant mechanici, trahitur in summum: quo quum pervenerit, ibi consistit, atque consumitur.* H.

Longitudinem. Palmitis eam longitudinem, quae inter nodos geminos intercedit. Hard.

Nodi pervia. Pervia, quae in ipso nodo est fistula, per quam medulla meat. Hard.

Vt dictum est. Lib. XVI; cap. 65 in fine de arundine; de ferula, lib. XIII, cap. 42. Hard.

Quum ibi cespitem fecit. Quum ibi medulla erumpens globulum fecit, *un bourgeon.* Hard.

oculus; et in cacumine ipso, germen. Sic palmites, nepotes, uvae, folia, pampini gignuntur: mirumque firmiora esse in dextra parte genita.

3 Hos ergo in surculis nodos, quum seruntur, medios secare oportet, ita ne profluat medulla. Et in fico quidem dodrantales paxilli solo patefacto seruntur, sic ut descendant quae proxima arbori fuerint, duo oculi extra terram emineant. Oculi autem in arborum surculis proprie vocantur, unde germinant. Hac de causa et in plantariis aliquando eodem anno ferunt, quos fuere laturi fructus in arbore: quum tempestive sati praegnantes, inchoatos conceptus aliubi pariunt. Ita satas ficos, tertio anno transferre facile. Hoc pro senescendi celeritate attributum huic arbori, ut citissime proveniat.

4 Vitium numerosior satus. Primum omnium nihil seritur ex his, nisi inutile, et deputatum in sarmento. Opputatur autem quidquid proxime tulit fructum. Solebat capitulatus utrimque e duro surculus seri:

Oculus. Oculus, *l'œil*, *le bouton.* Germen, *le germe.* Palmites, *les sarments.* Nepotes, *les rejetons.* Vvae, *les grappes.* Pampini, *les pampres*, *les tenons*, *les vrilles.* Brot.

Palmites, nepotes, uvae, folia, pampini, etc. Vitium ii sarmenta sunt, sic appellata, quod in modum palmarum humanarum virgulas quasi digitos edunt. Nepotes, virgae sunt quas e radicibus aut caudicis lateribus vitis ciet, quasi nepotum partu gravida: alii sobolem, alii suffraginem dixere. Hard.

Hos ergo in surculis nodos. Surculi, *les marcottes*, *les boutures.* Inter duos nodos secandi sunt, ne profluat medulla. Brot.

Inchoatos conceptus. Conceptos iam fetus. Sup. cap. 20, *plurimum interest conceptus*, hoc est, fetus. H.

Hoc pro senescendi. Omnia nempe celerius senescunt praefecunda, ut ait lib. XVI, cap. 51. H.

Solebat. Sed hic mos postea exolevit, damnatusque est ab agricolis: malleoli tantum mansit appellatio. Colum. lib. III, cap. 17: *Malleolus sic ab antiquis pangebatur, ut novello sarmento pars aliqua veteris haereret. Sed hanc positionem damnavit usus: nam quidquid ex vetere materia relictum erat, pressum atque obrutum celeriter humore putrescebat.... Mox Iulius Atticus, et Cornelius Celsus.... cum suo capitulo sarmentum depresserunt.* Hard.

E duro. E duriore sarmento sive

eoque argumento malleolus vocatur etiam nunc. Postea avelli cum sua calce coeptus est, ut in fico: neque est aliud vivacius. Tertium genus adiectum etiamnum expeditius sine calce, propter quod sagittae vocantur, quum intorti panguntur: iidem quum recisi nec intorti, trigemmes. Plures autem ex eodem surculo hoc modo fiunt. Serere e pampinariis sterile est, nec nisi fecundo oportet. Quae raros habet

truncu: surculus cum vetere sarmento iunctus. Virgam e duro pariter appellat Columell. lib. III, c. 6. E duro natam virgam, c. 10, atque alibi passim. Hard.

Malleolus vocatur. Columell. lib. III, c. 6: *Malleolus autem novellus est palmes, innatus prioris anni flagello, cognominatusque a similitudine rei: quod in ea parte quae deciditur ex vetere sarmento prominens utrimque, malleoli speciem praebet.* Gallis, *marcotte, crossette, mailleton.* Hard.

Cum sua calce. Cum sua perna dixit, cap. 13. Vide quae ibi adnotavimus. Hard. — Dalec. *suo.* Ed. P.

Sagittae vocantur. Columell. lib. III, cap. 17: *Sagittam rustici vocant novissimam partem surculi: sive quia longius recessit a matre, et quasi emicuit, atque prosiluit: seu quia cacumine attenuata praedicti teli speciem gerit.* At Plinio *sagitta* is ipse surculus est, quum intortus pangitur, ut mox dicetur. Hard.

Trigemmes. Colum. lib III, cap. 19: *Malleolus non ab eo trigemmis dictus est, quod omnino ternum oculorum est: quum fere circa plagam qua matri abscissus est, plenus sit gemmarum: sed, quod his exceptis, quibus est frequens in ipso capite, tres deinceps articulos, totidemque gemmas habeat.* Hard.

Serere e pampinariis. E pampinario palmite sagittas serere. Quis palmes ita vocetur, dicemus inferius hoc cap. Interim ex Columell. lib. III, cap. 10, pampinarium sarmentum scito appellari, quod est ex duro trunco enatum. Columell. loc. cit. *Hoc,* inquit, *praeceptum a magistris vinitor accepit, ut pampinariam virgam deplantet.* Et mox: *Quamquam et hos surculos seram non in totum sterilitate affectos. Nam confiteor pampinarios quoque, quum e duro prorepserint, tempore anni sequentis acquirere fecunditatem: et ideo in resecem submitti et progenerare posse.* Vinitores nostri vocant, *drageons qui sortent du trono.* Hard.

Nec nisi fecundo. Nec malleolum serere oportet, nisi qui fructum tulerit. Columella, lib. III, cap. 10: *Nos autem primum rationem sequuti, nunc etiam longi temporis experimentum, non aliud semen eligimus, neo frugiferum esse ducimus, nisi quod in parte genitali fructum attulerit. Nam illud quidem, quod loco sterili latum robustumque sine fetu processit, fallacem fecunditatis imaginem praefert, nec ullam generandi vim possidet.* Et paucis deinde interiectis: *Itaque ut ad consuetudinem agricolarum revertar, eiusmodi surculos, qui nihil attulerint, spadones appellant: quod*

nodos, infecunda iudicatur. At densitas gemmarum, fertilitatis indicium est. Quidam seri vetant, nisi eos qui floruerint, surculos. Sagittas serere minus utile, quoniam in transferendo facile rumpitur quod in-
5 tortum fuit. Seruntur pedali, non breviores, longitudine, quinque sexve nodorum. Pauciores tribus gemmis in hac mensura esse non poterunt. Inseri eodem die, quo deputentur, utilissimum. Si multo postea necesse sit serere custoditos, uti praecepimus, caveri utique, ne extra terram positi sole inarescant, ventove aut frigore hebetentur. Qui diutius in sicco fuerint, prius quam serantur, in aqua pluribus diebus revirescant.

6 Solum apricum et quam amplissimum in seminario,

facerent, nisi eos suspicarentur inhabiles frugibus: quae et ipsa appellatio rationem mihi subiecit non eligendi malleolos, quamvis probabili parte vitis enatos, si fructum non tulissent. Haec Plinius mirabili brevitate contractius. Hard.

Sagittas serere. Sagittae vocantur ii surculi, qui intorti panguntur. De his cum Plinio facit Colum. lib. III, cap. 18: *Vitiosa est*, inquit, *Iulii Attici satio, quae contortis capitibus malleolum recipit: eiusque rei vitandae non una ratio est. Primum, quod nulla stirps ante quam deponatur, vexata et infracta, melius provenit, quam quae integra et inviolata sine iniuria deposita est: deinde quidquid recurvum, et sursum versus spectans*, etc. Et cap. 10: *Maiores nostri pampinarium et sagittam velut inutiles ad deponendum prudentissime damnaverunt.* Hard.

Seruntur pedali. Columella, lib. III, cap. 19, et lib. de Arborib. cap. 3. Hard.

Pauciores. Colum. loco prius allato. Hard.

Inseri. Seri, conseri, pangi. H.

Vti praecepimus. Si nempe longius afferantur, ut de pomorum calamis dictum est in fine cap. 24. Colum. lib. III, cap. 19: *Super caetera illud quoque, sive viviradicem, sive malleolum ferentem praemoneo, ne semina exarescant, immodicum ventum solemque vitare, qui uterque non incommode arcetur obiectu vestis*, etc. Hard.

In seminario. Ex Columella, lib. III, cap. 13, hunc locum sic restituito: *In seminario sive vinea, bidente et bipalio pastinari debet, in longitudinem ternos pedes, terraque reiici, ita ut in pedes binos fossa procedat* (*alii* descendat), *quantum patitur latitudo ferramenti.* Bipalium instrumentum ad fodiendum, pala duplo latius, unde nomen. Dalec.

sive in vinea, bidente pastinari debet ternos pedes bipalio alto: marra reiici quaternum pedum fermento, ita ut in pedes binos fossa procedat. Fossum purgari, et extendi, ne crudum relinquatur: verum et exigi mensura. Male pastinatum deprehendunt scam-

Bidente pastinari. Columella lib III, cap 18: *Quidquid emoti soli vineis proeparatur, repostinatum vocant.* Gallis, *houer la vigne.* Bidens instrumentum fossorium a gemino dente sic appellatum, *un hoyau à deux dents.* Harn.

Ternos pedes bipalio alto: marra, etc. Bipalium bidentis pars ferrea est qua terra foditur. Col. lib. V, cap. 5, *Bipalio terram pastinobimus.* Et lib. IX, cap. 2: *Bipalio, cui est altitudo duorum pedum.* » Bipalium non altum, idem Colum. lib. XI, c. 9, minus quam duos pedes ferramentum » vocat, *altum* Plinius, cui terni pedes. Colum. rursum lib. de Arbor. cap. 1: *Eusmodi bipalio.... si eodem loco, quo vineam ordinatus es, facere voles seminarium, tribus pedibus alte repastinabis ingerum.* De marra idem Columell. lib. X de cultu hortorum: *Mox bine cum glebis vinacem cespitis herbam Contundat marra, vel fracti dente ligonis, Putrio maturi solvantur et ubero campi.* Plinius, lib. XVIII, cap. 43, marris herbas radi ad solum dixit. Italis, *marra.* Gallis, *houe* et *marre de vigneron.* Papias in Vocabul. *Marrae, sappae, instrumenta rusticorum.* H.

Quaternum pedum fermento. Ita MSS. omnes, non *ferromento.* Hoc est, humus e fossa duum altitudinis pedum extracta, ad pedum quatuor altitudinem debet crescere, quum laxior facta est, pastinationis ope. Colum. l. IV, c. 1: *Quid quid repastinata humus, dum est recens soluta, laxataque, velut fermento quodam intumescit? quum deinde non longissimam cepit vetustatem, condensata subsidit,* etc. Iterumque: *Ager, si bipalio movetur, altitudo bipedanea fit: deprimuntur deinde semina in regesto, quod est fermentatum plus dupondio semisse: nam semper in plano refusius egesta humus tumidior est, quam gradus soli crudi.* H.

Ita ut in pedes binos. Haec fossae altitudo est. Colum. lib. III, cap. 5: *Ergo mediocris et modice siccus ager vitiario est aptissimus, isque bipalio prius subigi debet, quae est altitudo pastinationis,* etc. H.

Fossum purgari. Terra, quae effossa est, stirpibus, herbisque noxiis liberanda. H.

Ne crudum. Immotum, quod non sit probe pastinatione solutum et fermentatum. Pallad. lib. II in Ianuar. tit. 10: *Pastini vero quod omne versabitur, trium vel duorum semis pedum altitudine terra universa fodietur, in quo erit diligentia, ne crudum fraude occulta fossor includat.* H.

Exigi mensura. Ad certam regulam, seu mensuram exigi, cuius ad altitudinem humus omnis emota pertingat aequaliter. Haec multo uberius Colum. l. III, c. 13, cuius verba utique plurimum lucis orationi Plinianae sunt allatura. *Opus est,* inquit, *perito ac vigilanti exactore, qui riyom erigi iubeat, sulcumque va-*

na inaequalia. Metienda est et ea pars, quae interiacet pulvini. Surculi seruntur et in scrobe, et in sulco longiore, super quos tenerrima ingeritur terra. Sed in gracili solo frustra, nisi substrato pinguiore. Nec minus quam duos integi oportet, et proximam attingi terram: eodem paxillo deprimi et spissari. Interesse in plantario sesquipedes inter bina semina in latitudinem, in longitudinem semisses. Ita satos malleolos quarto et vicesimo mense recidere ad imum articulum, nisi ipsi parcatur. Oculorum inde materia emicat, cum qua sexto ac tricesimo mense viviradix transfertur.

8 Est et luxuriosa ratio vites serendi, ut quatuor

cuari, ac totum spatium crudi soli cum emota iam terra committi... Sed huic operi exigendo quasi quamdam machinam commenti maiores nostri, regulam fabricaverunt: in cuius latere virgula prominens ad eam altitudinem, qua deprimi sulcum oportet, contingit summam ripae partem. Id genus mensurae ciconiam vocant rustici. H.

Scamna. Columella lib. II, cap. 2: *Nec ubi crudum solum et immotum relinquat, quod agricolae scamnum vocant.* Et lib. III, c. 13: *Nec ubi scamna emittentur, et quod est durum summis glebis obtegatur.* Scamna rustici in Gallia vocant *des veaux, des barres.* H.

Quae interiacet pulvini. Agri effossi et pastinati quae pars inter scrobes interiacet. H.

Eodem paxillo. Sive bipalio. H.

Inter bina. Inter binos surculos. Hard.

Semisses. Semipedes. Vt Latini veteres pro integra quacumque re assem dixere, sic pro dimidia semissem. H.

Ita satos. Sic Colum. lib. de Arb. cap. 3. H.

Articulum, nisi ipsi parcatur. Nodum. Imum articulum quum integrum et illaesum servare volunt, quia sit ad germinationem caeteris fecundior, ei proximum ferro non attingunt, ut is sui proiectu iniurias, quae offendere possunt, arceat, et depellat. Dal.

Est et luxuriosa. Quam luxuria monstravit. Tradit hunc modum Columella, quo tales uvae creantur, in quibus varii generis colorisque reperiantur acini lib. de Arborib. c. 9: *Hoc autem, inquit, ratione tali efficitur. Quatuor vel quinque, sive etiam plures voles, virgas diversi generis sumito, easque diligenter et aequaliter compositas colligato: deinde in tubulum fictilem, vel cornu, arcte inserito, ita ut aliquantum exsteant ab utraque parte, easque partes, quae exstabunt, resolvito: in*

malleoli vehementi vinculo colligentur in parte luxuriosa: atque ita vel per ossa bubuli cruris, vel per colla fictilia traiecti, obruantur binis eminentibus gemmis. Humescunt hoc modo, recisique palmitem emittunt. Postea fistula fracta radix libere capit vires, uvaque fert omnium corporum suorum acinos. In alio genere inventu novitio finditur malleolus, medullaque erasa, in se colligantur ipsi caules, ita ut gemmis parcatur omni modo. Tum malleolus in 9 terra fimo mixta seritur, et quum spargere coepit caules, deciditur, foditurque saepius. Talis uvae acinos nihil intus ligni habituros Columella promittit, quum vivere semina ipsa perquam mirum sit, medulla adempta. Nasci surculos etiam, quibus non sit arti-

serobem deinde imponito, et terra stercorata obruito, et rigato, donec gemmas agant. Quum inter se virgae cohaeserint, post biennium, aut triennium, facta iam unitate, dissolves tubulum: et circa medium fere crus, ubi maxime videbuntur coisse, vitem terra praecidito, et plugum laevato, terramque minutam aggerato, ita ut tribus digitis alte plagum operiat. Ex eo caudice quum egerit caules, duos optimos submittito, reliquos deiicito: sia uvae nascentur, quales proposuimus. H.

In parte luxuriosa. Maxime laeta, ac viridi. H.

Colla. Sic ex MSS. emend. Hard. cons. Chiffl. Gronov. et Al. *coacta.* Ed. P. — *Colla fictilia.* Tubos fictiles. H.

Fistula fracta. Seu osse bubulo, seu collo tubuloque fictili, quo inclusi surculi tenebantur. H.

Uvaque fert omnium. Sic ex MSS. emend. Hard. Gronov. et Al. *uvamque fert et omnium.* Ed. P. — *Corporum suorum.* Hoc est, omnium surculorum, qui sunt pariter colligati. Tot generum acinis uva constabit, quot fuerint malleoli simul coniuncti: si quaterni, erunt quaternum generum grana in uva: si quini, quinum. Columella loco cit. Hard.

In alio genere inventu novitio finditur malleolus. Colum. loc. cit. *Ut autem uvae sine vinaceis nascantur, malleolum scindito, ita ne gemmae laedantur, medullamque omnem eradito: tum demum in se compositum colligato, sia ne gemmas allidas: atque ita terra stercorata deponito et rigato. Quum caules agere coeperit, saepe et alte refodito. Adulta vitis tales uvas sine vinaceis creabit* H.

Columella. Loc. citat. Adde et Pallad. lib. III in Febr. tit. 29, ubi hic modus fuse describitur, et e Graecis Theophr. de Caus. V, 5, ac Democrit. in Geop. lib. IV, cap. 6. Hard.

Semina. Surculos. H.

Nasci surculos. Nasci surculos in-

culatio arboris, non omittendum videtur: namque e buxi tenuissimis quinis senisve colligatis depacti proveniunt. Quondam in observatione erat, ut defringerentur ex imputata buxo, aliter vivere non crediti: detraxere hoc experimenta.

40 Seminarii curam sequitur vinearum ratio. Quinque generum hae: sparsis per terram palmitibus, aut per se vite subrecta, vel cum adminiculo sine iugo, aut pedatae simplici iugo, aut compluviatae quadruplici. Quae pedatae ratio erit, eadem intelligitur eius quoque, in qua sine adminiculo vitis per se stabit. Id enim non fit, nisi pedamenti inopia. Simplici iugo

ter se colligatos (ut de vite dictum est proxime), etiam qui sint ex ea arbore, quae careat medulla, quam articuli nodique intersepiant, quales in vite esse docuimus initio huius cap. haud omittendum videtur. De hac articulatione rursum l. XVI, c. 41. — *Medulla.* Prius legebatur: *Medulla adempta nasci. Surculis etiam quibusnam sit articulatio arboris*, etc. Nostram emendationem tum MSS. exemplarium confirmat auctoritas, in quibus pertinaciter legitur, *quibus non*, non *quibusdam*, tum loci ipsius sententia, quae hactenus inexplicata, nunc primum nitori suo restituitur. Nam uti prius perquam mirum esse dixit, vivere semina medulla adempta: ita nunc vicissim haud omittendum videri miraculum ait, etiam surculos arboris, cui nulla ea medulla sit, ut in buxo accidit, simul depactos colligatosque provenire. Sequitur enim eius placiti statim id exemplum: *Namque e buxi tenuissimis quinis senisve surculis colligatis depacti proveniunt.* Buxo medullam esse nullam, observatum est libro sup. cap. 72. H.

Sparsis) *Vignes couvantes*, de quibus iam egimus l. XIV, c. 4. De his Columell. lib. V, cap. 4: *Vltima est conditio stratarum vitium, quae ab enata stirpe confestim velut proiectae per humum porriguntur.* H.

Aut per se. Ὀρθόκλωνος, de qua l. XIV, cap. cit. *Velut arbusculae brevi crure per se stantes*, inquit Colum. l. V, c. 4. H. — *Vite subrecta. Vigne basse, non échalassée.* Ed. P.

Vel cum adminiculo) *Vigne échalassée*, ut iam superius diximus loc. cit. H.

Simplici iugo. Quae pedaminibus adnixa, inquit Columella l. c. cit. iugo imponitur. Iugum in vineis quid sit, diximus lib. XVI, cap. 68. Vbi iugum simplex esset, iugata vinea dicebatur, *simple treille:* quales eae sunt, quibus hortorum parietes vestiuntur: ubi quadruplex, compluviata: a compluviis ducta metaphora, hoc est, ab aedium cavo, quo pluviae aquae confluunt, *treille à quatre pentes.* Quadrato quasi circumfirmatam agmine vorat Colum. lib. IV, c. 17. H. — *Cum adminiculo sine iugo*, etc. Adminiculum sine iugo, *l'écha-*

constat porrecto ordine, quem canterium appellant. Melior ea vino, quando sibi ipsa non obumbrat, assiduoque sole coquitur, et afflatum magis sentit, et celerius rorem dimittit: pampinationi quoque et occationi omnique operi facilior. Super caetera deflo- 11
rescit utilius. Iugum fit pertica, aut arundine, aut crine, funiculove, ut in Hispania, Brundisiique. Compluviata copiosior vino est, dicta a cavis aedium compluviis. Dividitur in quaternas partes totidem iugis. Huius serendi ratio dicetur, eadem valitura in omni genere, in hoc vero numerosior tantum.

His vero tribus seritur modis: Optime in pastinato, 12
proxime in sulco, novissime in scrobe. De pastinatione dictum est. (XXII.) Sulco latitudo palae satis est, scrobibus ternorum pedum in quamque partem. Altitudo in quocumque genere tripedalis, ideo nec vitis minor transferri debet exstatura etiamnum duabus

las. Simplex iugum, *la perche en trovers.* Quadruplex iugum, *quatre rangs de perches en travers.* Tales vites vidi in Germaniae et Italiae finibus. Ed. P.

Quem canterium. Et canterialas vites Colum. loc. cit. H.

Melior eo vino, quando sibi ipsa non obumbrat, etc. Haec totidem fere verbis Columella lib. XVI, cap. 19. Hard.

Iugum fit pertica, etc. Colum. lib. IV, c. 17. H.

Brundisiique. Sic ex MSS. em. Hard. cons. Chiffl. Gronov. et Al. *Brundisioque.* Ed. P.

His vero tribus. Colum. l. V, c. 4. Hard.

Proxime in sulco. Palladius, lib. II in Ianuar. tit. 10: *Sulcis melius erit, quia humorem in toto spatio pastinato transmittunt.* H.

Palae. Pala, *la pelle.* Brot.

Scrobibus. Scrobes ternarios appellat Colum. id est, quoquo versus pedum trium, lib. de Arb. c. 4. H.

Altitudo in quocumque genere tripedalis. Sive in sulco, sive in scrobe. Colum. lib. V, c. 5: *Scrobs in longitudinem altitudinemque defossus, tripedaneus abunde est: latitudine tamen bipedaneo: vel si quaternum pedum spatia inter ordines relicturi sumus, commodius habemus eamdem quoquo versus dare mensuram scrobibus, non amplius tamen quam in tres pedes altitudinis depressis. Caeterum quatuor angulis semino applicabuntur subiecta minuto terra, et ita scrobes adobruentur.* Pallad. quoque l. c. H.

Exstaturo. Colum. lib. III, cap. 3 et 16: *Duabus gemmis tantum supra terram relictis.* H.

gemmis. Emoliri terram minutis in scrobe imo sulcis, fimoque misceri, necessarium. Clivosa altiores poscunt scrobes, praeterea pulvinatis a devexitate labris. Qui ex his longiores fient, ut vites binas accipiant e diverso, alvei vocabuntur. Esse vitis radicem in medio scrobe oportet: sed ipsam innixam solido in orientem aequinoctialem spectare: adminicula prima e calamo accipere. Vineas limitari decumano XVIII pe-
13 dum latitudinis ad contrarios vehiculorum transitus, aliisque transversis limitibus denum pedum distingui per media iugera. Aut si maior modus sit, totidem pedum cardine, quot decumano, limitari. Semper vero quintanis seminari, hoc est, ut quinto quoque palo singulae iugo paginae includantur.

Emoliri. Columella, lib. de Arbor. cap. 4: *Quum semina depones, imum scrobem, vel succum bidentibus fodito, mollemque reddito.* H.

Scrobe imo. Gronov. et Al. *scrobe ima.* Ed. P.

Clivosa. Colum. loc. c. *Campestris locus alte duos pedes et semissem infodiendus est: acclivis regio tres: praeruptior vero collis in quatuor pedes vertendus: quoniam quum a superiore parte in inferiorem detrahitur humus, vix iustum pastinationi praebet regestum, nisi multo editiorem ripam quam in plano feceris.* H.

Pulvinatis. Attumulata tellure in pulvini morem, inferiore labro seu ripa scrobis, qua parte vergit in devexitatem clivus. H.

In orientem. Colum. loc. c. *Vitem quam ponis, fac ad orientem spectet, adminiculo religata.* H.

E calamo. Ex arundine. H.

Vineas limitari decumano XVIII pedum latitud. Vineas, inquit, aequum est in hortulos ita dividi, ut singularum modus omnis in semiiugera dirimatur. Limitentur eaedem via seu itinere XVIII pedum latitudinis, ab ortu in occasum procedente (hoc decumanum vocant): ut occurrentia e diverso vehicula faciles transitus habeant. Sint et aliae semitae denum pedum transversae, quibus media vinearum iugera distinguantur, e meridie in septentrionem: has cardinem appellant. Vide Colum. lib. IV, c. 18, et lib. III, cap. 20, ubi vineas singulas ait in proprios hortos digerendas, semitisque ac decumanis distinguendas esse. H.

Cardine, quot decumano. De limite decumano et cardine, dicetur lib. XVIII, c. 77. H. — *Totidem pedum cardine, quot decumano.* Vt videre est apud Festum: *Decumanus appellatur limes, qui sit ab ortu solis ad occasum; alter ex transverso currens appellatur cardo.* Baot.

Semper vero quintanis seminari.... ut, etc. Surculos ita poni in iugata vite et compluviata praecipit, ut

Solo spisso, non nisi repastinato, nec nisi vivira- 14
dicem seri: tenero et soluto, vel malleolum, sulco, vel scrobe. In colles sulcos agere transversos, melius quam pastinare, ut defluvia palis eorum contineantur. Aquoso caelo, vel sicco solo malleolos serere autumno, nisi si tractus ratio mutavit. Siccus enim et calidus autumno poscit seri, humidus frigidusque etiam veris exitu. In arido solo viviradix quoque frustra seritur. Male et in siccis malleolus nisi post imbrem. At in riguis, vel frondens vitis, et usque ad solstitium recte, ut in Hispania. Quiescere ventos sationis die utilissimum. Plerique austros optant, Cato abdicat.

Interesse, medio temperamento, inter binas vites 15
oportet pedes quinos: minimum autem laeto solo pedes quaternos: tenui, plurimum octonos. Vmbri et

compluviato quoque palo seu pedamento, cui suum semen surculusve innititur, iugum imponatur: atque is vineae iugatae modus, pagina nuncupatur. H. — *Quintanis seminari.* Brolerius ex MSS. Regg. 1, 2, 5, et edit. principe, *semitari.* Vineae quintanis aunt semitandae, id est, post quintanos palos distinguendae sunt semita, *un sentier.* Quinque pali iugo iuncti efficiunt paginam, *une perchée.* Ed P.

Tenero et soluto. Colum. lib. III, c. 14: *Potest malleolus in vicem viviradicis conseri, soluta et facili terra.* Hard.

In colles sulcos. Non declives a vertice collis ad radices, sed ab uno latere transversos ad alterum latus: ut aquarum eluvione terram defluentem pali malleorum, seu viviradicum, contineant. In MSS. R. 1, *ut defluvia tales;* Reg. 2, *defluviatiles.* Hard.

Siccus enim. Colum. lib. III, c. 14: *Vere melius, si aut pluvius aut frigidus status caeli est, aut ager pinguis, aut campestris, aut uliginosa planities. Rursus autumno, si sicca, si calida est aëris qualitas, si exilis atque aridus campus, si macer praeruptusve collis.*

In arido solo. Theophrast. de Caus. lib. III, c. 17: Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὰ μοσχεύματα δεῖν εἰς τὰς ἐπομβρίους μᾶλλον ἐμβάλλειν, etc. *Qua de causa viviradices quoque solo pluvio deponendas potius censent* etc. H.

Cato abdicat. Cap. 21: *Ficos, oleas, mala, pira, vites inseri oportet luna silenti post meridiem, sine vento Austro.* H.

Interesse. Paulo aliter Colum. lib. III, c. 15, p. 115. H.

Vmbri... ad vicenos. Vicenum ii pedum intervallo vltium ordines distinguunt, arationis gratia, quoniam in eo spatio frumenta serunt. H.

Marsi ad vicenos intermittunt arationis gratia in his, quae vocant porculeta. Pluvio et caliginoso tractu rariores poni, sicco densiores congruit. Subtilitas parcimoniae compendia invenit, quum vinea in pastinato seritur obiter seminarium faciendi; ut et viviradix loco suo, et malleolus qui transferatur, inter vites et ordines seratur. Quae ratio in iugero circiter
16 sedecim millia viviradicum donat. Interest autem biennium fructus, quo tardius in sato provenit, quam in translato. Viviradix posita in vinea post annum resecatur usque ad terram, ut unus tantum emineat oculus, adminiculo iuxta affixo, et fimo addito. Si-

Porculeta. Ita pulvinos et areas appellabant agricolae, in quibus diversi generis olera conserebantur. H.

Rariores poni. Vt solem admittant. Dalec.

Densiores congruit. Vt a sole defendantur. Dal.

Subtilitas. Affinis huic est ea parcimoniae ratio, quam affert Colum. lib. III, c. 13: *Avarius quidam... viviradices, vel decisos quam recentissimos palmites novellos erigunt, consitis compluribus inter ordinaria seminaria malleolis*, etc. Et aliquanto planius, c. 16: *Coaequato solo, deinceps pastinato, malleolus ordinariis vitibus interserendus est: cumque sat erit medio spatio, quod vocat inter vites per unam lineam depangere.... In eadem deinde linea in qua viviradix obtinebit ordinem suum, praesidii causa, quorum ex numero propagare possit in locum demortuae vitis, quinque malleoli pangendi sunt... Tali consitioni Iulius Atticus abunde putat esse malleorum sedecim millia.* H.

Parcimoniae compendia. Compendium, lucrum est temporis, pecuniae, operae. H.

Quae ratio. Iulius Atticus apud Colum. lib. III, c. 16, sedecim malleolorum, non viviradicum, millia abunde putat esse: *Nos tamen*, inquit ille, *plus quatuor millibus conserimus, quia negligentia cultorum magna pars deperit, et interitu seminum caetera quae virent, rarescunt.* Et c. 3: *Nos iam enim vicena millia malleolorum per vineae iugerum inter ordines pangimus. Ille (Iul. Atticus) minus quatuor millibus deponit*, etc. Adiicitque singula millia viviradicis sestertiis sexcentis rusticos mercari solitos (hoc est, circiter gallicae monetae 112 fr. Ed. P.) H.

Interest aut. bienn. fructus, quo tardius in sato provenit. Colum. lib. III, c. 4: *Biennii spatium longum esse minime existimandum est, intra quod utique tempestivitas seminum respondet*, etc. H.

Quam in translato. Nam dum transferitur saepius versata et subacta terra ad fruticandum vitem incitat. Dalec.

Resecatur usque ad terram. Varro, lib. I, c. 31. Dal.

mili modo et secundo anno reciditur, viresque concipit, et intra se pascit suffecturas oneri: alias festinatione pariendi gracilis atque eiuncida, ni cohibeatur castigatione tali, in fetum exeat tota. Nihil avidius nascitur: ac nisi ad pariendum vires serventur, tota fit fetus.

Pedamenta optima, quae diximus, aut ridicae e 47
robore, oleaque: aut si non sint, pali e iunipero, cupresso, laburno, sabuco. Reliquorum generum su-

Simili modo et secundo anno reciditur, etc. Damnare hoc Columella videtur, lib. IV, c. 11, quanquam Virgilio, Saserrae, Stoloni, et Catoni probatum. H.

Suffecturas oneri. Tum oneri sarmentorum, tum fructui ferendo, ut loquitur Colum. lib. IV, cap. 17; Varro de Re Rust. lib. I, cap. 31. H.

Festinatione pariendi, etc. Sarmenta et flagella. Dal.

Eiuncida. Iunci instar tenuis, macilenta, exilis. Ita scribimus, pro *emuncida* (quam vocem latinitas nunquam agnovit, neque hic locus recipit). Sane *eiuncida* in MSS. legitur, Reg. 1, 2, Colb. Th. etc. Et ea vox tenuitatem, maciem, exilitatemque, qualis in iunco deprehenditur, peraccommodate exprimit. Enimvero apud Varronem de Re Rust. lib. I, cap. 31 (quem locum Plinius, dum haec scriberet, habuit certe ante oculos), ita ex optima Stephani editione legitur: *In vitiario primitus quum exit vitis, tota rescaci solet, ut firmiore sarmento e terra exeat, atque in pariendis caulibus vires habeat maiores. Eiuncidum enim sarmentum propter infirmitatem sterile, neque ex se potest eiicere vitem, quam vocant minorem flagellum: maiorem etiam unde uvae nascuntur, palmam.* Eodem sensu paulo post ipse Plinius: *vitis evocata ad fructum eiuncescit, ac moritur.* Sic palmarum genus a praelonga gracilitate iunceum superius appellatum vidimus, lib. XIII, cap. 9. H.

In fetum. In materiem et sarmenta. Hard.

Quae diximus. E castanea scilicet, esculo, caeterisque arboribus antea appellatis, cap. 31. Hard.

Aut ridicae. Ridicae appellantur pedamenta ex olea et robore: ex alia quavis materia, pali. *Des échalas.* Colum. lib. IV, cap. 26: *Sequitur adminiculandae ingandaeque vineae cura: cui stabil endae melior est ridica palo: neque ea quaelibet: nam est praecipua cuneis fissa olea, quercus, et suber, et si qua sunt similia robora. Tertium obtinet locum pedamen teres, idque maxime probatur ex iunipero, et lauru, et cupressu. Recte etiam faciunt ad eam rem silvestres pinus: atque etiam sambuci probabilis usus*, etc. H.

Laburno. De eo diximus lib. XVI, cap. 31. Ex eo sane pedamenta optima, et perpetum durantia factitari scimus apud D. Claudii fanum Sequanorum, ad Vogesum montem, et tractu Segusiano, et Brixino: arcus etiam meliores, quam e taxo fieri, Brixiae Galliae togatae docent. H.

Sabuco. Sic ex MSS. em. Harduin. *sambuco* Gf. et MS. Ed. P.

Reliquorum . . . reciduntur. Post pu-

des omnibus annis reciduntur. Saluberrima in iugo arundo connexa fasciculis, durat quinis annis. Quum breviores palmites sarmento iunguntur inter se funium modo, ex hoc arcus funeta dicuntur.

18 Tertius vineae annus palmitem velocem robustumque emittit, et quem facit aetas vitem. Hic in iugum insilit. Quidam tunc excaecant eum, supina falce auferendo oculos, ut longius evocent, noxia iniuria. Vtilior enim consuetudo pariendi, satiusque pampinos adingatae detergere, usque quo placeat roborari eam. Sunt qui vetant tangi proximo anno quam translata sit: neque ante LX mensem falce curari: tunc autem ad tres gemmas recidi. Alii et proximo quidem anno recidunt, sed ut ternos quaternosve singulis annis adiiciant articulos, quarto demum per-
19 ducant ad iugum. Id utrumque fructum tardum, praeterea retorridum et nodosum reddit, pumilionum incremento. Optimum autem, matrem esse firmam,

tationem vitium retractandae sunt, partesque eorum putres dedolandae, inquit Colum. l. c. HARD.

Saluberrima. Colum. lib. IV, cap. 17: *Quum iugum in fascem pluribus arundinibus alterna cacuminum vice ordinatum est, fere quinquennii praebet usum.* HARD.

Ex hoc arcus. Ex hoc palmitum, ceu funium, nexu, quum ficus in arcum flectitur, Funetum vocant. H.

Noxia iniuria. Sic paulo post hoc cap *suffocante iniuria.* H.

Vtilior enim consuetudo pariendi. Vt robustior et firmior vitis evadat. DAL.

Satiusque. Satius est non ante vineam pampinare, quam fuerit iugata. Sic loquutus etiam Colum. lib. V, c. 5: *Insequitur pampinator, et supervacuos deterget*, etc. H.

Sunt qui vetant tangi proximo anno quam translata. Colum. lib. IV, cap. 11, pag. 134: *Illum veterem opinionem damnavit usus, non esse ferro tangendos anniculos malleolos, quod aciem reformident: quod frustra Virgilius, et Saserna, Stolonesque et Catones timuerunt*, etc. H.

Id utrumque. Haec utraque ratio, inquit, et eorum qui proximo anno tangi vetant, et eorum qui tum reciduntur, fructum tardum reddit: hoc est, sarmentorum incrementum lentius facit, idemque nodosum ac retorridum, quale est in pumilis arboribus. *Scabras et retorridas* plantas Colum. vocat, lib. III, cap. 12, quae

postea fetum audacem. Nec tutum est quod cicatricosum, magno imperitiae errore. Quidquid est tale, plagis nascitur, non e matre. Totas enim habet illa vires dum roboratur: et annuos accipit tota fetus, quum permissum fuerit nasci. Nil natura portionibus parit. Quae quum excreverit, satis firma protinus in iugo collocari debebit: sin etiamnum infirmior erit, sub ipso iugo hospitari recisa. Viribus, non aetate decernitur. Temerarium est, ante crassitudinem pol- 20
licarem viti imperare. Sequenti anno palmites salven-

propter nimiam siccitatem naturali destituuntur alimento. Scabras, ieiunas, aridas, macilentas, perustas vox ea significat. Harn.

Nec tutum est quod cicatricosum. In veterana vinea restituenda Colum. lib. IV, cap. 22, inter tertium et quartum pedem a terra viridissimam partem corticis acuto mucrone ferramenti vulnerat, ut e plaga pampinus fundatur, cicatriceque germen procedat. Id est scilicet quod Plinius innuit: non esse eliciendum e cicatricosa plaga sarmentum, quamvis id fiat in vite seniore. Dal. — *Cicatricosum.* Quod ex cicatrice repullulascit. Vitem quoque cicatricosam dixit Colum. lib. IV, cap. 27, et lib. V, c. 5: *Quidquid circa cicatricem citaverit.* Haro.

Plagis. Per *vim* et plagas, non *sponte* ex matre nascitur. H.

Roboratur. Putatione, fossione, ablaqueatione, etc. Dalec.

Quum permissum fuerit nasci. Nisi detrahantur oculi. Dal.

Nil natura. Nihil natura interruptis vicibus parit. H.

Viti imperare. Vitem vel quo lubet flectere, vel resecare, vel quovis modo engere. Sic Colum. lib. IV, c. 11: *Nam post largos fructus parcendum est vitibus, et ideo anguste putandum: post exiguos, imperandum.* Haro.

Sequenti anno... salventur. Serventur incolumes, caeteris excisis. In libris hactenus editis; *salutentur.* Dalecampius *summittantur*, reponere nititur: atque eo pertinere putat Columellae locum ex lib. IV, cap. 16. Vbi aliud plane tractat argumentum ab eo, in quo nunc Plinius habitat. Nos unius litterulae obliteratione *salventur* rescripsimus, et orationi alioqui obscurae lucem addidimus. Vsus hac voce, ne quis barbaram putet, Tullius ipse, orat. in Pison. n. 78: *Me posse iterum rempublicam salvare, si cessissem: infinitam caedem fore, si restitissem.* Nostram emendationem tum ipsa loci sententia, tum Columellae verba constabiliunt. Sic enim ille lib. IV, cap. 21: *Quum aliquot annis quasi iuvenilem aetatem vineae ceperint, quot palmites reliuqui debeant, incertum est. Nam loci laetitia plures, exilitas pauciores desiderat*, etc. H. — *Salventur.* Barbarum hoc esse, nec lati-

tur pro viribus matris singuli aut gemini. Iidem et sequuto, si coget infirmitas, nutriantur: tertioque demum duo adiiciantur. Nec sunt plures quaternis unquam permittendi; breviterque, non indulgendum est, et semper inhibenda fecunditas. Ea est enim natura, ut parere malit, quam vivere. Quidquid materiae adimitur, fructui accedit. Illa semina mavult, quam fructum gigni, quoniam fructus caduca res est. Sic perniciose luxuriat: nec ampliat se, sed egerit.

21 Dabit consilium et soli natura. In macro, etiamsi vires habebit, recisa intra iugum moretur, ut omnis fetura sub eo exeat. Minimum id esse debebit intervallum, ut attingat iugum, speretque, non teneat: adeo non recumbat in eo, nec delicate se spargat. Ita temperetur hic modus ut crescere etiam malit, quam parere.

22 Palmes duas tresve gemmas sub iugo habere debet, ex quibus materia nascatur; tunc per iugum mergi, alligarique, ut sustineatur iugo, non pendeat. Vinculo mox adstrictus a tertia gemma alligari: quoniam et sic coërcetur impetus materiae, densioresque citra

num ait Broterius, qui emendandum pronuntiat, *serventur*. MSS. Regg. et vulg. *salutentur*. Ed. P.

Iidem et sequuto. Anno sequenti etiam nutriendi, hoc est, crebris putationibus in iustam materiam educandi, ut loquitur Columella, palmites ii qui anno priore servati sunt, si nondum pleni sunt, ac iustae crassitudinis. H.

Illa semina. Surculos qui seminari possint. H.

Sed egerit. Temere vim omnem in sarmenta effundit. H.

Vires. Sic ex MSS. em. Hard. cons. Vel. *vites* Gr. et Abi. Ed. P.

Etiam. Broterius ex MSS. Regg. et editione principe, *etiamnum malit*. Ed. P.

Palmes duas. Haec apud Colum. lib V, cap. 6. H.

Vt sustineatur. «Iugo superponatur, ut potius innixa perticae, quam e vinculo pendeat» inquit Colum. lib. IV, cap. 26. H.

Coërcetur. Lego, *concitatur*. Nam quod ait Colum. lib. V, cap. 6, pars palmitis praecipitata fructu induitur: at quae vinculo supra tertiam vel quartam gemmam adnexa sursum tendit, anno sequente materias praebet. Dal. — *Coërcetur*. Ne sursum tendat, sed citra vinculum densiores se palmites citent. H.

pampini exsultant: cacumen religari vetant. Natura haec est: deiecta pars, aut praeligata, fructum dat, plurimumque ipsa curvatura. Quod citra est; materiem mittit, offensante crebro spiritu, et illa, quam diximus, medulla. Quae ita emicuerit materia, fructum dabit anno sequente. Sic duo genera palmitum: quod e duro exit, materiamque in proximum annum promittit, pampinarium vocatur: at ubi supra cicatricem est, fructuarium. Alterum ex anniculo palmite, semperque fructuarium. Relinquitur sub iugo 23

Natura haec est Haec apud Columellam exstant lib. IV, cap. 20. H.

Ipsa curvatura. Colum. l. c. *Ex eo loco quod proximum iugo ligatum est, brachia disponuntur in diversas partes: palmaeque superpositae deorsum versus curvantur a vinculo. Itaque id quod iugo deperulet, fructu impletur; rursusque curvatura iuxta vinculum materiam exprimit.* H.

Quod citra est. Quod infra vinculum, inquit Colum. lib. IV, cap. 24. Hard.

Offensante. Iohibentibus nodis in curva distortaque vite, et ipso flexu cursum terreni humoris, seu medullae, ac vita is spiritus, per quem ceu quodam itinere mati is alimenta meant, veluti salebris retardante, inquit Columell. lib. VI, cap. 20. H. — *Crebro spiritu.* Broterius ex MSS Reg. et editione principe, *offensante*, *credo*, *spiritu.* Eo. P.

Quum diximus. Hoc ipso capite his verbis: *Medulla, sive illa vitalis anima est, ante se tendit, longitudinem impellens, quamdiu nodi pervia patet fistula.* Hard.

Sic duo genera. Colum. lib. V, c. 6: *Sed ipsorum palmitum duo genera sunt. Alterum, quod ex duro provenit: quod quia primo anno plerumque frondem sine fructu affert, pampinarium vocant. Alterum, quod ex anniculo palmite procreatur, quod quia protinus creat, fructuarium appellant: cuius ut semper habeamus copiam in vinea, palmitis partes ad tres genimas religandae sunt, ut quidquid intra vinculum est, materias exigat.* Hard.

Quod e duro exit, materiamque in proximum annum promittit, pampinarium vocatur: at ubi supra cicatricem est, fructuarium. Quinque illa verba: *at ubi supra cicatricem est*, videntur mihi non esse legitima auctoris; paletque id ex Columellae loco in nota superiore citato. Pinx. — Ratio dubitandi non apparet. Nisi forte nimis ad verbum exscripta videntur Columellae dictata. Sed ut iam saepe monuimus, ac praesertim Exc. II ad Plin. vit. nullatenus sibi hoc vitio vertendum existimavit Noster, praesertim qui in elencho, inter suos ad hunc librum auctores, Columellam diserte nuncupaverit. Eo P.

Relinquitur Columell. lib. IV, cap. 24: *Una tantummodo materia iugo proxima, et unus infra eam custos erit summittendus, qui vitem mox in annum renovet.* Idem cap. 24: *In pollicem tondeatur, quem quidam custo-*

et qui vocatur custos. Hic est novellus palmes, non longior tribus gemmis, proximo anno materiam daturus, si vitis luxuria se consumpserit. Et alius iuxta eum, verrucae magnitudine, qui furunculus appellatur, si forte custos fallat.

24 Vitis antequam septimum annum a surculo compleat, evocata ad fructum eiuncescit, ac moritur. Nec veterem placet palmitem in longum, et ad quartum usque pedamentum emitti, quod alii dracones, alii iuniculos vocant, ut faciant quae masculeta appellant. Quum induruit vitis, pessimum in vinea traducere. Quinto anno et ipsi palmites intorquentur,

dem, alii resecem, nonnulli praesidiarium appellant: id est, sarmentum gemmarum duarum vel trium, ex quo quum processere fructiferae materiae, quidquid est supra vetusti brachii amputatur: et ita ex novello palmite vitis pullulaseit. Hard.

Qui furunculus. » Plerumque germen de cicatrice procedit, » inquit Colum. l. IV, c. 22, *quod sive longe prosiluerit, in flagellum summittitur: sive brevius, in pollicem: sive admodum exiguum, in furunculum.* Et c. 24: *Ne verrucae similis furunculus relinquatur, nisi si iugo supericcta vitis desiderabit ab inferiore parte revocari.* Iterumque: *Sed si resecis facultas non erit, circumspiciendus est furunculus, qui quamvis angustissime praecisus in modum verrucae proximo vere materiam exigat, quam vel in brachium, vel in fructuarium remittamus.* H.

Eiuncescit. Gracilescit, in iunci morem. Ita MSS. R. Colb. non, uti editi, *evanescit.* H.

Nec veterem placet. Causam huius placiti mox ipse affert: quoniam quum vitis induruit, operosum est traducere, seu propagare. Traditum istud et a Colum. lib. IV, cap. 22: *At si duramenta (vitis) longius excesserint, aut in quartum, vel etiam in quintum statumen prorepserint, maiore sumptu restituentur mergis. His namque, quod nobis maxime placet, propagata celerrime provenit. Hoc tamen, si vetus et exesa est superficies trunci, maiorem: at si robusta et integra, minorem operam desiderat.* H.

Quod alii dracones, alii iuniculos vocant. Ita vocamus, inquit ipse paulo post hoc cap. palmites emeritos, pluribusque induratos annis. Colum. l. c. *duramenta.* Masculeta vero dici videntur consita vitibus masculis loca, hoc est, iis quae non sint subactae ut alios emittant palmites, sed crescunt altius, et attollere se permittuntur. Hard.

Traducere. MSS. *transducere:* hoc est, mergis propagare: quum, uti explicat Colum. IV. cap. 15, vitis curvatur, atque ex alto scrobe summersa perducitur ad vicinum palum, etc. H. — *Traducere. Provigner, faire des provins.* Brot.

singulaeque e singulis materiae emittuntur, ac deinde e proximis: prioresque amputantur. Semper custodem relinqui melius: sed is proximus viti esse debet, nec longior quam dictum est: et si luxuriaverint palmites, intorqueri: ut quatuor materias, vel duas, si uniiuga erit vinea, emittat.

Si per se vitis ordinabitur sine pedamento, quale- 25
cumque initio adminiculum desiderabit, dum stare condiscat et recta surgere. Caetera a primordio eadem. Dividi autem putatione pollices aequali examine undique, ne praegravet fructus parte aliqua, obiter idem deprimens prohibebit in excelsum emicare. Huic vineae trium pedum altitudo excelsior nutat: caeteris

Materiae emittuntur. Novelli palmites crescere sinuntur. H.

Nec longior. Nec longior tribus geminis, ut paulo ante dictum est. Hard.

Vniiuga erit vinea. Simplici iugo fulta, canteriata. Dal.

Si per se vitis. Si iam vitis erectae et per se stantia ὀρθαμπέλου ratio exigitur, quae sine pedamento est. Colum. lib. V, cap. 5: *Depositum erga stirpem*, id est, *malleolum*, *vel viviradicem formare sic convenit, ut vitis sine pedamine consistat. Hoc autem protinus effici non potest. Nam nisi adminiculo tenerae viti atque infirmae contribueris, prorepens pampinus terrae se applicabit. Itaque posito semini arundo adnectitur, quae velut infantiam eius tueatur, atque educet, producatque in tantam staturam, quantam permittit agricola*, etc. H.

Caetera a primordio. Cultura reliqua a prima terrae pastinatione, eadem quae hactenus explicata est in hoc ipsa capite. H.

Dividi autem pollices. Palmites e brachiis enatos, quos et custodes, et reseces, et praesidiarios vidimus paulo ante a Columella vocari. Hoc illud porro est, quod idem Colum. ait, lib. IV, cap. 24: *Sed meminisse oportebit, ne in eadem linea, unoque latere brachii esse duas materias, pluresve patiamur: namque id maxime vitem infestat, ubi non omnis pars brachii pari vice laborat, atque aequa portione succum proli suae dispensat, sed ab uno latere exsugitur: quo fit, ut ea vena, cuius omnis humor assumitur, velut icta fulgure arescat.* H.

Aequali. Aequa portione ab utroque latere. Haad.

Obiter idem. Idem utique fructus deprimens vitem eam, prohibebit in excelsum emicare. H.

In excelsum emicare. MSS. Reg. et Colb. forte sincerius, *emittere.* H.

Huic vineae trium pedum altitudo excelsior. Hac est, quae ternos pedes excedat. Et hanc loquendi formam latinitas recipit. Nam Columell. de Arb. cap. 16, non minorem decem pedum vitem dixit: et a Plinio rur-

a quinto, dum ne excedat hominis longitudinem iu-
26 stam. Iis quoque quae sparguntur in terra, breves ad innitendum cannas circumdant, scrobibus per ambitum factis, ne vagi palmites inter se pugnent occursantes: maiorque pars terrarum ita supinam in tellure vindemiam metit. Siquidem et in Africa, et in Aegypto, Syriaque, ac tota Asia, et multis locis Europae hic mos praevalet. Ibi ergo iuxta terram comprimi debet vitis, eodem modo et tempore nutrita radice, quo in iugata vinea: ut semper pollices tantum relinquantur: fertili solo, cum tribus gemmis: graciliore, quinis: praestatque multos esse quam longos. Quae de natura soli diximus, tanto potentiora sentientur, quanto propior fuerit uva terrae.

27 Genera separari, ac singulis conseri tractibus utilissimum. Mixtura enim generum etiam in vino, non modo in musto discors: aut si misceantur, non alia,

sum inferius hoc ipso capite dicitur, *Nulla fere xx pedum altiore arbore.* Hard.

Cannas circumdant. Cannas certe, non *caveas*, ut libri omnes pertinaciter retinent, legi oportere ratio ipsa, oratioque Pliniana clamat. Nam caveis qui tandem possit vitis inniti, quamvis id gallicus interpres velit? At cannis potest. Sic Palladius lib. III in Feb. tit. 11: *Aliud genus est, in quo cannis pluribus circa dispositis, ipsa vitis per cannas sarmentis ligatis in orbiculos flectitur se sequentes.* Et tit. 14: *Vites autem, quae cannis in orbem cinguntur*, etc. H. — *Cannas.* Brotterius ex MSS. Reg. et editione principe, *Caveas;* nec emendatione opus esse iudicat. Ed. P.

Ut semper pollices. Inquit Columella lib. V, cap. 5: *Iacenti viti, breviores materiae submitti debent: reseces quoque angustius in modum furunculorum relinqui.* Dal. — *Ut semper pollices.* Seu custodes, et reseces, uti dictum est paulo ante. Colum. lib. V, cap. 5: *Nec magna est putationis differentia cubantis, et stantis rectae vineae: nisi quod iacenti viti breviores materies summitti debent: reseces quoque* (*pollices* Plinius, et *custodes* vocat) *angustius in modum furunculorum relinqui.* H.

Genera separari. Colum. lib. III, c. 20: *Nihil dubito quin per species dirigendae vites, disponendaeque sint in proprios hortos, semitis ac decumanis distinguendae.* Horti Columellae, Plinio tractus sunt. H.

Mixtura enim. Prolixe haec, et uti solet, eleganter Colum. lib. III, cap. 21. Plinius lib. XIV, cap. 9: *Dulcia utique inter se non congruunt.* H.

quam pariter maturescentia, iungi necessarium. Iuga altiora, quo laetior ager, et quo planior: item roscido, nebuloso, minusque ventoso conveniunt. Contra, humiliora gracili et arido, aestuoso, ventisque exposito. Iuga ad pedamentum quam arctissimo nodo vinciri oportet, vitem levi contineri. Quae genera vitium, et in quali solo caeloque essent conserenda, quum enumeraremus naturas earum et vinorum, notavimus.

De reliquo cultu vehementer ambigitur. Plerique 28
aestate tota post singulos rores confodi iubent vineam. Alii vetant gemmantem: decuti enim oculos, tractuque intrantium deteri: et ob id arcendum procul omne quidem pecus, sed maxime lanatum, quoniam facillime auferat gemmas. Inimicos et pubescente uva rastros: satisque esse vineam ter anno confodi, ab

Iuga altiora. Huius rei causas affert, easque probabiles, Colum. lib. IV, cap. 19. Hard.

Iuga ad pedamentum. Sive, ut loquitur Colum. lib. IV, cap. 16, ad statumen: *Statuminibus*, inquit, *firmiora iuga sunt alligenda, eaque vel saligneis perticis, vel compluribus quasi fasciculis arundinum connectuntur, ut rigarem habeant, nec pandantur onere fructuum.* H.

Vitem levi. Colum. lib. IV, c. 13: *Vinculi genus quale sit, qua religantur semina vitium plurimum refert: nam dum novella vinea est, quam mollissimo nectenda est: quia, si viminibus salicis aut ulmi ligneris, increscens vitis se ipsam praecidit. Optima est ergo genista*, etc. H.

Quae genera. Supra lib. XIV, cap. 4 et 5. H.

Alii vetant. Colum. lib. IV, cap. 27: *Si palmis incipientibus, progeminantibusque fossorem immiseris, magnam partem vindemiae decusseris. Igitur antequam gemmeat, per divortium veris atque hiemis quam altissime fodiendae vineae sunt, qua laetius atque hilarius pullulent.* H.

Tractuque. Ita MSS. recte: non *tactu.* Attractu vestium, ac lanarum decuti gemmas indicat. H.

Et ob id arcendum. Ita vero acceptum a Virgilio, Georg. lib. II, vs. 371: *Texendae saepes etiam, et pecus omne tenendum, Praecipue dum frons tenera: imprudensque laborum*, etc. Hard.

Pubescente uva. Quum nigrescere incipit, variante se uva. Pubescentem et quasi adolescentem dixit Columell. lib. IV, c. 28. Hard.

Ter anno confodi. Colum. l. c. *Non inficior plerosque ante me rusticarum rerum magistros tribus fossuris fuisse contentos: ex quibus Graecinus.....*

aequinoctio verno: ad Vergiliarum exortum, et Ca-
29 nis ortum, et nigrescente acino. Quidam ita determinant: veterem semel a vindemia ante brumam, quum alii ablaqueare et stercorare satis putent. Iterum ab idibus aprilis, antequam concipiat, hoc est, in VI idus maias. Deinde prius quam florere incipiat, et quum deflorueri, et variante se uva. Peritiores affirmant, si iusto saepius fodiatur, in tantum tenerescere acinos, ut rumpantur. Quae fodiantur, ante ferventes horas diei fodiendas convenit: sicuti lutum neque arare, neque fodere. Fossione pulverem excitatum contra soles nebulasque prodesse.

30 Pampinatio verna in confesso est, ab idibus maiis, intra dies X utique antequam florere incipiat: et eam infra iugum debere fieri. De sequente variant sententiae. Quum deflorueri, aliqui pampinandum putant: alii sub ipsa maturitate. Sed de his Catonis

Celsus quoque et Atticus consentiunt tres esse motus in vite, seu potius in omni surculo, naturales: unum, quo germinet: alterum, quo floreat: tertium, quo maturescat. Hos ergo motus censent fossionibus concitari. H.

Ad Vergiliarum. De hoc exortu, quem praepostere assignat Dalecampius, dicemus lib. XVIII, cap. 66. HARD.

Nigrescente acino. Acinum uvae nos granum appellamus. H.

Quum alii ablaqueare. Colum. lib. V, cap. 4, cuius verba retulimus c. 31. HARD.

Quae fodiantur. Colum. lib. de Arboribus cap. 12: *Simul atque uva voriari coeperit, fodito tertiam fossuram; et quum iam maturescet, ante meridiem, priusquam calere incipiet, et quum desierit, post meridiem fodito, pulveremque excitoto: eo res et a sole et a nebula maxime uvam defendit. Lutulentam terram, neque arare, neque fodere oportet: quia valde durescit, et finditur.* H.

Fossione. Colum. loc. cit. et lib. IV, cap. 28. H.

Pampinatio. Pampinorum, seu foliorum vitis, quae supervacua sunt, avulsio. Vineas pampinare, *épamprer la vigne, ôter les feuilles et les bourgeons superflus.* De pampinationis tempore facit cum Columella Plinius, l. c. et Pallad. lib. VI, in Maio, tit. 2: *Hoc mense*, inquit iste, *pampinari conveniet: sed tunc est opportuna pampinatio, quum teneri rami digitis stringentibus crepabunt sine difficultate carpentis.* H.

De sequente. De secunda pampinatione. H.

praecepta decernent. Namque et putationum tradenda ratio est.

Protinus hanc a vindemia, ubi caeli tepor indulget, adoriuntur. Sed hoc fieri numquam debet ratione naturae ante Aquilae exortum, ut in siderum causis docebimus proximo volumine. Immo vero Favonio, quoniam anceps culpa sit praeproperae festinationis. Si saucias recenti medicina mordeat quaedam hiemis ruminatio, certum est gemmas earum frigore hebetari, plagasque findi, et caeli vitio exuri oculos lacryma distillante. Nam gelu fragiles fieri quis nesciat? Operarum ista computatio est in latifundiis, non legitima naturae festinatio. Quo maturius putantur 32

Protinus. Colum. lib. IV, cap. 10: *Putandi autem duo sunt tempora: melius autem, ut ait Mago, vernum.* Et extrema capite: *Sed nec utique verna omnibus regionibus melior putatio est: ubi vero aprica loca sunt, mollesque hiemes, optima et maxime naturalis est autumnalis*, etc. Item, c. 23: *Placet ergo, si mitis ac temperata permittit, in eâ regione, quam colimus, caeli clementia, facta vindemia secundum idus octobris auspicari putationem: quum tamen aequinoctiales pluviae praecesserint.... nam siccitas seriorem putationem facit.* Geop. auctor, lib. V, cap. 23, μετὰ τρυγητόν, *post vindemiam.* Vineam putare, gall. *tailler la vigne.* Hard.

Sed hoc fieri. Plinius, lib. XVIII, cap. 69, ubi de exortu Aquilae dixit, statim subiungit: *Nec patitur ratio naturae quidquam in satis ante eum diem spei esse certae.* Haro.

Ratione naturae. Ob occultas, quas habet natura, causas. Hard.

Aquilae exortum. De quo dicemus lib. XVIII, cap. 69. Et de Favonii flatu, eodem libro, cap. 59. Haro.

Quoniam anceps. Quoniam dubitari possit, an praepropera festinatione peccatum sit, quum post exortum Favonii contingere adhuc possit quaedam hiemis iteratio, quae suo frigore gemmas hebetet, plagasque findat: prohibeatque ne cortex moveatur, qui cicatricem consanet, ut loquitur Colum. lib. IV, cap. 29. H.

Recenti medicina. Recenti putatione. Haro.

Hiemis ruminatio. Iterata hiemis acerbitas. H.

Operarum ista. Quod gemmae aie frigore interdum adurantur, non id naturae tribuendum, sed agricolis, qui in latifundiis nimis praepropere festinant. Namque *ubi ruris vastitas* (sic loquitur Colum. l. IV, cap. 23.) *electionem temporis negat, valentissimam quamque vineti partem frigaribus deputant.* H.

Qua maturius. Colum. l. c. *Nec dubium, quin sit horum virgultorum natura talis, ut quanto maturius detonsa sint, plus materiae: quanto serius, plus fructus afferant.* H.

aptis diebus, eo plus materiae fundunt: quo serius, eo fructum uberiorem. Quare macras prius conveniat putare, validas novissime. Plagam omnem obliquam fieri, ut facile decidant imbres: et ad terram verti quam levissima cicatrice acie falcis exacta, plagaque conlaevata. Recidi autem semper inter duas gemmas, ne sit vulnus oculis in recisa parte. Nigram esse eam existimant, et donec ad sincera veniatur, recidendam: quoniam e vitioso materia utilis non exeat. Si
33 macra vitis idoneos palmites non habeat, ad terram recidi eam, novosque elici utilissimum. In pampina-

Quare macras. Colum. loc. cit. *Valentissimam quamque partem vineti, frigoribus; macerrimam, vere, vel autumno.* Hard.

Prius conveniat putare. Sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. *convenit* Gr. et alii. Ed. P.

Plagam omnem obliquam fieri, ut... decid. imbres. Colum. lib. IV, c. 9: *Medio fere internodio ea plaga obliqua falce fit; ne, si transversa fuerit cicatrix, caelestem superincidentem aquam contineat.* Et c. 24: *Plagae, quas in duro vitis accipit, obliquae rotundaeque fieri debent*, etc. Hard. — *Et ad terram.* Colum. loc. cit. *Sed neo ad eam partem, qua est gemma, verum ad posteriorem plaga declinatur, ut in terram potius devexa, quam in germen delacrymet; namque defluens humor caecat oculum, nec patitur frondescere.* H.

Cicatrice acie falcis exacta, plagaque conlaevata. Ductu nempe falcis acutae sic effici debet, ut sit levissima cicatrix, et uno vestigio allaevetur. *Duris enim*, ut ait Colum. lib. IV, cap. 24, *et acutissimis ferramentis totum istud opus exsequendum est, obtusa et hebes, et mollis falx putatorem moratur*, etc. Et cap. 25: *Tutior et utilior putatio est, quae ductu falcis, non ictu conficitur. Nam ea plaga quae sic efficitur, uno vestigio allaevatur.* Quo ex loco intrepide, *plagaque conlaevata* rescripsimus in Pliniano contextu, quum prius *convelata* legeretur, nulla prorsus, aut inextricabili certe sententia. Sic idem Colum. lib. V, cap. 6, de stirpe arborum: *Post annum praecidi et allaevari oportet.* Et mox: *Si fieri poterit, uno ictu arborem praecidi: si minus, serra desecari, et plagam falce allaevari oportet*, hoc est, laevigari, seu laeviorem fieri. Id acuto ferramento fit, ut ait idem lib V, cap. 11. Hard.

Recidi... inter duas. « Medio fere internodio, inquit Colum. lib. IV, c. 24, optimum est tondere palmitem, devexamque resectionem facere post gemmam, ne superlacrymet, et gemmantem caecet oculum. » Et cap. 9: *Putatio non debet secundum articulum fieri, ne reformidet oculus, sed medio fere internodio ea plaga obliqua falce fit*, etc. H.

Ad sincera. Ad tenera, et viridia, inquit Colum. l. IV, c. 24. H.

Ad terram recidi. Quod in macra vite fieri sapienter monet, id in

tione non hos detrahere pampinos, qui cum uva sint: id etenim uvas supplantat, praeterquam in novella vinea. Inutiles iudicantur in latere nati, non ab oculo: quippe etiam uva, quae nascatur e duro rigescente, ut nisi ferro detrahi non possit. Pedamentum quidam inter duas vites utilius putant statui: et facilius ablaqueantur ita: melius que est uniiugae vineae, si tamen et ipsi iugo sint vires, nec flatu infesta regio. In quadripartita quam proximum oneri adminiculum esse debet: ne tamen impedimentum sentiat ablaqueatio, cubito abesse non amplius: ablaqueari autem prius, quam putari, iubent.

Cato de omni cultura vitium ita praecipit. Quam 34
altissimam vineam facito, alligatoque recte, dum ne nimium constringas, hoc modo eam curato: capita vi-

omni viviradice faciendum olim putarunt Virgilius, Saserna, Stolo, Cato, qui ut recte Colum. animadvertit lib. IV, cap. 11: *Non solum in eo errabant, quod primi anni capillamenta seminum intacta patiebantur, sed et post biennium, quum viviradix recidenda erat, omnem superficiem amputabant solo tenus iuxta ipsum articulum, ut e duro pullularet*: quod ipse merito multis nominibus improbat. H.

Quippe etiam. Quippe etiam inutilis est uva, quae nascatur e duriore, atque ita rigescente trunco, ut nisi ferro detrahi non possit, non digito decuti. H.

Pedamentum quidam. Sive, ut Columella loquitur lib. IV, cap. 16, *medio internodio.* H.

Vuiiugae. Quae iugo simplici constat, ut superius diximus, *simple treille.* Colum. lib IV, cap. 17: *Potest tamen, si vel parum late disposita vinea, vel parum fructuosa, caelumque non turbidum, nec procellosum habeat, uno iugo contenta esse: nam ubi magna vis et incursus est pluviarum, procellarumque... ibi quasi quadrato circumfirmanda est agmine.* Hard.

In quadripartita. Vinea scilicet, quae uniiugae opponitur, et superius in vinearum divisione compluviata cognominata est: Columellae l. c. quadrato quasi circumfirmata agmine. *Vigne à quatre pentes.* Frustra sunt qui brachiatam Columellae vitem huc putant attinere, de qua ille lib. V, cap. 5. H.

Cubito abesse. Pedale modo Columella intervallum assignat lib. IV, cap. 16: *Prope truncum si defigitur palus, pedali spatio recedendum est, ne aut premat, aut radicem vulneret, et ut fossor ab omni parte semina circumfodiat.* H.

Cato. De Re Rust. c. xxxiii, quod caput ferme integrum simile huic loco Plinii est. H.

tium putata circumfodito, arare incipito. Vltro citroque sulcos perpetuos ducito. Vites teneras quamprimum propagato, veteres quam minimum castrato. Potius, si opus erit, deiicito, biennioque post praecidito. Vitem novellam resecari tum erit tempus, ubi valebit. Si vinea ab vite calvata erit, sulcos interponito, ibique viviradicem serito. Vmbram a sulcis removeto; crebroque fodito. In vinea vetere serito ocymum. Si macra erit, quod granum capit ne serito: et circum capita addito stercus, paleas, vinaceas, aut aliquid horumce. Vbi vinea frondere coeperit, pampinato. Vineas novellas alligato crebro, ne caulis praefringatur. Et quae iam in perticam ibit, eius pampinos teneros alligato leniter, porrigitoque. Vbi recte steterint, ubi uva varia fieri coeperit, vites subligato.

36 Vitis insitio una est per ver, altera quum uva flo-

Calvata erit. Calvata vinea appellatur, in qua rarae vites seu trunci sunt: ut calvi homines dicuntur, quibus vel nullus est, vel rarus capillus. Colum. lib. IV, cap. 29, vitis calvitium dixit. Item lib. IV, cap. 33: *Propter quae*, inquit, *saepe novella castaneta calvescunt*, hoc est, rarescunt, et minus frequentia et densa sunt. H.

Vmbram a sulcis. Sunt haec etiamnum apud Catonem. Herbam temere reponit Dalecampius pro umbra. A sulcis, hoc est, a vitibus, quae sunt in sulcis. H.

Serito ocymum. Broterius ex MSS. Regg. et editione principe, *ocinum*, *du fourrage*, ut mox infra dicetur. Ed. P.

Si macra erit. Cato: *Si macra erit, quod granum capiat, ne serito*. hoc est, si vitis est macrior, ne vineae interseras id, quod in frugem et granum solet maturescere: sed pabulum vel farraginem, quae viridia subsecantur, priusquam spicam capiant. H.

Et quae iam in perticam. Cui longiora iam sarmenta seu flagella erunt. Hard.

Pampinos. Palmites. H.

Leniter. Broterius ex MSS. Regg. et edit. princ. *leviter*. Ed. P.

Porrigitoque. Cato: *Corrigitoque uti recte spectent. Vbi uva varia fieri coeperit, vites subligato, pampinato*, etc. Hactenus ille cap. XXXIII. H.

Vbi uva. Vbi mutare colorem uva coeperit. H. — *Porrigitoque. Vbi*, etc. Aliter legit distinguitque Broterius ex MSS. Regg. edit. princ. et ipso Catone: *porrigitoque, uti recte stent. Vbi uva*, etc. Ed. P.

Vitis insitio. Cato cap. XLI, pag. 36, totidem verbis. H.

ret: ea optima est. Vineam veterem si in alium locum transferre voles, dumtaxat brachium crassum licebit. Primum deputato. Binas gemmas, nec amplius relinquito. Ex radicibus bene effodito. Et cave radices ne saucies. Ita uti fuerit, ponito in scrobe aut in sulco, operitoque, et bene occulcato. Eodemque modo vineam statuito, alligato, flexatoque uti fuerat, crebroque fodito. Ocymum, quod in vinea seri iubet, antiqui appellabant pabulum, umbrae patiens, quod celerrime proveniat.

(XXIII.) Sequitur arbusti ratio, mirum in modum 37
damnata Sasernae patri filioque, celebrata Scrofae, vetustissimis post Catonem, peritissimisque: ac ne a Scrofa quidem, nisi Italiae, concessa: quum tam longo iudicetur aevo, nobilia vina non nisi in arbustis gigni, et in his quoque laudatiora summis, sicut uberiora

Vineam veterem. Haec deinceps Cato cap. XLIX, plane ad verbum. H.

Vineam statuito. Statuminibus seu pedamentis fulcito. Sic MSS. omnes, et ipse Cato: non, ut libri editi, *statuminato.* H.

Flexatoque. Ita Cato, et MSS. non *laxatoque.* H.

Ocymum. Differt ocymum ab ocimo, de quo Plin. lib. XIX, cap. 35, et alibi. Vtrumque distinguit Varro de Re Rust. lib. I, cap. 31: *Ocymum*, inquit, *dictum a graeco verbo ὠκέως, quod valet cito. Similiter quoque ocimum in horto. Hoc amplius dictum ocymum, quod citat alvum bubus, et ideo iis datur, ut purgentur. Id genus pabuli sunt segetes sectae virides antequam gerant siliquas.* Vult igitur ocymum aeque ac ocimum ab ὠκέως, *cito*, nomen traxisse: istud, quod celerrime nascatur, ut Plinius mox cit. illud quod bubus alvum citet. Est igitur ocymum boum, equorum, aliorumve animalium pabulum, ex frugum leguminumque mixtura. Nos farraginem vulgo dicimus, *du fourrage.* Vide quae de farragine dicturi sumus lib. seq. cap. 10. Catonis locus est e cap. XXXIII, ut ante diximus. H. — *Ocymum.* Broterius, *ocinum.* Eo P.

Sequitur arbusti. Quid arbustum sit, diximus cap. 15. H. — *Arbusti.* Arbustum (quod retinendum, ut Plinius intelligatur) est locus consitus arboribus ad sustinendas vites. Quinquennes vites in arbustum transferebantur. — *Sasernae patri.* MS. Reg. 1, et edit. princeps, *a Saserna patre.* Brot.

Adeo excelsitate. Pallad. lib. III, in Febr. tit. 13: *Qui fructum volunt maximum, materias plures per ramos arboris submittunt; qui vinum melius, sarmenta in cacumen extendunt.* H.

imis: adeo excelsitate proficitur. Hac ratione et arbores religantur. Prima omnium ulmus, excepta propter
38 nimiam frondem atinia. Deinde populus nigra, eadem de causa, minus densa folio. Non spernunt plerique et fraxinum, ficumque, etiam oleam, si non sit umbrosa ramis. Harum satus cultusque abunde tractatus est. Ante tricesimum sextum mensem attingi falce vetantur. Alterna servantur brachia: alternis putantur annis: sexto anno maritantur. Transpadana Italia, praeter supra dictas, cornu, populo, tilia, acere, orno, carpino, quercu, arbustat agros. Venetia salice, propter uliginem soli. Et ulmus detruncata a medio in ramorum scamma digeritur, nulla fere xx pedum al-

Hac ratione. Sic et arbores, inquit, pali vincula docuimus. Prius *eliguntur* in libris editis legebatur: nos conditiva ac vetusta exemplaria, quae sunt sinceriora et saniora, sequimur. H.

Excepta. Ne hanc quidem excipit Colum. lib. III, cap. 6. H.

Deinde populus, etc. De populo nigra et fraxino, eadem Pall. l. cit. Hard.

Ante tricesimum. Col. de Arb. cap. 16: *Ante triennium ferro ne tetigeris... Completis sex et triginta mensibus, ad recipiendam vitem formabis, et supervacuos ramos amputabis, alterna brachia in modum scalarum relinquens*, etc. H.

Cornu, populo. Ita MSS. omnes. De alba papulo accipiendum id est; nigrae enim facta iam superius mentio. Alii *opulo* ex Columella hic substituunt. H.

Arbustat agros. Arbustare est arboribus agrum conserere ad maritandas vites. Itaque salices vinitares Veneti conserunt, quod sint uliginosi in eo tractu agri, hoc est, naturali humore madentes, qui numquam ab ipsis recedit. Sunt autem aquaticae salices, et in aqua fere salae, ut dictum est lib. XVI, cap. 17. Hard.

In ramorum scamna. Scamna ramorum, et tabulata vocat ramos prominentes in arbore, multiplici quasi contignatione in circuitum ordinatos. *Branches disposées en divers étages.* Describit haec Colum. lib. V, c. 6: *Vlmum*, inquit, *novellam sic formare convenit: loca pingui octo pedes a terra sine ramo relinquendi, vel in arvo gracili septem pedes: supra quod spatium deinde per circuitum in tres partes arbor dividenda est, ac tribus lateribus singuli ramuli submittendi, prima tabulata assignentur. Max de ternis pedibus superpositis, alii rami submittendi sunt, ita, ne iisdem lineis, quibus in superiore positi sunt: in eademque ratione usque ad cacumen ordinanda erit arbor.* Et paulo ante: *Tabulata inter se ne minus ternis pedibus absint*, etc. Hard.

Nulla fere XX. Colum. lib. V,

tiore arbore. Tabulata earum ab octavo pede altitudinis dilatantur in collibus siccisque agris: a XII in campestribus et humidis. Meridianum solem spectare palmae debent. Rami a proiectu digitorum modo subrigi, tonsili in his tenuium quoque virgultorum barba, ne obumbrent. Intervallum iustum arborum, si aretur solum, quadrageni pedes in terga frontemque, in latera viceni. Si non aretur, hoc in omnes partes.

cap. 7, detruncari praecipit ad altitudinem XV pedum: *Potest etiam ulmus sic disponi, ut adhuc tenera decacuminetur, ne altitudinem XV pedum excedat. Nam fere ita constitutum rumpotinctum animadverti, ut ad octo pedes locis siccis et clivosis; ad duodecim, locis planis et uliginosis tabulata disponantur.* H.

Meridianum. A similitudine palmae, seu volae manus, palmam vocat in ulmo partem eam teretem trunci, seu caudicis, cuius ab utroque latere rami ceu digiti enascuntur. *Palmites ipsi vitium sarmenta appellantur*, inquit Festus, *quod in modum palmarum humanarum virgulas quasi digitos edunt.* Palmae arboris seu caudici primum vitis innititur: mox in ramos etiam palmites diducuntur: ramos spectare orientem solem, vel occidentem convenit, ut meridiano palmae obiecta sit, vitisque ei applicata plus caloris accipiat, inquit Colum. lib. V, cap. 6, p. 186. Palmas in populo pariter iam superius lib. XIV, cap. 3, Plinius appellavit: *Populus arbor*, inquit, *cuius tabulata in orbem patula replent, puroque perductae vites drocone in palmam eius, inde in subrectos ramorum digitos flagella dispergunt.* Qui palmas hoc loco de sarmentis accipiunt, aut *palmites* legi suadent, nec quo nunc in argumento Plinius habitet, considerant, et inscitiam suam produnt. Nam de palmitibus vitium, inferius verbis conceptis agitur. H.

Palmae debent. Vet. apud Dalec. *palmites.* En. P.

Rami. Ulmorum, aliarumque arborum, ex quibus arbustum constat: hi sese ab arbore proiiciunt. Haso.

Barba. Ramuli tenuiores, qui e crassioribus pullulascunt. Virgae sunt Colum. lib. V, cap. 7: *Plerumque autem ea arbor in tres ramos dividitur, quibus singulis ob utraque parte complura brachia submittuntur: tum omnes paene virgae, ne obumbrent, eo tempore, quo vitis putatur, abraduntur.* H.

Ne obumbrent. Ne aemula umbra viti noceat, ut ait Col. lib. V, c. 6. Haan.

Intervallum. Colum. lib. V, cap. 7: *Arboribus rumpotinis (hoc est, orbustivis, ut diximus lib. XIV, cap. 3), si frumentum non inseritur, in utromque partem XX pedum spatia interveniunt. At si segetibus indulgetur, in alteram partem XL pedes, in alteram XX relinquuntur.* H.

Hoc in omnes. Id est, viceni pedes in omnem partem, Colum. l. c. et cap. 6. H.

Singulis denas saepe adnutriunt vites, damnato agri-
40 cola minus ternis. Maritare, nisi validas, inimicum, enecante veloci vitium incremento. Serere tripedaneo scrobe necessarium distantes inter sese arboremque singulis pedibus. Nihil ibi malleolis atque pastinationi, nulla fodiendi impendia: utpote quum arbusti ratio hac peculiari dote praestet, quod in eodem solo seri fruges et vitibus prodest. Superque, quod vindicans se altitudo, non, ut in vinea, ad arcendas animalium iniurias pariete, vel sepe, vel fossarum utique impendio muniri se cogat.

41 In arbusto e praedictis sola viviradicum ratio, item propaginum, et haec gemina, ut diximus. Qualorum in ipso tabulato maxime probata, quoniam a pecore

Singulis. Singulis arboribus denas saepe alligant vites: damnatur incuriae et imperitiae agricola, qui tantum ternas applicet. H.

Maritare, nisi validas, inimicum, enecante. Eleganter Colum. lib. V, c. 6: *At si teneram ulmum maritaveris, novam sufferet vitem: si vetustam vitem applicueris, coniugem necabit: ita sibi pares esse aetate et viribus arbores vitesque convenit.* H.

Serere. Vites nimirum: quas ab arbore sua distare sesquipedis spatio, Palladius iubet lib. III in Febr. tit. 10, p. 57. Pedali tantum, ut Plinius, Ita et Colum. lib. de Arb. 16. H.

Non, ut in vinea. Et in arbusto quoque, nisi in eodem solo satae sunt fruges, ab iniuria pecoris caveis emuniri vites, caute Columella admonet lib. V, c. 6. H.

In arbusto. Vitis, inquit, in arbusto, viviradice tantum et propagine seritur, propagine quidem gemina, quam c. 2 explicuimus. H.

Qualorum. Subintellige, ratio vitem propagandi per qualos pertusos, explicata a nobis cap. 21. Hanc rationem optime Palladius l. c. describit: *Est et aliud*, inquit, *de transferenda ex arbusto vite compendium. Fit ex vimine parva corbicula... Haec ad arborem, cui vitis inhaerit, fertur: et in fundi media parte pertunditur, quo sarmenti virgam possit admittere. Inducto itaque sarmento vitis eius, de qua transferre disponis, corbicula ipsa ex aliqua arboris parte suspenditur, et viva terra repletur, ut sarmentum terra possit includi, quod sarmentum prius intorquetur. Ita, exacto annui temporis spatio, sarmentum, quod clausum est, radices creabit intra praedictam corbiculam. Tunc sub fundo corbis incisum radicatum sarmentum cum ipsa corbe portabitur ad locum, quem vitibus arbustivis destinabis implere, ibique obructur circa arboris maritandae radices.* H.

tutissima est. Altera, deflexa vite, vel palmite iuxta suam arborem, aut circa proximam coelibem. Quod supra terram est e matre, radi iubetur, ne fruticet. In terra non pauciores gemmae quatuor obruuntur ad radicem capiendam: extra in capite binae relinquuntur. Vitis in arbusto quatuor pedes in longo constat, omni sulco tres lato, alto duos cum semipede. Post annum propago inciditur ad medullam, ut paulatim radicibus suis assuescat: caulis a capite ad duas gemmas reciditur: tertio totus mergus abscinditur, reponiturque altius in terram, ne ex reciso frondeat. Tolli viviradix a vindemia protinus debet.

Nuper repertum, draconem serere iuxta arborem: 43
ita appellamus palmitem emeritum, pluribusque induratum annis. Hunc praecisum quam maxima amplitudine, tribus partibus longitudinis deraso cortice, quatenus obruatur (unde et rasilem vocant), deprimere sulco, reliqua parte ad arborem erecta: ocyssimum in vite. Si gracilis sit vitis aut terra, usitatum est quam proxime solum decidi, donec firmetur radix: sicut neque roscidam seri, neque a septemtrionis flatu. Vites Aquilonem spectare debent ipsae, palmites autem earum meridiem.

Non est festinandum ad putationem novellae: sed

Altera. Altera serendae vitis arbustivae ratio. H.

Caelibem. Cui maritata vitis nulla sit. Viduam infra vocat. H.

Vitis in arbusto. Viti in arbusto serendae sulcus paratur, in quatuor pedes longus, in tres altus, in dupondium et semissem latus, inquit Colum. lib. de Arb. cap. 16, ex quo corrigendus Plinii locus videtur, ac permutandae invicem latitudinis altitudinisque mensurae: nisi diversa caeli ac soli ratio habeatur. H.

Caulis. Palmes. H.

Sicut neque roscidam. Colum. lib. V, cap. 6: *Cavendum, ne aut septemtrionalibus ventis, aut rorulentae, sed siccae serantur.* H.

Non est festinandum. Colum. lib. V, cap. 6: *Proxima putatione melius existimat Celsus ferro abstineri, ipsosque caules in modum coronae contor-*

primo in circulos materies colligenda, nec nisi validae putatio admovenda: seriore fere anno ad fructum arbusta vite, quam iugata. Sunt qui omnino putari vetant, priusquam arborum longitudinem aequaverit. Prima falce sex pedes a terra recidatur, flagello infra relicto, et nasci coacto incurvatione materiae. Tres ei gemmae, non amplius, deputato supersint. Ex his emissi palmites proximo anno imis ingerantur scamnis, ac per singulos annos ad superiora scandant, relicto semper duramento in singulis tabulatis, et emissario uno, qui subeat usque quo placuerit. De caetero putatione omni, flagella quae proxime tulerunt, recidantur: nova circumcisis undique capreolis spargantur in tabulatis. Vernacula putatio deiectis per ramos vitium crinibus circumvestit arborem, cri-

tos, arbori circumdari, ut flexura materias profundat, quarum validissimum sequente anno caput vitis faciamus. Me autem longus docuit usus, multo utilius esse primo quoque tempore falcem vitibus admovere, etc. Celsum Columella deserit. H.

Quam iugata. Sic ex MSS. em. post Pintianum Hard. *Seriora fere anno ad fructum arbusta, quam vitis iugata.* Gr. et vulg. En P.

Tres ei. Columella, loc cit. *Materiam ferro coërcendam esse censeo, usque in alteram vel tertiam gemmam*, etc. H.

Ingerantur scamnis. Ita MSS. Reg. Colb. Chiffl. non *inferantur.* H.

Duramento. Duriore sarmento, quod duramentum et Col. vocat lib. IV, cap. 21; duramen, cap. 22; materiam lib. V, cap. 6: *Quum palmites primum tabulatum apprehenderint, proxima putatione disponetur vitis omnibus annis: alioqui in superius tabulatum excitabitur, relicta semper una materia, quae applicata trunco cacumen arboris spectet.* H.

Et emissario. Novello palmite, cui in putatione parcitur, ut subeat usque quo placuerit. H.

Qui subeat. Qui scandat. H.

Capreolis spargantur, etc. Ταῖς ἕλιξι, veluti vitium cincinnis. A capiendo dictos censet Varro, quod serpant ad capiendum locum ut teneant vitem. Probabile tamen a mollitie et teneritate sic vocato fuisse, quo modo Graeci tenellum quidvis μόσχον dicunt. Homerus μόσχον λόγον, unde Latinis *Mostum* aive *Mustum*, vinum, pomum, aetas, caseus, moustea. Sic ab ὄρχος fit hortus, ab ὄρνιχες, ὄρνιθες, χ in θ mutato. Scal. — *Capreolis. Capreolus*, inquit Varro de Re Rust. I, 31, *cauliculus est viteus intortus, ut cincinnus: is enim vites ut tencat serpit, ad locum capiundum: ex qua a capiendo capreolus dictus.* H.

Vernacula. Italica putatio ita pera-

nesque ipsos uvis: Gallica in traduces porrigitur: Aemiliae viae in radices atiniarum ambitu, frondem earum fugiens.

Est quorumdam imperitia sub ramo vitem vinculo 45
suspendendi. suffocante iniuria: contineri debet vimine, non arctari. Quin immo etiam quibus salices supersunt, molliore hoc vinculo facere malunt, herbaque, Siculi quam vocant ampelodesmon: Graecia vero universa iunco, cypero, ulva. Liberatam quoque vinculo per aliquot dies vagari, et inconditam spargi, atque in terra, quam per totum annum spectaverit, recumbere. Namque ut veterina a iugo, et canes a 46
cursu volutatio iuvat, ita tum et vitium porrigi lum-

gitur, ut per ramos immissis vitium palmitibus, omnis vite circumvestiatur arbos: atque ex ipsis deinde ramis uvae dependeant: Galli sic deputant, ut simul in traducea vitis deputata porrigatur: qui viam Aemiliam et Bononiensem agrum colunt, vitem circum radices ulmarum atiniarum alligant, frondibus earum applicare reformidant. De via Aemilia vide Strabonem lib. V. H.

Aemiliae viae in radices. Prius legebatur, obscura, vel potius nulla plane sententia: *Aemiliae viae in radicas, atinearum ambitu frondem earum fugiens.*. Colb. 3, *in radices atinearum*, quem ut sequeremur, et codicis ipsius auctoritas, et sententiae necessitas fecit. H. — *Aemilae viae in radices.* Ita male eruditus Harduinus e Colbert. 3, quanquam et sic legitur in editione principe. MSS. Reg. 1 et 2, *in ridicas.* Vites non possunt porrigi in radices arborum. Recte autem in via Aemilia agroque Bononiensi porrigebantur in ridicas, vel in truncos ambitumque atiniarum ulmarum: earum vero frondes vitabantur, ne uimis obumbrarent, et maturitati nocerent. Bart.

Suffocante iniuria. Sic ante paulo, hoc ipso capite *noxia iniuria* dixit. Eadem habet Colum. lib. IV, cap. 25: *Ne vinculum incidat, truncumque strangulet.* H.

Ampelodesmon. A liganda vite ei herbae nomen. Ἄμπελος vitis est, vinculum δεσμός. In Sicilia hodieque *Dis* vocari, auctor est Anguillara part. 12, pag. 214. H.

Ulva. Ulva, herba palustris est. Vax nota Virgilio, et aliis. H.

Quam per totum annum. Sic libri omnes, etiam MSS. Pelicerius tamen in notis marginalibus admonet, sibi videri vocem eam *annum* adiectam a sciolo quapiam: legi *per torum* oportere, hoc est, e cubili arboris requiescendo: allusionem videri *in terra*, et *per torum.* Toros a Columella lib. V, cap. 6, appellari partes eas vitis, quibus arbori applicatur. Iudicent periti. Hard.

Namque. Nam ut veterina *iumen-*

bos. Arbor quoque ipsa gaudet assiduo levata onere, similis respiranti. Nihilque est in opere naturae, quod non exemplo diernm noctiumque aliquas vices feriarum velit. Ob id protinus a vindemia putari, et lassas etiamnum fructu edito, improbatur. Putatae rursus alligentur alio loco: namque orbitas vinculi sentiunt,
47 vexatione non dubia. Traduces Gallica cultura bini utrimque lateribus, si pars quadrageno distet spatio: quaterni, si viceno: inter se obvii miscentur, alliganturque una conciliati, virgultorum comitatu obiter rigorati qua deficiant: aut si brevitas non patiatur ipsorum, adalligato protenduntur in viduam arborem unco. Traducem bimum praecidere solebant. Oneratis

ta, postquam liberata sunt a iugo, et canes *post cursum* voluptatio iuvat *in pulvere*, ita et vitium porrigi *palmites, quasi latera* et lumbos. H.

Nihilque est. Huc spectat illud Nasonis, Heroid. IV, vs. 89: *Quod caret alterna requie, durabile non est.*

Namque orbitas. In Colb. 3: *Namque orbita vinculi vexatio est non dubia.* Alii, *namque orbitam vinculi sentiunt, vexationem non dubiam.* Vide Colum. lib. V, cap. 6. H.

Gallica cultura. Vt quidem moris est in arbustis Galliae Transalpinae. Traduces sunt palmites ii qui ex una arbore, cui alligantur, deducti, cum palmitibus alterius arboris proximae connectuntur. H.

Si pars quadrageno. Si pedibus quadragenis arbores inter se dissideant: quod spatium arationi destinatur. Si vicenis tantum, traduces esse possunt quaterni; quoniam, ut superius dictum est, non ibi aratur. Hoc plane videtur esse quod ait Columell. lib. V, cap. 7, de arbusto Gallico: *Curatur ut novi traduces omnibus annis inter se ex arboribus proximis connectantur, et veteres decidantur. Si tradux traducem non contingit, media virga inter eas deligetur: quum deinde fructus pondere urgebit, subiectis adminiculis sustinebitur.* Hard. — *Si pars.* Gronov. aliique, *si pes.* Ed. P.

Quadrageno... viceno. Quadragenum pedum distantia pingui solo interponitur; cuius beneficio duae solae vites sic luxuriant, ut arbori vestiendae sufficiant. At macro tenuique solo vicenum pedum intervallum est, in quo minus ramosae frondosaeque vites ad arborem quatuor perducuntur. Dalec.

Rigorati. Rigidiores, *firmioresque* facti. Sic Colum. lib. IV, cap. 16: *Compluribus arundinum fasciculis connectuntur, ut rigorem habeant.* Idem lib. V, c. 7, quod *rigorari* Plinius, *adminiculis sustineri* dixit, ut proxime ante retulimus. H.

Adalligato... unco. Iunco fortassis sincerius fuerit: quum laudatus a nobis proxime Columella, virgam ad eosdem usus adhibeant. H.

Traducem bimum praecidere sole-

enim vetustate melius donare tempus, ut transilem faciant, si largiatur crassitudo: alias utile toros futuri draconis pasci.

Vnum etiamnum genus est medium inter hoc et 48
propaginem; totas supplantandi in terram vites, cuneisque findendi, et in sulcos plures simul ex una propagandi, gracilitate singularum firmata circumligatis hastilibus, nec recisis qui a lateribus excurrant pampinis. Novariensis agricola traducum turba non contentus, nec copia ramorum, impositis etiamnum patibulis palmites circumvolvit. Itaque praeter soli vitia, cultura quoque torva fiunt vina. Alia culpa 49
iuxta Vrbem Varracinis, quae alternis putantur annis: non quia id viti conducat, sed quia vilitate, reditum impendia exsuperant. Medium temperamentum in Carseolano sequuntur: cariosasque tantum vitis partes, incipientesque inarescere deputando, caeteris ad uvam relictis, detracto onere supervacuo, pro nutrimento omni est raritas vulneris. Sed nisi pingui solo talis cultura degenerat in labruscam.

Arbusta arari quam altissime desiderant, etsi tantum frumenti ratio non exigit. Pampinari ea non est uno-

baut. Sensus est: Traducem, id est, sarmentum traductioni destinatum in matre priusquam traducerent, bimum putabant, ut eo temporis spatio crassescerel satis, et in arborem transire possel, quod si bimus non adhuc satis validus aut crassus forel, longius dilatata putatione, eius toros, id est, robur et firmitatem pascebant, et augebant priusquam traducerent. Dal.

Vt transilem. Vt deduci commode in vicinam arborem possit. H.

Si largiatur. Broterius ex MSS. Reg. 1 et 2, *ni largiatur*, et consentit Chifll. Ed. P.

Toros. Crassitiem ac robur.

Iter hoc. Inter traducem et propaginem. H.

Pampinis. Palmitibus. H.

Varracinis. Ita MSS. At rectius forsan *Tarracinis*, ab urbe Tarracina, de quâ lib. III in Geographicis, vel *Marracinis* potius in quarta Italiae regione positis, in qua et Carseolani. De utrisque egimus lib. III, c. 17. Hadn.

In Carseolano. Broterius ex MSS. Regg. et editione principe, *Carsulano*. Ed. P.

Etsi tantum frumenti ratio non

ris: et hoc compendium operae. Deputantur cum vite pariter interlucata densitate ramorum qui sint supervacui, et absumant alimenta. Plagas ad septemtriones, aut ad meridiem spectare vetuimus: melius, si neque in occasus solis. Diu dolent talia quoque hulcera, et difficile sanescunt, algendo nimis, aestuandove. Non eadem in vite, quae in arbustis, libertas: quoniam certa latera est facilius abscondere, et detorquere, quo velis, plagas. In arborum tonsura supiniore velut calices faciendi, ne consistat humor.

XXXVI. Viti adminicula addenda, quae scandat apprehensa, si maiora sint. (XXIV.) Vitium generosarum pergulas Quinquatribus putandas, et quarum servare uvas libeat, decrescente luna tradunt. Quae vero interlunio sint putatae nullis animalium obnoxias esse. Alia ratione plena luna noctu tondendas, quum sit ea in Leone, Scorpione, Sagittario, Tauro:

exigit. Antiquum exemplar: *Tanta etsi frumenti rationem non exigit.* Scribo, *Tametsi frumenti ratio non exigit.* Pint.— *Etsi tantum.* Etsi frumentum, quo interseritur, tam alte arari non postulat. H. — Broterius post Pintianum, *tametsi frumenti ratio.* Ed. P.

Interlucata. Praecisis ramis, qui ob nimiam densitatem lumini officiunt. De ea voce egimus c. 19. H.

Plagas ... vetuimus. Libri huius c. 16: *Plerique id demum cavent, ut plaga deputati cacuminis meridiem spectet, ignari fissuris nimii vaporis opponi. Id quidem in horam diei quintam vel octavam spectare maluerim.* Vide et c. 7. H.

Non eadem in vite. In vinea, sive pedata, sive per se stante. H.

Quoniam certa latera. Quoniam infirmiora vitium latera in arbustis facile est abscondere, et plagas ab aestu et algore, obiectu frondium, sub quibus eae detorquentur, defendere. Hard.

Tonsura supiniore. Infra cap. 37: *Vitibus in supinum excisis.* Sic tonderi arborem iubet, ut quum tonsura ramorum, sive caesura, supina sit, hoc est, ita ut caelum spectet, sic falcis cultrive sinu plaga rursum retrahatur, ut cava quodam modo sit: ita enim decidens imber per illud cavum facilius elabetur. *Nam si transversa foret cicatrix*, ut ait Colum. lib. IV, cap. 9, *superincidentem caelestem aquam contineret.* H.

XXXVI. *Pergulas.* *Les treilles.* Vide quae diximus lib. XIV, c. 3. H.

Quinquatribus. Feriae sunt Palladi sacrae, de quibus dicetur lib. XVIII, c. 56. Hard.

atque in totum serendas plena, aut crescente utique, censent. Sufficiunt in Italia cultores deni in centena iugera vinearum.

XXXVII. At abunde satu cultuque arborum tractato, quoniam de palmis ac cytiso in peregrinis arboribus affatim diximus, ne quid desit, indicanda reliqua natura sit magnopere pertinens ad omnia ea. Infestantur namque et arbores morbis. Quid enim genitum caret his malis? Et silvestrium quidem perniciosos negant esse, vexarique tantum grandine in germinatione aut flore. Aduri quoque fervore, aut flatu frigidiore, praepostero die: quoniam suo frigora etiam prosunt, ut diximus. Quid ergo? non et vites algore intereunt? Hoc quidem est, quo deprehendatur soli vitium, quoniam non evenit nisi in frigido. Itaque per

XXXVII. *De palmis ac cytiso.* De palmis quidem lib. XIII, cap. 6; de cytiso, eiusdem libri c. 47. H.

Infestantur. Prodita haec à Theophrasto, Hist. IV, cap. 16, totidem verbis: Νοσήματα δὲ τοῖς μὲν ἀγρίοις οὐ φασὶ ξυμβαίνειν, ὑφ' ὧν ἀναιροῦνται. Φαύλως δὲ διατίθεσθαι, καὶ μάλιστα ἐπιδήλως, ὅταν χαλαζοκοπηθῇ, ἢ βλαστάνειν μέλλοντα, ἢ ἀρχόμενα, ἢ ἀνθοῦντα. Καὶ ὅταν ἢ πνεῦμα ψυχρὸν, ἢ θερμὸν ἐπιγένηται κατὰ τούτους τοὺς καιρούς. Ὑπὸ δὲ τῶν ὡραίων χειμώνων, οὐδ' ἂν ὑπερβάλλοντες ὦσιν, οὐδὲν πάσχειν, ἀλλὰ καὶ ξυμφέρειν, etc. *Morbos silvestribus negant accidere, quibus intereant: tamen eas quoque male affici niunt: ac praecipue, quum vel paulo post germinaturaq, vel germinare incipientes, vel florentes, grandine vexantur: quumque flatus frigidior aut aestuosior his iisdem temporibus successerit: tempestiva autem hieme, nec si violentior fuerit, quidquam laedi: sed omnibus algorem prodesse volunt*, etc. H.

Quoniam suo. Suo die ac tempore. Theophrast. ἀλλὰ καὶ ξυμφέρειν πᾶσι χειμασθῆναι· μὴ χειμασθέντα γὰρ, κακοβλαστότερα γίνεσθαι. *Omnibus algor prodest: quippe nisi alserit, deterius germinant.* In quibusdam MSS. *praepostero die quam suo. Frigora etiam obsunt, ut diximus*, nempe cap. 35, ubi de putatione vinearum. Sed frustra: nam et prosunt, ut dictum est cap. 2, qui locus a Plinio nunc spectatur. H.

Itaque per hiemes. Hunc locum codex unus MSS. sic exhibet: *Ita per hiemes caeli rigorem probamus. Non solum enim infirmissimae*, etc. Sed adstipulantur caeteri vulgatis ad hunc diem libris: et recte. Est enim haec istius loci sententia: soli, hoc est, terrae vitio evenire, ut vites algore intereant: neque enim id accidit, nisi in frigido solo. Itaque per

hiemes caeli rigorem probamus, non soli. Nec infirmissimae arbores gelu periclitantur, sed maximae: vexatisque ita cacumina prima inarescunt, quoniam praestrictus gelu non potuit eo pervenire humor.

3 Arborum quidam communes morbi, quidam privati generum. Communis vermiculatio est, sideratio, ac dolor membrorum, unde partium debilitas: societate nominum quoque cum hominum miseriis. Trunca dicimus certe corpora, et oculos germinum exustos, ac multa simili sorte. Itaque laborant et fame, et cruditate, quae fiunt humoris quantitate. Aliquae vero et obesitate: ut omnia quae resinam ferunt, nimia pinguitudine in tedam mutantur: et quum radices quoque

hiemem, inquit, caeli rigorem optamus et probamus: soli vitium seu frigus improbandum damnandumque est. Nec vero infirmissimae arbores. Hard.

Pervenire humor. Seu medulla illa vitalis, quae ab radice serpit ad cacumen, totique arbori praebet alimentum. H.

Arborum quidam. Theophrast. l. c. Ταῖς δὲ ἡμέραις ἐστὶ πλείω νοσήματα. Καὶ τὰ μὲν, ὥσπερ κοινὰ πᾶσιν ἢ τοῖς πλείστοις· τὰ δὲ ἴδια καὶ κατὰ γένη κοινά. *Urbanis arboribus morbi plures eveniunt: alii omnibus quasi communes, aut pluribus: alii privati, per genera arborum.* Sic et de Caus. lib. V, c. 9, p. 334, seq. H.

Communis, etc. Morbus hic tergeminus Theophr. Hist. lib. IV, c. 16, et de Caus. lib. V, c. 10: σκωλήκωσις vermiculatio, ἀστροβόλησις sideratio, σφακελισμὸς dolor membrorum cum partium debilitate. H.

Trunca dicimus certe, etc. Ab animalium, et hominum comparatione. Dalec.

Oculos... exustos. Frigore hebetatos dixit c. 35, ubi de putatione vitium, et caeli vitio exustos. H.

Et cruditate. Caloris inopia, non probe percocto humore. In MSS. quibusdam, et *nuditate*: male. Theoph. de Caus. lib. V, cap. 14: δι' ἀπεψίαν, *cruditate.* Et c. seq. Ἀτρόφεῖ γὰρ τὸ μὴ κρατοῦν, μηδὲ πέπτον. *Fame laboret arcesse est, quod pabulum evincere nequit, et concoquere.* H.

Et obesitate. Theophr. de Caus. l. V, cap. 15, pag. 340: δι' εὐτροφίαν, καὶ δι' ὑπερβολὴν, nutritionis abundantia et excessu; affertque exemplum idem de resiniferis arboribus, quae in tedam mutantur, ut diximus lib. XVI, c. 19. Hard.

Et quum radices. Vt in ficu, Theophr. lib. de Caus. cap. 12: Τῇ δὲ συκῇ νόσημά τι συμβαίνει περὶ τὰς ῥίζας, ὃ καλοῦσι λοπάδα· τοῦτο δ' οἷον μύδησίς τις ἐστι τῶν ῥιζῶν, καὶ μικρὸν ἐπάνω, διὰ τὴν πολυῤῥοίαν. *Ficus morbum quemdam et in radicibus, ac paulo supra radices sentit, quod vocant pinguescere: qui certe*

pinguescere coepere, intereunt, ut animalia, nimio adipe: aliquando et pestilentia per genera, sicut inter homines, nunc servitia, nunc plebs urbana, vel rustica.

Vermiculantur magis minusve quaedam, omnes tamen fere: idque aves cavi corticis sono experiuntur. Iam quidem et hoc in luxuria esse coepit: praegrandesque roborum delicatiore sunt in cibo: cossos vocant: atque etiam farina saginati, hi quoque altiles fiunt. Maxime autem arborum hoc sentiunt piri, mali, fici: minus, quae amarae sunt et odoratae. Eorum qui in ficis exsistunt, alii nascuntur ex ipsis: alios 4

morbus ex nimietate humoris solet accidere. Et Hist. lib. IV, cap. 16: Καὶ ἐὰν ἰπομβρία γένηται, τά γε πρὸς τὴν ῥίζαν ὥσπερ μυδᾷ. *Ac si nimii imbres fuerint, quae sunt ad radicem, quasi humectantur: hoc autem vocant pinguescere:* τοῦτο δὲ καλοῦσι λοπάδα vel λιπᾶν. Hard.

Vermiculantur. Vermibus infestantur, quos in cortice generant. Haec Theophr. Histor. lib. IV, cap. 16: *Απαντα γὰρ ὡς εἰπεῖν καὶ σκώληκας ἔχει· πλὴν τα μὲν ἐλάττους, τὰ δὲ πλείους, καθάπερ συκῆ, μηλέα, καὶ απιος. Omnes enim fere veraces etiam gignunt: sed quaedam pauciores, quaedam plures: ut ficus, malus, pirus.* Hard.

Idque aves. Maxime vero picâ Martii, ut diximus lib. X, cap. 20. Hard.

Iam quidem et hoc. Hoc cibi genus luxuria excogitavit. H.

Praegrandesque roborum, etc. Hieronymus contra Iovinianum scribit in Ponto et Phrygia luxuriam esse, τὸ ξυλοφάγιον, nimirum cossos e ligno natos. A cossis rugosis vermibus dicti Cossinii et Cossuliani. Dat.

Cossos vocant. Plinius ipse lib. XI, cap. 38: *Nec enim cossi tantum in eo*, etc. Festus quoque: *Cossi ab antiquis dicebantur natura rugosi corporis homines, e similitudine vermium ligno editorum, qui cossi appellantur.* Idem cosses Plinio lib. XXX, cap. 39. H. — *Cossos vocant.* MSS. Reg. et editio princeps *cosses.* Nunc quoque sunt grandes vermes cum pedibus, qui in truncis arborum reperiuntur, lignumque arrodunt, et vocantur *moutone.* Ii delicatiore in cibo habentur, tum apud nigros, tum apud albos insulae Franciae, *l'île de France*, incolas. Tanta est et luxuriae, et inopiae etiam in saporibus societas. Bror.

Maxime autem... odoratae. Totidem verbis hoc Theophr. l. c. et de Caus. lib. V, cap. 11. H.

Eorum qui in ficis exsistunt, alii nascuntur ex ipsis: alios parit, qui vocatur cerastes, etc. De his egimus l. XVI, cap. 80. Exstant haec totidem verbis apud Theophr. lib. IV, cap. 16: Τῶν δὲ σκωλήκων τῶν ἐν ταῖς συκαῖς, οἱ μὲν ἐξ αὐτῆς γίνονται, οἱ δὲ ἐντίκτονται ὑπὸ τοῦ καλουμένου κεράστου· πάντες δὲ εἰς κεράστην

parit, qui vocatur cerastes: omnes tamen in cerasten figurantur, sonumque edunt parvuli stridoris. Et sorbus arbor infestatur vermiculis rufis et pilosis, atque ita emoritur. Mespilus quoque in senecta obnoxia ei morbo est.

5 Sideratio tota e caelo constat. Quapropter et grando in his causis intelligi debet: et carbunculatio, et quod pruinarum iniuria evenit. Haec enim verno tepore invitatis, et erumpere audentibus satis mollibus insidens, adurit lactescentes germinum oculos, quod in flore carbunculum vocant. Pruinae perniciosior natura, quoniam lapsa persidet, gelatque, ac ne aura quidem ulla depellitur, quia non fit nisi immoto aëre et sereno. Proprium tamen siderationis est, sub ortu Canis siccitatum vapor, quum insitae ac novellae ar-

ἀποκαθίστανται· φθέγγονται δὲ οἷον τρισμόν. Cerastes itaque vermis in ficu est. Est et serpens eius nominis, de quo nos lib. VIII egimus. H.

Et sorbus. Pallad. lib. II in Ian. tit. 15, de sorbo: *Si vermes patietur infestos, qui in ea rufi ac pilosi solent medullae interna sectari, aliquos ex his sine arboris iniuria detractos, vicino crementis incendio: creduntur hoc genere vel fugere, vel interire.* Theoph. quoque Hist. lib. III, cap. 12. H.

Mespilus. Pallad. lib. IV in Mart. cap. de mespilo: *Si vermibus mespilus occupatur, stylo aereo purgandi sunt, et amurca vel humana vetere urina*, etc. Adde et Theophr. l. c. H.

Sideratio. Morbus arborum afflatarum sidere, quocumque id modo acciderit. Hard.

Carbunculatio. Arborum morbus est, quem vulgari sermone pruinam vocamus: quum flores adussit, carbunculum Latini dixere. *De la bruine.* Haso.

Haec enim verno, etc. Carbunculatio, καῦσις. Dal.

Lactescentes. Lacteo succo turgentes germinum oculos adurit, quod quidem vitium quum florem exussit, carbunculus dicitur. H.

Pruinae. Haec e rore gelido nascitur, a perurendo, quasi perurina dicta, quod fruges perurat: quo genere viles alternis ferme annis in Gallia vitiantur. *La gelée: gelée blanche.* Hard.

Proprium tamen. Haec totidem verbis Theophr. de Caus. lib. V, c. 10, pag. 335. H.

Sub ortu Canis. Ita MSS. Theophr. ὑπὸ ἄστρον. H.

Siccitatum vapor. Sic laesas arbores ἀστροβλητα δένδρα, καὶ σφακελίζοντα Graeci vocant: quoniam, ut inquit Aristot. lib. de Iuvent. et Senect. τοῦ θέρους ἰσχυρὰ γίνεται καύματα, καὶ μὴ δύνατας τὸ σπώμενον ἐκ γῆς ὑγρὸν καταψύχειν· δι ὁ φθείρεται μαραινόμενον τὸ θερμόν, καὶ λέγεται

bores moriuntur, praecipue ficus, et vites. Olea praeter vermiculationem, quam aeque ac ficus sentit, clavum etiam patitur, sive fungum placet dici, vel patellam. Haec est solis exustio. Nocere tradit Cato et muscum rubrum. Nocet plerumque vitibus atque oleis et nimia fertilitas. Scabies communis omnium est. Impetigo, et quae adnasci solent, cochleae, peculiaria ficorum vitia: nec ubique: sunt enim quaedam aegritudines et locorum.

Verum ut homini nervorum cruciatus, sic et arbori, ac duobus aeque modis. Aut enim in pedes, hoc est, radices, irrumpit vis morbi: aut in articulos, hoc est, caeuminum digitos, qui longissime a toto corpore exeunt. Inarescunt ergo: et sunt apud Graecos sua nomina utrique vitio. Vndique primo dolor, 7

σφακελίζειν, καὶ ἀστρόβλητα γίνεσθαι τὰ δένδρα. Theophr. id fieri tradit, δι' ἀσθένειαν, ὅταν ἡ γῆ ξηρανθῇ, καὶ μὴ ἔχωσιν ἕλκειν ὑγρότητα. Brod. lib. V, cap. 20. Dal.

Olea praeter. Haec Theophr. Hist. lib IV, cap. 16: Ἡ δὲ ἐλαία πρὸς τῷ τοὺς σκώληκας ἔχειν (οἱ δὴ καὶ τὴν ῥίζαν διαφθείρουσιν ἐντίκτοντες), φύει καὶ ἧλον, οἱ δὲ μύκητα καλοῦσιν, ἔνιοι δὲ λοπάδα· τοῦτο δ' ἐστὶν οἷον ἡλίου καῦσις. H.

Nocere tradit Cato, etc. Eo quem diximus loco ad lib. XV. Tradit et Columella lib. V, cap. 9: *Plerumque etiam locis siccis et humidis arbores musco infestantur: quem nisi ferramento resecueris, neo fructum, neo laetum frondem olea inducet.* H.

Nocet. Theophr. Hist. lib. IV, c. 16: Haro.

Impetigo... et locorum. Haec omnia Theophr. loc. cit. Ἡ δὲ ψώρα καὶ οἱ προσφυόμενοι κοχλίαι, συκῆς εἰσιν· οὐ πανταχοῦ καὶ τοῦτο συμβαίνει ταῖς συκαῖς· ἀλλ' ἔοικε καὶ τὰ νοσήματα γίνεσθαι κατὰ τοὺς τόπους, ὥσπερ τοῖς ζώοις. Est autem ψώρα Graecis scabies, ab impetigine haud multum discrepans: corticis nimirum aspera scabrities, imbris rorisque putrescentis contactu excitata. H.

Verum ut homini. Nunc quid sit σφακελισμός, seu dolor membrorum, aperit, Theophrasti verbis, l. c. plane congruenter. Hard.

Aut enim in pedes. Σφακελισμός dicitur, quum pedes, seu radices nigrescunt. Κράδος, quum in articulos, hoc est, in ramos, vis morbi erupit, inque denigrantur. Καλεῖται δὲ σφακελισμὸς μέν, ὅταν αἱ ῥίζαι μελανθῶσι· κράδος δέ, ὅταν οἱ κλάδοι. Theophr. loc. citat. qui et illud adiungit, κλάδους appellari ficulneos ramos: unde et graecum huic morbo nomen. H.

Irrumpit. Sic ex MSS. em. Hard. cons. MS. Gr. et Al. *erumpit.*

Inarescunt. Ac postea nigrescunt, ὅταν μελανθῶσι, Theophr. H.

mox et macies earum partium fragilis, postremo tabes, morsque, non intrante succo, aut non perveniente: maximeque id fici sentiunt. Caprificus omnibus immunis est, quae adhuc diximus. Scabies gignitur roribus lentis post Vergilias. Nam si rariores fuere, perfundunt arborem, non scalpunt scabie. Et grossi

Tabes, morsque. Sic restituimus, pro *tabes morbusque*, tum auctoritate codicum Reg. 2, Colb. Chifflet. etc. tum ipso admoneote Plinio, qui eadem plaoe sententia de vite dixit c. 35, *eiunoescit ac moritur.* H.

Aut non proveniente. Vsque ad cacumen arboris et ramorum, digitorumque cacumioa. H.

Caprificus. Neque σφακελισμῷ iofestatur, neque κράδῳ, neque scabie, nec deoique radicibus verniculatur. Theophr. Hist. lib. IV, cap. 16; de Caus. lib. V, cap. 11. H.

Scabies. Theoph. Hist. lib. IV, cap. 16. Hard.

Post Vergilias. Nempe post earum ortum Theophrast. Oriuntur autem Varroni, lib. I, cap. 28, quadragesimo quarto die post aequinoctium vernum, id est, ad vigesimum quintum diem aprilis. Dal.

Nam si rariores. Si rariores, inquit, fuere rores, arborem totam scabie perfundunt ac vitiant, oon eluunt. Eleganter autem Plinius, quum arboris elui scabiem significare vellet, arborem scabie scalpi dixit, quod scalpendo scabies detrahi de corporibus solet. Hactenus legebatur: *Caeterum si eadunt, sive imbres nimii fuere, alio modo*, etc. Plaoe insulse. Locum miseris modis vitiatum Pintianus exclamat, atque ita refingere nititur, ex Theophrasto: *Nam si rariores fuere, perfundunt arborem scabie. Caeterum si eadunt imbres nimii, eluunt rorem aut scalpunt.* Dalec.: *Nam si largiores fuere*, etc. tunc eoim, inquit, Plinii sequentia verba interpretans, eluunt causam scabiei, non vitiant. Hoc vero est Plinii contextum integerrimum praepostera emendatione depravare, et nihilo meliore interpretatione corrumpere. In MSS. Reg. 1, 2, Colb. etc. coostantissime legitur: *Nam si radices fuere, perfundunt arborem, non scalpunt scabie et rossi eadunt*, etc. Vode nos et sinceram lectiooem postremae partis eruimus, et interpretatione, ut remur, sincera priorem fulsimus. De grossis certe, seu ficis, hic esse sermonem, admonente Theophrast. didicimus, totum id tradeote, Hist. lib. IV, c. 16: Ἡ δὲ ψώρα μάλιστα γίνεται, ὅταν ὕδωρ ἐπὶ πλειόνι μένηται μὴ πολύ. Ἐὰν δὲ πολύ, ἀποκλύζεται. Συμβαίνει δὲ τότε καὶ τὰ ἐρινὰ ἀπορρεῖν, καὶ τοὺς ὀλύνθους. *Scabies potissimum gignitur, quum aquae parum post Vergilias ineesserit: nam si multum fuerit, causa contrahendae scabiei omnis abluitur: et accidit tunc, ut et caprificus et grossi decidant.* Hard.

Et grossi eadunt, si vel imbres nimii fuere. Groo. et Al. *eacterum si eadunt, sive imbres nimii fuere, alio modo.* Ed. P.

cadunt, si vel imbres nimii fuere. Alio modo ficus laborat radicibus madidis.

Vitibus praeter vermiculationem et sideration em 8
morbus peculiaris articulatio, tribus de causis; una, vi tempestatum germinibus ablatis: altera, ut notavit Theophrastus, in supinum excisis: tertia, culturae imperitia laesis. Omnes enim earum iniuriae in articulis sentiuntur. Siderationis genus est in his deflorescentibus, roratio: aut quum acini, priusquam crescant, decoquuntur in callum. Aegrotant et quum al-

Alio modo. Vel alio morbo, qui ad radices pertinet: non ad ramos. Diversum hunc esse morbum putamus ab eo, quo radices pinguescere incipiunt, ut Plinius superius annutavit, cum Theophr. de Caus. lib. V, cap. 12, et Hist. lib. IV, cap. 16. Hard.

Vitibus praeter. Theophrast. lib. IV, cap. 16. Hard.

Articulatio. Ab articulis, hoc est, palmitum nodis, in quibus haec potissimum tergemina sentitur iniuria, ut mox Plinius asseverat, nomen is morbus habet. Inde evenit, ut fructu vites careant, fronde luxurient, et uti Palladius loquitur in Novembri, cap. 9, *pauperiem fetuum compensent ubertate foliorum.* Auctor. Geopon. l. V, c. 13, ὑλομανεῖν morbum huoc vocat. Theophrast. Hist. lib IV, c. 16, ἡ δὲ ἄμπελος τραγᾷ, *vitis hirculatur.* Vude hirculationem pro articulatione legi hoc loco Turnebus voluit, in explicatione iocorum Cicer. sed frustra. Hard.

In supinum excisis. Subintellige vitibus, seu palmitibus, qui vitium articuli. Theophrast. verba haec aunl, loc. citat. Η δὲ ἄμπελος τραγᾷ... ἢ ὅταν ὑπὸ πνευμάτων βλαστοκοπηθῇ, ἢ ὅταν τῇ ἐργασίᾳ συμπέσῃ ἢ τρίτον ὑπτία τμηθῇ. Hard.

In articulis. In nodis palmitum, unde gemma erumpit, Tullius de Senectute, num. 53: *Incunte vere in vitibus existit, tamquam ad articulos sarmentorum ea quae gemma dicitur.* Hard.

Roratio. Quoties uva deflorescente ros frigidior acinos infestarit: tunc enim hi defluunt: ὥστε ἀπορρεῖν τὰς ῥᾶγας, inquit Theophr. loc. cit. Vulgus nostrum vocat *coulure; la vigne coule.* Hard.

Decoquuntur. Durescunt, strigosique fiunt et exiles. Libro seq. cap. 69, caloris nimii vitio *praecoqui in callum acinis* ait: nempe nimio solis vapore. Rura nostra hoc morbi genus in vite vocant *rôtissure*, quod uvae tum torreantur. Theophrast. de Caus. lib. V, cap. 13, κράμβος. H.

Aegrotant, etc. Theophrast. iisdem verbis Hist. l. IV, cap. 16: Ενια δὲ καὶ ῥιγώσαντα νοσεῖ, καθάπερ ἡ ἄμπελος· ἀμβλοῦνται γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ τῆς πρωτοτόμου. καὶ πάλιν ὑποθερμανθέντα· ζητεῖ γὰρ καὶ τούτων τὴν συμμετρίαν, ὥσπερ καὶ τῆς τροφῆς. Ολως δὲ πᾶν τὸ παρὰ φύσιν ἐπεκύ-

6 sere, laesis uredine attonsarum oculis. Et calore hoc evenit intempestivo: quoniam omnia modo constant, certoque temperamento. Fiunt et culpa vites colentium, quum praestringuntur, ut dictum est: aut circumfossor iniurioso ictu verberavit: vel etiam subarator imprudens luxavit radices, corpusve desquamavit. Est et quaedam contusio falcis hebetioris. Quibus omnibus causis difficilius tolerant frigora aut aestus: quoniam in hulcus penetrat omnis a foris iniuria. Infirmissima vero malus, maximeque quae dulcis est. Quibusdam debilitas sterilitatem, non necem, affert: ut si quis pino cacumen auferat, vel palmae: steri-

δυνον. Vide de Caus. V, c. 13, pag. 338. Hard.

Laesis uredine attonsarum oculis. Gemmis frigore ac gelu perustis. H.

Fiunt et culpa. Morbi vitium scilicet. Theophrast. Hist. lib. IV, cap. 16: Μεγάλα δὲ ξυμβάλλεται καὶ τὰ τραύματα, ἢ καὶ αἱ πληγαὶ τῶν περισκαπτόντων, εἰς τὸ μὴ φέρειν τὰς μεταβολάς, ἢ καυμάτων, ἢ χειμώνων· ἀσθενὲς γὰρ ὂν διὰ τὴν ἕλκωσιν καὶ τὸν πόνον, εὐχειρότατόν ἐστι ταῖς ὑπερβολαῖς. *Vulnera quoque ictus circumfodientium magnopere faciunt, ut mutationes aestuum, vel frigorum minime tolerentur: quum enim propter hulcus et laborem debile fiat, facillime ab excessu caloris frigoris que devincitur.* Hard.

Quum praestringuntur. Quum palmes excaecatur, ablatis supina falce oculis, ut dictum est c. 35. H.

Desquamavit. Corticem a corpore vi detraxit. Hard.

Est et quaedam. Recte Columell. l. IV, cap. 24: *Super caetera illud etiam censemus, ut duris tenuissimisque et acutissimis ferramentis totum istud opus exsequamur. Obtusa enim et hebes, et mollis falx putatorem moratur, eoque minus operis efficit, et plus laboris affert vinitori. Nam si curvatur acies, quod accidit molli; sive tardius penetrat, quod evenit in retuso et crasso ferramento, maiore nisu opus est. Tum etiam plagae asperae atque inaequales, vites laceranti: neque enim uno, sed saepius repetito ictu res transigitur. Quo plerumque fit, ut, quod praecidi debeat, perfringatur: et sic vitis laniata scabrataque putrescat humoribus, nec plagae consanentur.* H.

Infirmissima. Theophrastus, lib. IV, cap. 16: Ἀσθενέστατον ἡ μηλέα ἡ ἡρινή, καὶ τούτων ἡ γλυκεῖα. H.

Vt si quis pino. Hoc etiam Theophrast. loc. cit. de picea, quam ipse πίτυν vocat: Ἐάν τις τῆς πίτυος ἀγέλῃ τὸ ἄκρον, ἢ τοῦ φοίνικος. In palma porro cacumen intellige, trunci cacumen, in quo cerebrum est: huius enim decacuminatio integra quidem necem affert, ut dictum est l. XIII, cap. 9, mutilatio levis, sterilitatem. Theophrast. loc. cit. et de Caus. lib. V, c. 24. H.

lescunt enim, nec moriuntur. Aegrotant aliquando et 10
poma ipsa per se sine arbore, si necessariis temporibus imbres, aut tepores, vel afflatus defuere, aut contra abundavere: decidunt enim, aut deteriora fiunt. Pessimum est inter omnia, quum deflorescentem vitem et oleam percussit imber, quoniam simul defluit fructus.

Sunt ex eadem causa nascentes et erucae, dirum 14
animal, eroduntque frondem, aliae florem, olivarum quoque, ut in Mileto: ac depastam arborem turpi facie relinquunt. Nascitur hoc malum tepore humido, et lento. Fit aliud ex eodem, si sol acrior insequutus inussit ipsum vitium, ideoque mutavit. Est etiamnum

Aegrotant aliquando. Theophrast. loc. cit. iisdem verbis. H.

Pessimum est. Theophrastus, loc. cit. et de Caus. lib. V, cap. 14. H.

Sunt ex eadem. Theophrastus, ll. cc. Erucae, κάμπαι, *chenilles.* H.

Aliae florem. Hoc est, diversi generis erucae. Theophrast Historiar. lib. IV, cap. 16: Ἐν Μιλήτῳ δὲ τὰς ἐλαίας, ὅταν ὦσι περὶ τὸ ἀνθεῖν, κάμπαι κατεσθίουσιν, αἱ μὲν τὰ φύλλα, αἱ δὲ τὰ ἄνθη, ἕτεραι τῷ γένει, καὶ ψιλοῦσι τὰ δένδρα. H.

Tepore humido. Austrino tempore, madido quidem, sed et eodem tepido: ὅταν ᾖ νότια καὶ τὰ εὐδιεινά. Theophrast. Hist. lib. IV, cap. 16 H.

Fit aliud ex eodem, etc. Hic significari puto κράμβον uvarum, id est morbosam et vitiosam duritiem, de qua Theophr. de Caus. lib. V, cap. 13: Τὰ δὲ τῶν καρπῶν, οἷον τῶν μὲν βοτρύων ὁ καλούμενος κράμβος, τοῦτο δ' ὅμοιον τῇ ἐρυσίβῃ· γίνεται γὰρ ὅταν ὑπούσης ὑγρότητος μετὰ τὰς ψεκάδας ἐπικαύσῃ σφοδρότερον ὁ ἥλιος, etc. Id est, *Fructuum quoque morbi sunt, ut racemorum Crambus, rubigini similis. Fitis, quum post imbris guttas acrior sol insequutus exurit,* etc. Dal. — *Fit aliud ex eodem.* Ea eodem tepore humido aliud malum gignitur, quum sol acrior consequutus ipsas erucas inusserit, et immutarit. Theophr. Hist. l. IV, c. 16, ubi de erucis: Γίνονται δὲ ὅταν ᾖ νότια καὶ τὰ εὐδιεινά. Ἐὰν δὲ ἐπιλάβῃ καύματα, ῥήγνυνται. *Nascuntur tempore austrino et tepido: et si sol acrior sit insequutus, rumpuntur.* Sic vero ruptae, alia iam ratione arbores ac fructus infestant, fitque vitium aliud haud levius priore. Non est huius loci κράμβος; Theophr. de Caus. lib. V, cap. 13. H.

Si sol acrior insequutus inussit, etc. Sol acrior urit erucas. Tunc enim, teste Theophrasto, loc. cit disrumpuntur, et pereunt. At mutatum tantummodo est vitium. Putrescentes enim erucarum phalanges quidquid germinationis reliquum erat in vitibus calida tabe quandoque consumpsere; ut ipsa experientia Rezzonicum docuit. Bacr.

peculiare olivis et vitibus (araneum vocant), quum veluti telae involvunt fructum, et absumunt. Adurunt et flatus quidam eas maxime, sed et alios fru-
42 ctus. Vermiculationem et poma ipsa per se quibusdam annis sentiunt, mala, pira, mespila, punica. In oliva ancipiti eventu, quando sub cute nati fructum adimunt: augent, si in ipso nucleo fuere erodentes eum. Gigni illos prohibent pluviae, quae fiunt post Arcturum: eaedem si Austrinae fuere, generant, in drupis quoque, quae maturescentes tum sunt praecipue caducae. Id riguis magis evenit, etiamsi non cecidere, fastidiendis. Sunt et culicum genera aliquibus molesta, ut glandibus, fico, qui videntur ex humore nasci, tunc dulci subdito corticibus. Et aegrotatio quidem fere in his est.

Araneum vocant. Hoc est, telam araneae similem. Τὸ ἀράχνιον, Theophrast. loc. cit. et Hist. lib. IV, cap. 17. Hard.

Adurunt et flatus quidam eas maxime, sed et alios fr. Calidi videlicet venti, et aestivi. Theophrast Hist. l. IV, cap. 17: Επικαύει δὲ καὶ καύματά τινα, καὶ ἐλαίαν, καὶ βότρυν, καὶ ἄλλους καρπούς. Hard.

Vermiculationem. Theophrast loc. cit. Hard.

Quando sub cute nati. Hoc est, sub pellicula, quae fructum circumvestit. Theophrast. de Caus. lib. V, cap. 13: Ἐὰν μὲν ὑπὸ τὸ δέρμα γένωνται, διαφθείρουσιν· ἐξεσθίουσι γάρ· ἐὰν δὲ ὑπὸ τὸν πύρηνα διαφύγωσιν, ὠφελοῦσιν. Prius hic legebatur, *quando subeunt nati.* H.

Gigni illos. Qui nempe sub cute
43 gignuntur, ut ex Theophrasto liquet mox laudando. H.

Post Arcturum. Post Arcturi ortum, de quo lib. XVIII, cap. 74. Sic paulo ante post Vergilias dixit. Theophrast. loc citat. Κωλύονται δ' ὑπὸ τῶν πνευμάτων εἶναι, ἢ ὑδάτων ἐπ' Ἀρκτούρῳ γενομένων. Et Histor. lib. IV, cap. 17: Κωλύεται δὲ ὑπὸ τῷ δέρματι εἶναι, ὕδατος ἀπ' Ἀρκτούρου γενομένου. H.

In drupis quoque. Theophrast. loc. cit De drupis egimus lib. XV, cap 2. Hard.

Id riguis. Theophrast. Histor. lib. IV, cap. 17. H

Sunt et culicum. Theophrast. loc. cit. Εγγίνονται δὲ καὶ κώνωπες ἔν τισι τῶν δένδρων, ὥσπερ ἐν τῇ δρυΐ, καὶ τῇ συκῇ, καὶ δοκοῦσιν ἐκ τῆς ὑγρότητος συνίστασθαι τῆς ὑπὸ τὸν φλοιὸν συνισταμένης· αὕτη δέ ἐστι γλυκεῖα γενομένοις. *Gignuntur et culices in quibusdam arborum: ut in robore et fico: et consistere ii ex humore videntur, qui subditus est cortici,*

Quaedam temporum causae, aut locorum non pro- 13
prie dicantur morbi, quoniam protinus necant: sicut tabes quum invasit arborem, aut uredo, vel flatus alicuius regionis proprius, ut est in Apulia Atabulus, in Euboea Olympias. Hic enim, si flavit circa brumam, frigore exurit arefaciens, ut nullis postea solibus recreari possint. Hoc genere convalles et apposita fluminibus laborant, praecipueque vitis, olea, ficus. Quod quum venit, detegitur statim in germinatione: in oliva tardius: sed in omnibus signum est revivescendi, si folia amisere: alioqui quas putes praevaluisse, emorjuntur. Nonnumquam inarescunt 14
folia, cademque revivescunt. Aliae in septemtrionalibus, ut Ponto, Phrygia, frigore aut gelu laborant, si post brumam continuavere XL diebus. Et ibi autem, et in reliquis partibus, si protinus editis fructibus gelatio magna consequuta est, etiam paucis diebus necat.

dulcisque est illis postquam geniti sunt. Hard.

Quaedam temporum. Theophr. loc. cit. totidem plane verbis. H.

Aut uredo. Quum arbores frigidus afflatus exurit, atque adeo aridas siccasque facit, ut ne sol quidem tempusque longum allicere ita possint: quocirca uredinem vocant: Ἄνεμος ψυχρὸς· ἀποκαίει γὰρ τὰ δένδρα, καὶ οὕτως αὖα ποιεῖ καὶ ξηρά, ὡς οὐδ' ἂρ' ὑφ' ἡλίου καὶ χρόνου πολλοῦ γένοιτ' ἂν· διό καὶ καλοῦσι καυθμόν· Theophr. loc. cit. cuius verba cave nunc existimes a Plinio reddi. H.

Atabulus. Vid Horat. lib. I, Sat. v, vers. 71: *Incipit ex illo montes Apulia notos Ostentare mihi, quos terret Atabulus.* Terret, inquam, quoniam frugibus infestus. Alii *torret* legunt, minus recte. H. — *Atabulus.* Atabulus, *le vent du nord-ouest.* Ed. P.

Olympias. De hoc vento egimus lib. II, cap. 46. Circa brumam eum spirare prodidit Theophrast. loco citato· Ἐν Χαλκίδι τῆς Εὐβοίας Ὀλυμπίας ὅταν πνεύσῃ μικρὸν πρὸ τροπῶν, ἢ μετὰ τροπὰς χειμερινάς. H.

Hoc genere. Theophrast. loc. cit. Πονοῦσι δὲ μάλιστα τῶν τόπων οἱ κοῖλοι, οἱ αὐλῶνες, καὶ ὅσοι περὶ τοὺς ποταμούς, καὶ ἁπλῶς οἱ ἀπνευστότατοι· τῶν δένδρων δὲ μάλιστα συκῆ. etc. H.

Quod quum venit. Theophr. loco cit. plane ad verbum H.

Nonnunquam. Theophrast. loco cit. totidem verbis. H.

Aliae in. Theophr. loc. citat. In MSS. *aliae inter.* Nos *in terris conicimus* Hard.

45 Quae iniuria hominum constant, secundas habent causas. Pix, oleum, adeps, inimica praecipue novellis. Cortice in orbem, detracto necantur, excepto subere, quod sic etiam iuvatur: crassescens enim praestringit et strangulat. Nec adrachne offenditur, si non simul incidatur et corpus. Alioquin et cerasus, et tilia, et vitis corticem mittunt, sed non vitalem, nec proximum corpori; verum eum, qui subnascente
46 alio expellitur. Quarumdam natura rimosus cortex, ut platanis. Tiliae renascitur paulo minus quam totus. Ergo his, quarum cicatricem trahit, medentur luto fimoque. Et aliquando prosunt, si non vehementior frigorum aut calorum vis sequuta est. Quaedam tardius ita moriuntur, ut robora et quercus.

Quae iniuria. Genus alterum morborum in arboribus, inquit, illud est, quod ab hominum iniuria oritur. Hard.

Pix, oleum, etc. Haec apud Theophrastum, de Caus. lib. V, cap. 24. Hard.

Cortice in orbem detracto necantur. Theophrast. de Caus. lib. V, cap 24, et Hist. Plant. lib. IV, cap. 18, totidem verbis. H.

Excepto subere. Theophrast. πλὴν εἰ ἔχοι φελλοῦ. Et sane placet hic naturae solertiam demirari, quae suberi ad decorticationem natae arbori duplicem corticem attribuit: ut, eo spoliata, adhuc convestita libro, non nuda remaneret. Vide quae dicta sunt lib. XVI, cap. 13. Hard.

Nec adrachne. In MSS. *andracle.* De ea egimus libro XIII, cap. 40. Hard.

Alioquin. Theophrast. Hist. lib. IV, cap. 18: Ἔτι καὶ τοῦ κεράσου περιαιρεῖται, καὶ τῆς ἀμπέλου, καὶ τῆς φιλύρας· ἐξ οὗ τὰ σχοινία... ἀλλ' οὐχ ὁ κύριος, οὐδ' ὁ πρῶτος, ἀλλ' ὁ ἐπιπολῆς· ὃς καὶ αὐτόματος ἐνίοτε ἀποπίπτει διὰ τὴν ὑπόφυσιν θατέρου. Hard.

Quarumdam. Theophr. loco cit. Καὶ γὰρ φλοιορρόγεια μία τῶν δένδρων ἐστίν, ὥσπερ καὶ τῆς ἀδράχνης, καὶ τῆς πλατάνου. H.

Ergo his. His quibus cortex rimosus cicatricem facit, luto medentur, etc. Theophrast. loc. cit. Διαπλάττοντες πηλῷ, καὶ περιδοῦντες φλοιοῖς καὶ καλάμοις, καὶ τοιούτοις, ὅπως μὴ ψύχηται, μηδ' ἀποξηραίνηται. H.

Et aliquando prosunt. Medicina ea prodest. Theophr. loco cit. Καὶ ἤδη φασί που φῦναι... Δεῖ δὲ ἅμα τῇ τῆς χώρας ἀρετῇ, καὶ τῇ τοῦ ἀέρος κράσει τὰ ἐπιγενόμενα τοιαῦτα εἶναι. Χειμώνων γὰρ ἢ καὶ καυμάτων ἐπιγενομένων σφοδρῶν, εὐθὺς ἀπόλλυνται. *Etiam nonnumquam restitui ac regerminare sic aiunt... Sed praeter virtutem soli, temperamentumque caeli, reliqua quoque respondeant opus est. Frigora*

Refert et tempus anni. Abieti enim et pino si quis detraxerit, sole Taurum vel Geminos transeunte quum germinant, statim moriuntur. Eamdem iniuriam hieme passae diutius tolerant. Similiter ilex, et robur, et quercus. Quae si angusta decorticatio fuit, nihil nocetur supra dictis. Infirmiores quidem et in solo gracili, vel ab una tantum parte detractus interimit. Similem et decacuminatio rationem habet, cupressi, piceae, cedri: hae enim detracto cacumine, aut ignibus adusto, intereunt. Similem et depastio animalium. Oleam quidem etiam si lambat capra, 17

enim, aut calores nimii si superveniant, statim intereunt. H.

Refert et tempus. Haec rursum apud Theophrastum, loco citato, Διαφέρουσι δὲ καὶ ὧραι, etc. H.

Abieti enim et pino. Hoc Theophrast. de abiete et πεύκῃ, quae alias ubique Plinio larix est, non pinus. Sed sunt arbores cognatae larix et pinus, ut diximus. H.

Sole Taurum, etc. Recte. Nam Theophr. scripsit, τοῦ Θαργηλιῶνος, ἢ Σκιροφοριῶνος. Hic ultimus anni mensis est, circa solstitium, ut Suidas prodidit: hunc Θαργηλιῶν antecedit: maium igitur Theophrastus, innumque designat, quod et Plinius facit. Sic rursum idem Plinius lib. XVI, cap. 41, *transeunte Geminos sole* dixit, id quod iulio mense peragi intelligitur, ut Theophr. Hist. lib. III, cap. 6, περὶ τὸν Σκιροφοριῶνα λέγοντα, circiter diem iunii XXI. H.

Eamdem. Theophrast. Hist. lib. IV, cap. 18. Τοῦ δὲ χειμῶνος πλείω χρόνον ἀντέχει: καὶ ἔτι μᾶλλον τὰ ἰσχυρότατα, καθάπερ πρῖνος, καὶ ὄρυς. Quercum etiam Plinius addidit. Haao.

Quae si angusta. Theophrast. loco cit. Δεῖ δὲ καὶ τὴν περιαίρεσιν ἔχειν τι πλάτος πάντων μέν, μάλιστα δὲ τῶν ἰσχυροτάτων. Ἐπεί, ἄν τις εὐτελῶς ποιήσῃ, οὐδὲν ἄτοπον τὸ μὴ ἀπόλλυσθαι. *Latitudinem quoque aliquam decorticatio habeat oportet: omnium quidem, sed maxime robustiorum. Nam si angustam feceris, nihil mirum est, si non interierint.* H.

Infirmiores quidem et in solo gracili, etc. Theophrast. loco cit. totidem verbis. H.

Similem et decacuminatio rationem habet, cupressi, piceae, cedri. Aliquot arbores hic omissas puto indiligentia librarii. Theophrastus, Hist. lib. IV, cap. 19, et de Caus. Plant. lib. V, cap. 21: *Quippe*, inquit, *decacuminatione abies, pinus, larix et palma duntaxat pereunt: quidam et cedrum et cupressum annumerant.* Plnt.

Depastio animalium. Theophr. de Caus. lib. V, c. 25. H.

Etiam si lambat capra, sterilescere auctor est Varro, ut, etc. Hae de causa in arcem Athenis caprae non agebantur, praeterquam semel ad necessarium sacrificium, ne oleam

sterilescere, auctor est Varro, ut diximus. Quaedam hac iniuria moriuntur: aliqua deteriora tantum fiunt, ut amygdalae: ex dulcibus enim transfigurantur in amaras. Aliqua vero etiam utiliora; ut apud Chios pirus, quam Phocida appellant. Nam detruncatio diximus quibus prodesset. Intereunt pleraque et fissa stirpe, exceptis vite, malo, fico, punica: quaedam vel ab hulcere tantum. Ficus hanc iniuriam spernit, et omnia quae resinam gignunt. Radicibus amputatis mori, minime mirum est. Pleraeque tamen non omnibus, sed maximis, aut quae sunt inter illas vitales abscissis moriuntur.

ibi primum editam violarent: tum etiam caprarum victimas Pallas aversabatur. DAL.

Vt diximus. Lib. VIII, cap. 76, et lib. XV, cap. 8. H.

Quaedam hac iniuria moriuntur, aliqua deteriora, etc. Scribendum procul dubio *incuria*, non *iniuria*: et pronomen *hac* adventitium est. Theophrast. de Caus. Plant. lib. II, cap. 20: *Evidentissima*, inquit, *et communissima mutationis plantarum causa est negligentia. Omnia namque fere neglecta immitescunt. Interdum etiam fit ut quasi manca laesaque fuerint; in deterius transeant, quum scilicet principio nascens quidquam diminutur, ceu amygdala; haec enim amara ex dulci, et dura ex mollissic redditur. Non tamen desunt quae diminuta posse meliorescere dicunt, ut de piro Phocide Chii referunt.* PINT.

Vt amygdalae. Sic Theophr. de Caus. lib. V, cap. 25: Καὶ γὰρ ἡ ἀμυγδαλὴ πικρὰ γίνεται, etc. Et Pallad. in Ian. tit. 15, de amygdalis: *Servandae sunt a pecore, quia si rodantur, amarescunt.* H.

Vt apud Chios. Ενια δὲ καὶ βελτίω κολουόμενά φασι γίνεσθαι, καὶ καθάπερ οἱ Χῖοι τὴν ἄπιον τὴν Φωκίδα. Theophr. de Caus. l. II, c. 20. HARD.

Nam detruncatio. Prodesse quidem palmarum generi cuidam, dictum est lib. XIII, cap. 9. Etiam et oleae, adnascente stolone, qui in arborem adoptatur, quae vetustae succedat, libri huius cap. 29. H.

Intereunt. Haec pariter ad verbum Theophrast. Hist. lib. IV, cap. 19. HARD.

Quaedam vel ab hulcere. Vel paulo altiore: et in profundo: Ενια δέ, κἂν ἑλκωθῇ, καὶ μείζον καὶ βαθύτερον ἀπόλλυται. Theophrastus loc. cit. HARD.

Ficus, etc. Theophrast. loc. cit. Συκῆ... καὶ ἐξ ὧν δὴ τὰς ῥητίνας συλλέγουσιν, οἷον ἐλάτας, τερμίνθους.

Quae resinam. Vt abies, pinus, picea, larix, terebinthus. H.

Radicibus. Theophrast. Hist. l. IV, cap. 20: Κοινὴ δὲ φθορὰ πάντων, κἂν αἱ ῥίζαι περικοπῶσιν, ᾗ αἱ πλεῖσται, καὶ μέγιστα, καὶ κυριώτατα τοῦ ζῆν. HARD.

Necant invicem inter sese umbra, vel densitate, 18
atque alimenti rapina. Necat et edera vinciens. Nec viscum prodest; et cytisus necatur eo, quod halimon vocant Graeci. Quorumdam natura non necat quidem, sed laedit odore, aut succi mixtura: ut raphanus, et laurus, vitem. Olfactrix enim intelligitur, et tangi odore mirum in modum: ideo quum iuxta sit, averti et recedere, saporemque inimicum fugere.

Necant invicem. Theophrast. de Caus. lib. V, cap. 22. Plinius l. XVI, cap. 47: *Fuvit et densitas sterilitatem.* H. — *Necant.* Mallet Brot. *necantur invicem.* Ed. P.

Necat et edera. Vide quae dicta sunt lib. XVI, cap. 62. H.

Nec viscum. Theophrastus loc. proxime cit. Ἐπεὶ καὶ ἡ ἰξία δοκεῖ, καὶ ὅλως τὰ ἐμβλαστάνοντα, φθείρειν. H.

Et cytisus necatur eo. Ante legebatur, *et cytisus, nec auro, quod halimon*, etc. Salmasius in Solin. pag. 117: *Et cytisus necat viro, et quod halimon Graeci vocant.* Viro, hoc est, succi improbi virtute cytisum, halimonque, necare ea, quae sibi sunt vicina, interpretatus. At vox ea *viro* obsoleta Plinii aevo eruditis videri sane potest: quanquam a Lucretio usurpata lib. II, vers. 852. In MSS. Reg. Colb. Theophrast. etc. *Et cytisus nec auro quod halimon*, etc. Vnde Hermolaus et Gaza *nec aurio* legendum esse confidenter pronuntiarunt: atque aurionem latine appellari, quod ἅλιμον graece. Nos, adiecta litterula, *necatur eo.* Emendationi nostrae, quae vel sua se simplicitate defendit, Theophr. verba admodum suffragantur, ex Hist. lib. IV, cap. 20: Χαλεπὸς δὲ καὶ ὁ κύτισος· ἀπόλλυσι γὰρ πάνθ', ὡς εἰπεῖν. Ισχυρότερον δὲ τούτου τὸ ἅλιμον· ἀπόλλυσι γὰρ τὸν κύτισον. *Molestus et cytisus: nam omnia ferme necat: sed eo valentius est quod halimon vocant: cytisum enim ipsum interimit.* Plin. *Et cytisus necatur eo quod halimon Graeci vocant.* Idcirco et Theophrastus idem, de Caus. l. V, c. 22, halimon esse reliquis perniciosius prodidit, quod plus habet salsuginis: Ισχυρότερον δὲ τὸ ἅλιμον, διὰ τὸ πλείω ἁλμυρίδα ἔχειν. H. — *Necatur eo, quod halimon.* Nobis est etiamnunc *Atriplex Halimus Pentand. digyn.* gen. 656, Pers. *Atriplic.* Juss.) Ed. P.

Quorumdam natura non necat quidem, etc. Theophr. Hist. Plant. lib. V, cap. 20, totidem verbis. H.

Laedit odore, aut succi mixt. ut raphanus, etc. Theophr. l. c. οἷον ἡ ῥάφανος καὶ ἡ δάφνη τὴν ἄμπελον. Theophrasto ῥάφανος brassica est: id quod raphanum appellamus, ῥαφανίς. Sed et de raphano id verum esse docebimus lib. XIX, cap. 26. H.

Olfactrix. Sic ex MSS. em. Hard. cons. Dal. *olfactatrix* Gr. et Alii. Ed. P. — *Olfactrix.* Ita MSS. De vite loquitur Theophr. l. c. *Et angi* mox rectius, quam *et tangi.* Etsi in Chiffl. *et tingui.* H. — *Olfactrix.* Brotterius ex codicibus Reg. 1 et 2, *olfactatrix*; et mox pro *et tangi*, ex MS. Reg. 1, *et tingui.* Ed. P.

Hinc sumpsit Androcydes medicinam contra ebrietates, raphanus ut mandatur praecipiens. Odit et caulem, et olus omne; odit et corylum; ni procul absint, tristis atque aegra. Nitrum quidem et alumen, marina aqua calida, et fabae putamina, vel ervi, ultima venena sunt.

XXXVIII. (xxv.) Inter vitia arborum est et prodigiis locus. Invenimus enim sine foliis natas: vitem et malum punicam stirpe fructum tulisse, non palmite, aut ramis: vitem, uvas sine foliis: oleas quoque amisisse folia baccis haerentibus. Sunt et miracula fortuita. Nam et oliva in totum ambusta revixit: et in Boeotia derosae a locustis ficus iterum germinavere. Mutantur arbores et colore, fiuntque ex nigris candidae, non semper prodigiose: eae maxime quae

Hinc sumpsit. Et haec apud Theophr. l. c. Sed ῥαφάνου nomine, ut monuimus, brassicam intellexit.

Odit et caulem Hoc est, brassicam. Hard.

Odit et corylum. Vnde praeceptum illud Virgilianum manavit Georg. l. II, vs. 299: *Neve inter vites corylum serc.* H.

Et fabae putamina, vel ervi, etc. Theophrast. de Caus. lib. V, cap. 24. Hard.

Vltima venena sunt. Vitium. H.

XXXVIII. *Inter vitia arborum.* Divellenda nonnemini pars prior huiusce sententiae, a posteriore forsitan videatur, et superioribus connectenda in hunc modum: *Nitrum quidem et alumen... ultima venena sunt inter vitia arborum. Est et prodigiis locus*, etc. vel, *ultima venena sunt, et interneciо arborum. Est et prodigiis*, etc. Tolerabilior tamen recepta dudum lectio est: quum inter ipsa prodigia arbores ferantur sine foliis natae, aliisque similibus casibus obnoxiae, quae sane in vitiis non immerito censeantur. Et sane prodigiis arborum ipsis quoque enumeratis subiicit auctor: *Nunc expositis arborum morbis, consentaneum est dicere et remedia*: ut inter morbos arborum ipsa censeri prodigia intelligas. H.

Invenimus enim. Haec Theophr. Hist. lib. II, cap. 4. H.

Nam et oliva in totum, etc. Pausaniae in Corinthiacis clava Herculis ex oleastro actis radicibus regerminavit. Dalec. — *Nam et oliva.* Theophr. l. c. H.

Et in Boeotia. Theophr. de olea, simile prodigium l. c. refert. H.

A locustis. Ὑπ' ἀττελάβων. Vide infra lib. XXIX, cap. 29. H.

Mutantur arbores et colore, etc. Theophr. l. c. et de Caus. lib. V, cap. 8. H.

Prodigiose: eae maxime. Sic ex MSS. em. Hard. cons. MSS. et Ch.

ex semine nascuntur, ut populus alba in nigram transit. Quidam et sorbum, si in calidiora loca venerit, sterilescere putant. Prodigio autem fiunt ex dulcibus 2
acerba poma, aut dulcia ex acerbis, e caprifico fici: aut contra: gravi ostento, quum in deteriora mutantur, ex olea in oleastrum, ex candida uva et fico, in nigras: ut Laodiceae, Xerxis adventu platano in oleam mutata: qualibus ostentis Aristandri apud Graecos volumen scatet, ne in infinitum abeamus: apud nos vero C. Epidii commentarii, in quibus arbores loquutae quoque reperiuntur. Subsedit in Cumano 3
arbor gravi ostento, paulo ante Pompeii Magni bella civilia paucis ramis eminentibus. Inventum Sibyllinis libris internecionem hominum fore, tantoque eam maiorem, quanto propius ab Vrbe postea facta esset. Sunt prodigia, et quum alienis locis enascuntur, ut in capitibus statuarum, vel aris, et quum in arboribus ipsis alienae. Ficus in lauro nata est Cyzici ante obsidionem. Simili modo Trallibus palma in basi Cae- 4

prodigiosae et maxime Gr. et Al. Ed. P.

Quidam et sorbum, si in calidiora loca venerit, sterilescere putant. Haec verba falso hic inserta sunt, nec ad praesens institutum pertinent, sed ad materiam capitis prioris de sterilitate arborum. Pint. — *Sorbum.* Theophr. Hist. lib. II, cap. 3. H.

Prodigio autem. Theophrast. Hist. lib. II, cap. 4. H.

C. Epidii. In quibusdam MSS. *Cepidii*, male. Γάϊον Ἐπίδιον vocat Dio lib. XLIV. Vide quae in auctorum syllabo diximus. H.

Et quum in arboribus, etc. Pausaniae in Arcadicis ex una et eadem radice ilex et ulea enatae sunt. Dal.

Ficus in lauro. Sic laurum aliquando in platano provenisse referi Theophr. de Caus. lib. III, cap. 4. Hard.

Ante obsidionem. Obsidionem intelligit Mithridatis, qui eam civitatem cum quadringentis navibus resistentem oppugnavit cum equitatu multo et pedicum ci millibus. Vide Strab. lib. XII. Dalec.

Simili modo. Valer. Max. lib. I, cap. 6, n. 12: *Palmam viridem*, inquit, *Trallibus in aede Victoriae sub Caesaris statua inter coagmenta lapidum iustae magnitudinis enatam.* Refert hoc et Iul. Obsequens cap. cxxv, L. Paullo, C. Marcello coss. biennio fere ante Caesaris dictaturam. Dio quoque lib. XLI, p. 182. Simile miraculum istud est in quod

saris dictatoris circa bella civilia eius. Nec non et Romae in Capitolio, in capite bis bello Persei enata palma, victoriam triumphosque portendit: hac tempestatibus prostrata, eodem loco ficus enata est, M. Messalae, C. Cassii censorum lustro. A quo tempore pudicitiam subversam Piso gravis auctor prodidit. Super omnia, quae umquam audita sunt, erit prodigium in nostro aevo Neronis principis ruina factum in agro Marrucino, Vectii Marcelli e primis equestris ordinis oliveto universo viam publicam transgresso, arvisque inde e contrario in locum oliveti profectis.

XXXIX. (XXVI.) Nunc expositis arborum morbis, consentaneum est dicere et remedia. Ex his quaedam sunt communia omnium, quaedam propria quarumdam. Communia: ablaqueatio, accumulatio, afflari

egregie lusit Philippus epigrammate non inficeto, Anthol. lib. I, tit. 20: Φοῖβον ἀνηναμένη ποτὲ Δάφνη, νῦν ἀνέτειλε Καίσαρος ἐν βωμοῦ κλῶνα μελκμπέταλον. Ἐκ δὲ θεοῦ θεὸν εὗρεν αμείνονα· Ἀντοῖδην γὰρ Ἐχθήραστα, φιλεῖ Ζῆνα τὸν Αἰνεάδην. Ῥίζαν δ' οὐκ ἀπὸ γῆς μητρὸς βάλεν, ἀλλ' ἀπὸ πέτρης. Καίσαρι μὴ τίκτειν οὐδὲ λίθος δύναται. Hoc est, interprete Grotio: *Caesaris ex ara fundit sua germina Daphne, Quam frustra Phoebi sollicitarat amor. Mutatus meliore Deo Deus: oderat olim Latoiden: Latium nunc amat ecce Iovem. Radicem non fundit humus, sed saxea moles: Caesaribus partum non negat ipse lapis.* Hard.

In capite bis. Forte, *in capite Iovis*: nam paulo ante *in capitibus statuarum* dixit. Forte *in ara Iovis*: nam fragmentum Festi, verbo *Religionis praecipuae*, haec habet: *In Capitolio in ara... sic nata fuerat*: supple, *bello Persico nata fuerat.* H. — *In capite bis.* Broterius ex MS. Dalec. *Iovis.* Ed. P.

Enata palma. Sic apud Livium l. II, Decad. IV: *A P. Sulpitio proconsule litterae ex Macedonia allatae nuntiarunt in puppi longae navis enatam laurum.* Dalec.

M. Messalae. Lustrum hi fecisse LV dicuntur in Fastis ann. Vrb. 600. Hard.

Vectii Marcelli. Hoc iam superius retulit lib. II, cap. 85. H.

XXXIX. *Ablaqueatio.* Ablaqueatio, σκαπάνη: accumulatio, ἐπίχωσις: potus datus, vel ablatus, ὑδρεία: fimi succu refectio, κόπρωσις: putationè levatum onus, διακάθαρσις, ἀφαίρεσις τῶν αὔων. Dalec. — *Ablaqueatio.* Ablaqueantur arbores, vitesque quum circum illas terras foditur, et radices superiores recidunturr: *déchausser la vigne ou les arbres.* Hard.

radices, aut cooperiri, riguis dato potu vel ablato, fimi succo refectis, putatione levatis onere. Item succo emisso quaedam veluti detractio sanguinis: circumrasio corticis: vitium extenuatio, et domitura palmitum: gemmarum, si frigus retorridas hirtasque fecerit, repumicatio, et quaedam politura. Arborum 2
iis aliae magis, aliae minus gaudent: veluti cupressus

Accumulatio. Fit ea quum post hiemem aggeratur terra ac circummuniuntur arbores terra optima, ne calore nimio radices exarescant, *rechausser*. H.

Afflari radices. Radices aperire, ut perflatus ventorum admittant. H.

Item succo emisso quibusdam veluti detractio sanguinis. Emendatius, ut sentio, legeretur, *item succi emissio*, etc. Pint. — *Succo emisso quaedam*, etc. Columella lib. V, cap. 6, sic ulmum vetustam propter ramos vulnerat, et usque in medullam cavat. Dalec. — *Item succo.* Vti de ulmo dicetur cap. 43, et de amygdalis et fico. H.

Circumrasio. Quum cortici muscus detrahitur, quo infestatur: id quod vere fit, ut dicetur c. 45. H. — *Circumrasio... extenuatio.* Circumradere corticem, *émousser*, *ôter la mousse*; vitium extenuatio, *la taille de la vigne*. Brot.

Vitium extenuatio. Extenuationem vitium appellat, quam Theophr. de Caus. lib. V, cap. 12, πὴν τῆς τροφῆς ἀφαίρεσιν Ea fit pampinatione, ἀποψιλώσει, οἰνάρων ἀποκνίσει, palmitum detractione: περιχαθάρσει τῶν ἀνωτάτων ῥιζῶν, summarum radicum purgatione: summissis sarmentis, κλήμασιν ἐπιβαλλομένοις: propaginibus, τοῖς ὑποκατωρύχοις: fossione, τῇ σκάψει, et ablaqueatione, τῇ τῶν ῥιζῶν γυμνώσει. Dal. — *Extenuatio.* Extenuantur vites, domanturque palmites, quum resecantur in pollices, quum hospitari sub iugo coguntur, quum perniciosa luxuries compescitur, ut dictum est superius cap. 35, et alibi saepius. H. — Mox ἀντὶ τοῦ *gemmarum*, Gronovius et alii *gemmas*, non alio sensu. En. P.

Repumicatio. Fit ea, quum gemmae propter frigus retorridae, hoc est, exustae, decutiuntur a vite, quae politeram inde quamdam accipit, quum eae solae sunt residuae, in quibus spes anni est. Texit insignem calumniam adversus Plinium Salmasius in Solin. pag. 517, qui eum legisse asseverat apud Theophr. de Causs. lib. V, cap. 12: ἀποκνήσεις τῶν οἰνάρων τῶν μεγίστων, non ἀποκνίσεις, et repumicationem imprudenter reddidisse: nam si in ea voce Plinius aberravit, et sequentes pariter praepostero sensu accepisse necesse est, τῶν οἰνάρων τῶν μεγίστων, quas de gemmis retorridis a Plinio intellectas esse, sobrius homo nullus dixerit. Quare neque hunc Theophrasti locum Plinius respexit, quum de gemmarum repumicatione scribere instituit: sed alios, quod saepe facit, auctores sequitur, ipsamque, quod gravius est, experientiam rerum. Harn.

Arborum iis. Iis remediis. Tra-

et aquam aspernatur et fimum, et circumfossuram, amputationemque, et omnia remedia odit: quinetiam necatur riguis: et vites, et punicae praecipue aluntur. Ficus arbor ipsa riguis alitur, pomum vero eius marcescit. Amygdalae si colantur fossione, florem amittunt. Nec insitas circumfodere oportet, priusquam validae ferre coeperint poma. Plurimae autem amputari sibi volunt onerosa ac supervacua, sicut nos ungues et capillum. Reciduntur veteres totae, ac rursus a stolone aliquo resurgunt: sed non omnes, nisi quarum naturam pati diximus.

XL. Rigua aestivis vaporibus utilia, hieme inimica, autumno varia, et ex natura soli: quippe quum vindemitor Hispaniarum stagnante solo uvas demetat. Caetero maiore in parte orbis etiam pluvias autumni aquas erivari convenit. Circa Canis ortum

dunlur haec a Theophr. Hist. lib. II, cap. 8. II.

Quin etiam necatur. Si, dum novella est, copiosius adaquetur. Theophr. l. c. Οἷον ἡ κυπάριττος, ὥσπερ οὐ φιλόκοπρον, οὐδὲ φλυδρον, ἀλλὰ καὶ ἀπόλλυσθαί φασι, ἐὰν γε νέαν οὖσαν ἐφυδρεύωσι πολλῷ. Ροὰ δὲ καὶ ἄμπελος φλυδρα. H.

Et punicae. Pallad. lib. IV, in Mort. tit. 10: *Creduntur*, inquit, *acida punica fieri, si rigentur assidue: nam sicvitas in his et suavitatem praestat, et copiam: cuius tamen nimietati aliquid debet humoris apponi.* H.

Ficus arbor ipsa riguis alitur. Theophr. l. c. II.

Marcescit. Fructus deterior fit. τὸν δὲ καρπὸν ἴσχει χείρονα. Theophrast. Sed ficum idem Laconicam ab eo genere eximit, quae riguis gaudet in primis. Haan.

Amygdalae. Pallad. in Ian. lib. 15 de amygdalis: *Circumfodi non debent, quoties florent, quia inde flos eius excutitur.* Sic et Theophr. de Caus. lib. III, c. 23. Haan.

Plurimae autem. Subintellige, arbores. Et haec Theophr. Hist. lib. II, cap. 8: Διακαθαίρεσθαι δὲ πάντα ζητεῖ, etc. Haan.

Reciduntur. Theophr. l. c. H.

Pati diximus. Vt de lauro inprimis lib XVI, c. 56: *Itaque quum trunco inarsit, recisu etiam laetius fruticat.* De abiete item, eodem libro, cap. 53. De arundine, cap. 66; de alnis, cap. 67; de punica et malo, cap. 90. Haan.

XL. *Rigua aestivis vaporibus.* Aestivo calore. Vide lib. II, cap. 40. Haan.

Vindemitor. Broterius ex MSS. Regg. et editione principe, *vindemiator*, et mox ἀντὶ τοῦ *erivari*, *erivare*. Ed. P.

Erivari convenit. Rivis factis educi: quoniam eae tum satis arbori-

rigua maxime prosunt, ac ne tunc quidem nimia, quoniam inebriatis radicibus nocent. Et aetas modum temperat. Novellae enim minus sitiunt. Desiderant autem maximae rigari, quae assuevere. Contra siccis locis genita non expetunt humorem, nisi necessarium.

XLI. Asperiora vina rigari utique cupiunt in Sulmonensi Italiae agro, pago Fabiano, ubi et arva rigant: mirumque, herbae aqua illa necantur, fruges aluntur, et riguus pro sarculo est. In eodem agro bruma, tanto magis si nives iacent, geletve, ne frigus vites adurat, circumfundunt riguis, quod ibi tepidare vocant: memorabili natura in amne solo. Sed idem aestate vix tolerandi rigoris.

XLII. (XXVII.) Carbunculi ac rubiginum remedia demonstrabimus volumine proximo. Interim est scarificatio quaedam in remediis: quum macie corticis ex aegritudine adstringente se, iustoque plus vitalia ar-

busque inutiles. Ideireo mense novembri elices et sulcos aquarios fieri Columella praecipit lib. XI, cap. 2. Hard.

Inebriatis radicibus nocent. Vtitur hac metaphora Theophrast. de Caus. lib. V, cap. 21, ἀλλὰ καὶ τοῦτο (sub. ὕδωρ) ἐνίοτε τῷ πλήθει διαφθείρει, σῆπον τὰς ῥίζας καὶ λίαν ἐκμεθύσκον. Dalec.

XLI. *Arva rigant.* Sic ex MSS. em. Hard. *rigantur* Gronov. Ed. P.

Et riguus. Rivus ex amne ductus, et vitibus circumfusus, dum harum radicibus adnascentes herbas necat, sarculi vice est. Hard.

Circumfundunt riguis. Rivis ex amne deductis, cuius aqua hieme tepidior, cuiusmodi puteorum fontiumque est. Hard.

In amne solo. Sulmonenses, de quibus hic agitur, est Sulmo, oppidum Peliguorum, nunc *Solmona*, Ovidii patria. Amnis autem est Sagrus, nunc *Sangro*, laudatus ab Nasone, Trist. IV, x, 3: *Sulmo mihi patria est, gelidis uberrimus undis, Millia qui novies distat ab Vrbe decem.* Brot.

XLII. *Demonstrabimus.* Libro seq. c. 45 et 70. Hard.

Est scarificatio. Apertio facta scalpello. In indice huius loci, *castratio* legitur, ex MSS. quos sumos sequuti: at iidem hoc loco, *scariphatio* prae se ferunt. Scarificatio dicitur a Theod. Prisciano, lib. II, cap. 1. H.

Vitalia arborum. Pulmam interiorem, materiam, ac medullam. H.

borum comprimente, exactam falcis aciem utraque manu imprimentes, perpetuis incisuris deducunt, ac veluti cutem laxant. Salutare id fuisse, argumento sunt dilatatae cicatrices, et internato corpore expletae.

XLIII. Magnaque ex parte similis hominum medicina et arborum est, quando earum quoque terebrantur ossa. Amygdalae ex amaris dulces fiunt, si circumfosso stipite, et ab ima parte circumforato defluens pituita abstergeatur. Et ulmis detrahitur succus inutilis, supra terram foratis usque ad medullam in senecta, aut quum alimento nimio abundare sentiuntur. Idem et ficorum turgido cortice incisuris in obliquum levibus emittitur: ita fit ne decidant fructus. Pomiferis quae germinant, nec ferunt fructum, fissa radice inditur lapis, fertilesque fiunt. Hoc idem et amygdalis, e robore cuneo adacto. In piris sorbisque, e teda, ac cinere et terra cooperto. Etiam radices cir-

Salutare id. Ad crassitudinem arbori parandam: nam dilatatae cicatrices expletae sunt ipso arborum corpore ac ligno, quod ibi natum est. Hard.

XLII. *Magnaque ex parte similis hominum medicina et arborum est, quando earum quoque terebrantur ossa.* Quinque ultima verba superfluunt ex vetere lectione: prima alio ordine in eadem scripta sunt: *Magnaque ex parte similis est hominum medicina et arborum.* Pint.

Earum quoque terebr. ossa. Vt hominum scilicet, ubi carie vitiata sunt. De terebra ad eos usus idonea, Celsum vide lib. VIII, c. 3. H.

Amygdalae ex amaris. Sic Theoph. Hist. lib. II, cap. 8, et auctor Geop. lib. X, cap. 59. E Latinis Pallad. lib. II, in Ian. t. 15, p. 46. Causam huius rei aperit idem Theophrast. de Caus. lib. II, cap. 19, pag. 255. Simile est quod de ceraso Palladius prodit in Octobri, t. 12: *Si cerasus concepto humore putrescit, in trunco foramen accipiat, quo possit educi.* H.

Et ulmis. Columell. lib. V, c. 6: *Quum deinde arbor (ulmus) vetustatem fuerit adepta, propter ramum vulnerabitur, ita ut excaveatur usque in medullam, qua sit exitus humori, quem ex superiore parte conceperit.* Hard.

Pomiferis. Theophr. Hist. lib. II, cap. 8. Hard.

Hoc idem. Theophr. et Pallad. ll. cc. Hard.

In piris sorbisque e teda. In his, inquit, e teda fit cuneus, qui adigatur Colum. lib. V, cap. 10; *Pirus ut sit firax, quum adoleverit, alte eam*

cumcidisse prodest vitium luxuriantium ficorumque, et circumcisis cinerem addidisse. Fici serotinae fiunt, si primae grossi, quum fabae magnitudinem excessere, detrahantur: subnascuntur enim quae serius maturescunt. Eaedem quum frondere incipiunt, si cacumina rami cuiusque detrahantur, firmiores fertiliores-que fiunt: nam caprificatio maturat.

XLIV. In ea culices nasci e grossis manifestum est: quoniam quum evolavere, non inveniuntur intus grana, quae in eos versa apparet. Exeundi tanta est aviditas, ut plerique aut pede relicto, aut penna pariter erumpant. Est et aliud genus culicum, quos vocant centrinas, fucis apium similes ignavia malitiaque, cum pernicie verorum et utilium: interimunt

ablaqueato, et iuxta ipsam radicem truncum fudito, et fissuram cuneo tedae pineae adigito, et ibi relinquito; deinde absumpta ablaqueatione, cinerem supra terram inicito. Eadem Palladius habet, l. c. pag. 45, de sorbo: *Si minus ferre coeperit, tedae cuneus eius radicibus inseratur; vel circa partem ultimam fossa facta cumulo ingesti cineris adaequetur.* H.

Etiam radices. Theophrast Histor. lib. II, cap. 8, et Pallad. lib. IV in Martio, tit. 10, pag. 98. H.

Fici serotinae. Colum. l. c. *Si voles ficum, quamvis non natura, seram facere, tum grossulos, priorumve fructum decutito: iterum alterum edet, quem in hiemem differet. Nonnumquam etiam, quum frondescere coeperunt cacumina fici, ferro summa prodest amputare: sic firmiores arbores et feraciores fiunt*, etc. Pallad. item in Martio lib. IV, t. 10, de ficu. Hard.

Eaedem quum. Colum. et Pallad. ll. cc. Hard.

Nam caprificatio. Locum ita postulante sententia eo modo interpunximus, divisimus; quum prius coniunctim sic ea legerentur: *Nam caprificatione maturata in ea culices*, etc. MSS. omnes, *caprificatio maturat in ea*, etc. Hard.

XLIV. *In ea culices.* Haec ad verbum Theophr. Hist. lib. II, c. 9. De his iam antea egimus lib. XV, c. 21. Hard.

Exeundi tanta. Theophr. l. c.

Penna pariter erumpant. Broterius ex MSS. Regg. 1, 2, et editione principe, *pinnae parte erumpant.* Ed. P.

Est et aliud. Theoph. Γένος δέ τι καὶ ἕτερόν ἐστι τῶν ψηνῶν, ὃ καλοῦσι κεντρίνας. Hesychius, Κεντρίναι γένος τι ζώου. Et MSS. Reg. Colbert. Th. *centrinas.* Et paullo post, *fucis apium*, non *apum.* H.

Verorum et utilium. Verorum culicum, qui caprificationi sunt utiles, quos illi qui fucorum malitiam igna-

enim illos, atque ipsi moriuntur. Vexant et tineae semina ficorum. Contra quas remedium, in eodem scrobe defodere taleam lentisci, inversa parte, quae fuerit a cacumine. Vberrimas autem ficus rubrica amurca diluta, et cum fimo infusa radicibus fiondere incipientium, facit. Caprificorum laudantur maxime nigrae, et in petrosis, quoniam frumenta plurima habeant: caprificatio ipsa post imbrem.

XLV. In primis autem cavendum, ne ex remediis vitia fiant: quod evenit nimia aut intempestiva medicina. Interlucatio arboribus prodest: sed omnium annorum trucidatio inutilissima. Vitis tantum tonsuram annuam quaerit, alternam vero myrtus, punicae, oleae, quia celeriter fruticescunt. Caeterae rarius tondentur, nulla autumno. Ac ne raduntur quidem,

viamque aemulantur, interimunt. Theophr. l. c.. H.

Ipsi mariuntur. Theophr. *intus moriuntur*; ἐναποθνήσκουσιν. H.

Taleam lentisci. Sic restituere non dubitavimus, etsi libri hactenus editi habeant, *italicam lentiscum*; quum in MSS. Reg. aliisque, *Italiam lentisci*; certioresque sint emendandi auctores, Colum. lib. V, cap. 10: *Ac ne tinea molesta sit seminibus ficulneis, in imum scrobem lentisci taleam inverso cacumine demittito.* Quod iterum repetit lib. de Arb. cap. 20. Palladius quoque lib. IV in Martia, et 10, c. de ficu: *Ne vermes patiatur ficus, ramum terebinthi, vel lentisci taleam cum plantis fici cacumine ponemus inversa.* H.

Vberrimas. Colum. de Re Rust. lib. V, cap. 10: *Semper conveniet, simul atque folia agere coeperint ficus, rubricam amurca diluere, et cum stercore humano ad radicem infundere: ea res efficit uberiorem fructum et farctum fici pleniorem ac meliorem.* Hard.

Caprificorum. Sic Theophr. Hist. lib. II, c. 7: Τὰ μέλανα τὰ ἐκ τῶν πετρωδῶν χωρίων. Frumenta vero grana sunt ficorum: qua voce iam antea usus, lib. XV, c. 21. Hard.

Caprificatio. Post imbrem ea recte peragitur, ὅταν ὕσῃ. Th. Hard.

XLV. *Interlucatio.* Quid ea sit diximus c. 19. Hard.

Ac ne raduntur. Raduntur arbores, ut muscus detrahatur, quibus infestantur: *Muscus, qui mare compedis crura vitium devincta comprimit, sitaque et veterno macerat, distringendus et eradendus est*, inquit Colum. lib. IV, cap. 24. Pallad. in Febr. tit. 12: *Muscus radatur, ubicumque repertus.* Idem Colum. lib. XI, c. 2 in Maio: *Oleae putantur, et emuscantur.* Salmasium miror, contra librorum omnium fidem, legi hic velle: *Ac ne eradicantur quidem*, quum praesertim

nisi vere. Putatione plagae ad vitalia sunt omnia quaecumque non supervacua.

XLVI. Similis fimi ratio. Gaudent eo, sed cavendum ne in fervore solis admoveatur, ne immaturum, ne validius quam opus sit. Vrit vineas suillum, nisi quinquennio interposito, praeterquam si riguis diluatur: et e coriariorum sordibus, nisi admixta aqua: item largius. Iustum existimant in denos pedes quadratos, tres modios. Id quidem soli natura decernet.

XLVII. Columbino ac suillo plagis quoque arborum medentur. Si mala punica acida nascantur, ablaqueatis radicibus fimum suillum adhibent: eo anno vinolenta, proximo dulcia futura. Alii urina hominis aqua mixta riganda censent quater anno, singulis amphoris: aut cacumina spargi vino lasere diluto. Si findantur in arbore, pediculum intorqueri. Ficis utique amurcam affundi. Caeteris arboribus aegris faecem

tonsurae ac putationi ratio belle componatur: eradicatio nullo modo. H.

Putatione plagae. Dum viles, inquit, et arbores putantur, plagae fiunt usque ad vitalia omnia, quae non sunt supervacua. Hoc est, lignum omne materiesque demitur in ramis, usque ad eam quae non sit omnino supervacua. Brevius, deputatur quidquid inutile. Hard.

XLVI. *E coriariorum.* De his egimus c. 6. Theophr. de Caus. lib. III, c. 25, σκυτοδεψική dicitur. Hard.

Item. Item *quodvis fimum vineas urit*, si largius *sit*. Hard.

XLVII. *Si m. punica.* Colum. lib. V, c. 201: *Quod si acidum, aut minus dulcem fructum feret, hoc modo emendabitur. Stercore suillo et humano, urinaque vetere radices rigato. Ea res et fertilem arborem reddit, et primis annis fructum vinosum, et post quinquennium dulcem et apyrenum facit. Nos exiguum admodum laseris vino diluimus, et ita cacumina arboris summa oblevimus: ea res emendavit acorem malorum.* Haec quoque Palladius, aliaque suggerit similia medicamenta, lib. IV in Martio, 1. 9. H.

Ablaqueatis radicibus, etc. Colum. lib. V, c. 10. Dal.

Alii urina. Pallad. l. c. Hard.

Si findantur. Colum. loc. c. *Mala punica ne in arbore rumpantur. .. ramulos, quibus dependent, intorqueto: eodem modo servabuntur incorrupta etiam toto anno*, Pallad. item l. c. H.

Ficis utique. Pallad. l. c. tit. 10 de ficu, post Colum. lib. V, c. 10. H.

Caeteris arboribus. Pallad. lib. XI in Octob. 1. 12, de pomis: *Si aegra est arbor, faeces vini veteris ablaqueatae oportet infundi*, etc. De piro similiter, in Febr. tit. 25. Hard.

vini, aut lupinum circum radices earum seri. Aqua quoque lupini decocti circumfusa pomis prodest. Fici, quum Vulcanalibus tonuit, cadunt. Remedium est, ut ante stipula hordeacea areae stringantur. Cerasos praecoces facit, cogitque maturescere calx admota radicibus. Et hoc autem, et omnia poma intervelli melius est, ut quae relicta sint, grandescant. (XXVIII.)
2 Quaedam poena emendantur, aut morsu excitantur, ut palmae et lentisci. Salsis enim aquis aluntur. Salis vim et cineres, sed leniorem, habent: ideo fici asperguntur, rutaque, ne fiant verminosae, neve radices putrescant. Quin et vitium radicibus, aquam salsam iubent affundi, si sint lacrymosae: si vero fructus

Vulcanalibus tonuit. Vulcanalia Augusto celebrantur: quo tempore fiebat tertia satio. Colum. lib. XI, c. 3. Dal. — *Vulcanalibus.* De his libro sequente, c. 35. Hard.

Areae stringantur. Sic MSS. editique omnes: recte. Sententia est, adversus vim tonitrui; ne ficus decidant, remedium illud a rusticanis hominibus adhiberi: areas nimirum stipula hordeacea spisse ac dense spargi. Id enim vox ea, *stringi*, hoc loco sonat. Hard.

Et hoc autem. Sic ex MSS. em. Hard. *et haec ante omnia poma* Gr. et Al. Eo P. — *Et hoc autem, et omnia.* Cerasum, inquit, et alia poma. Hoc illud est, quod Palladius ait in Iulio, t. 5: *Nunc pira, vel mala, ubi ramos multa poma densabunt, interlegenda sunt quaecumque vitiosa, ut succus qui ingrate his posset impendi, ad meliora vertatur.* Affinis est earum vocum significatio, *interlegi*, *intervelli*, *interra li*. Vide quae de hac postrema diximus lib. XV, c. 2. *Intervelli* dixit pariter Columella, lib. IV, c. 33. Hard.

Aut morsu. Si acria affundantur radicibus, quibus hae quasi morsu ac vellicatione quadam excitantur. Theophr. de Caus. lib. III, cap. 23, p. 287: Αἱ δὲ ῥίζαι δίονται τῆς ἀναδήξεως ... Καὶ γὰρ ταύταις παραχέουσι καὶ τὸν οὖρον, καὶ τὴν σκυτοδεψικὴν παραβάλλουσιν. *Et radices arborum morderi desiderant... Idcirco his affundunt urinam, et pellium faeces accumulant.* Hard.

Salsis enim. Vide quae diximus c. 3. Hard.

Ideo fici asperguntur. Sic ex MSS. em. Hard. cons. MS. et Ch. *ideo ficis asperguntur ruta, ne* Gr. et Al. Eo P. — *Ideo fici... rutaque.* Hoc de ruta speciatim Pallad. in Martio, t. 9. Fico idem, ne verminosa fiat, amurcam affundit, aut veterem urinam. Hard.

Quin et vitium. Auctor Geop. lib. V, cap. 37: Περὶ ῥυάδων ἀμπέλων. Hard.

Si vero fructus. Geop. l. c. II. — *Aspergi.* Broterius ex MSS. Reg 1 et 2, *conspergi.* Ed. P.

earum decidant, cinerem aceto aspergi, ipsasque illini, aut sandaracha, si putrescat uva. Si vero fertiles non sunt, aceto acri subacto cinere rigari atque oblini. Quod si fructum non maturent, prius inarescentem, 3 praecisarum ad radices plagam, fibrasque, aceto acri et urina vetusta madefacere, atque eo luto obruere, saepe fodere. Olearum, si parum promisere fructus, nudatas radices hiberno frigori opponunt, eaque castigatione proficiunt. Omnia haec annua caeli ratione constant: et aliquando serius poscuntur, aliquando celerius. Nec non ignis aliquid prodest, ut arundini: ambustam namque densior mitiorque surgit. Cato et 4 medicamenta quaedam componit, mensurae quoque distinctione, ad maiorum arborum radices amphoram, ad minorum urnam amurcae, et aquae portionem aequam, ablaqueatis prius radicibus paulatim affundi iubens. In olea hoc amplius, stramentis antea circumpositis: item fico. Huius praecipue vere terram adaggerari radicibus: ita futurum, ut non decidant grossi; maiorque fecunditas, nec scabra proveniat. Simili

Si vero fertiles. Geop. lib. V, c. 35. Hard.

Quod si fructum. Geop. lib. V, c. 32 et 33. Pallad. lib. IV, in Mart. t. 7: *Aegras vites, vel quibus fructus arescit, circumfodies, et vinum veterem suffundes. Item cinerem sarmenti vel querci aceto mixtum subiice*, etc. Hard.

Olearum. Plura sterilitatis olearum remedia suggerit auctor Geop. lib. IX, c. 10. H.

Nec non ignis, etc. Theophr. Hist. lib. IV, c. 12. Dalec.

Cato. Cap xciii: *Olea, si fructum non feret, ablaqueato: postea stramenta circumponito. Postea amurcam cum aqua commixto aequas partes. Deinde ad oleam circumfundito: ad arboream maximam amphoram committi sat est: ad minores minores pro ratione indito. Et idem hoc si facies ad arbores feraces, eae quoque meliores fient: ad eas tamen stramenta ne addideris.* H.

Huius praecipue vere. Ita MSS. Cato, c. xciv: *Fici uti grossos teneant, facito omnia, quo modo oleae, et hoc amplius. Quum ver appetet, terram adaggerato bene. Si ita feceris, et grossi non cadent, et fici scabrae non fient, et multo feraciores erunt.* Prius insulse *veterem terram* in libris hactenus editis legebatur. H.

Simili modo. Et hoc Cato totidem verbis, c. xcv: *Convolvulus in vinea*

modo, ne convolvulus fiat in vinea, amurcae congios duos decoqui in crassitudinem mellis: rursusque cum bituminis tertia parte, et sulphuris quarta sub dio coqui, quoniam exardescat sub tecto. Hoc vites circa capita ac sub brachiis ungi: ita non fore convolvulum. Quidam contenti sunt fumo huius mixturae suffire vineas secundo flatu, continuo triduo. Plerique non minus auxilii et alimenti arbitrantur in urina, quam Cato in amurca, addita modo aquae pari portione, quoniam per se noceat. Alii volucre appellant animal

ne siet, amurcam condito, puram bene facito, in vas ahenum indito congios duos: postea igni leni coquito, rudicula agitato crebro, usque adeo dum fiat tam crassum quam mel. Postea sumito bituminis tertiarium, et sulphuris quartarium. Conterito in mortario seorsum utrumque. Postea infriato quam minutissime in amurcam caldam, et simul rudicula misceto, et demo coquito sub dio. Nam si in tecto coquas, quum bitumen et sulphur additum est, excandescet. Vbi erit tam crassum quum viscum, sinito frigescat. Hoc vitem caput et sub brachia unguito, convolvulus non nascetur. Convolvulus Graecis ἕξ, ἰxός dicitur: vermiculus vitium foliis sese involvens: quocirca involvulum Plautus appellat in Cistel. act. IV, sc. 2, v. 63: *Imitatur nequam bestiam et damnificam.* PH. *Quamnam? amabo.* LA. *Involvulum, quae in pampini folio intorta, implicat se.* Et Festus: *Involvulus, vermiculi genus, qui se involvit pampino.* HARD.

Decoqui. Sic ex MSS. em. Hard. cons. Chiffl. *decoctos* Gr. et alii. ED. PAR.

Exardescat. Ita MSS. sal recte. Cato, haud magis proprie, *excandescet.* HARD.

Plerique non. Colum. lib. V, cap. 9, de olea: *Sed et sine ablaqueatione adiuvanda est amurca insulsa, cum suilla vel nostra urina vetere; cuius utriusque modus servatur; nam maximae arbori, hi tantumdem aquae misceatur, urna abunde erit.* HARD.

Alii volucre. Diversum a convolvulo animal. Neque enim convolvulus pubescentes praerodit uvas: sed vermiculus erucae minimae specie, colore cinereo, ex ipsius erucae ovis natus. Pedunculos φθείρας vocat auctor Geopon. lib. V, cap. 30, pag. 147. — *Alii.* Sic MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, 3, Th. et caeteri omnes. *Volvocem*, ut in libris impressis legitur, plane nullus. Quin et Colum. de Arb. c. 15, *volucram* vocat. *Genus est animalis*, inquit, *volucra appellatur; id fere praerodit teneros adhuc pampinos et uvas, quod ne fiat, falces, quibus vineam putaveris, peracta putatione sanguine ursino linito: vel si pellem fibri habueris, in ipsa putatione quoties falcem acueris, ea pelle aciem detergito, atque ita putare incipito.* HARD.

praerodens pubescentes uvas: quod ne accidat falces, quum sint exacutae, fibrina pelle detergent, atque ita putant: sanguine ursino liniri volunt post putationem easdem. Sunt arborum pestes et formicae. Has abigunt, rubrica ac pice liquida perunctis caudicibus: nec non et pisce suspenso iuxta in unum locum congregant: aut lupino trito cum oleo radices linunt. 6 Multi et talpas amurca necant: contraque erucas, et mala ne putrescant, lacertae viridis felle tangi cacumina iubent. Privatim autem contra erucas ambiri arbores singulas a muliere incitati mensis, nudis pedibus, recincta. Item ne quod animal pastu malefico decerpat frondem, fimo boum diluto aspergi folia, quoties imber interveniat, quoniam ita abluatur virus medicaminis: mira quaedam excogitante solertia humana. Quippe quum averti carmine grandines credant plerique: cuius verba inserere non equidem serio ausim, quanquam a Catone prodita, contra lu-

Quod ne accidat Colum. lib. de Arbor. cap. 15, et Geop. auctor l. c. Pallad. lib. 1, c. 35, p. 28, ursinum adipem pariter ad eos usus laudat. Hard.

Has abigunt. Pallad. lib. IV in Martio, t. 10, c. de ficu: *Si formicae molestae sunt, rubrica, butyro, et pice liquida mixta circa truncum debet induci. Alii coracinum piscem contra formicas in arbore suspendendum esse confirmant.* Idem et lupinum ad eam rem commendat lib. I, t. 35. Hasn.

Multi et talpas. Alia adversus illas remedia Palladius affert in Martio, tit. 9: *Contra talpas prodest catos frequenter habere in mediis cardinetis. Mustelas habent plerique mansuetas. Aliqui foramina illarum rubrica et succo agrestis cucumeris impleverunt. Nonnulli iuxta cubilia talparum plures cavernas aperiunt, ut illae territae fugiant solis admissu. Plerique laqueos in aditu earum setis pendentibus ponunt.* H.

Contraque erucas. MSS. omnes, ubique *urucas* praeferunt. H.

Privatim autem. Vide quae dicturi sumus lib. XXIX, cap. 13. H.

Muliere incitati mensis. Mulieri quae in menstruis est, cui menses fluunt. H.

Incitati mensis. Vet. apud Dalec. cod. *incitatis mensibus.* Ed. P.

Quoniam ita abluatur. Quoniam adveniente mox imbre fimo virus omne abluitur. H.

A Catone prodita. Cap. CLX de Re Rust. *Luxum si quod est, hac cautione sanum fiet. Arundinem prende tibi viridem p. IV aut V longum. Medium*

xata membra, iugenda arundinum fissurae. Idem arbores religiosas lucosque succidi permisit, sacrificio prius facto: cuius rei rationem precationemque eodem volumine tradidit.

diffiude, et duo homines teneant ad coxendices. Incipe cantare in malo. S. F. (*hoc est, sanitas fracto*) *motas danata daries dardaries astataries Dic una pares usque dum coëant..... Vbi coierint, et altera alteram tetigerit*, etc. Hadd.

Arundinum fissurae. Carmini adiungitur arundo fissa: luxato membro applicatur: carmen recitatur, dum arundo gemina coëat. H. — *Arundinum fissurae.* Fissura arundinum est sane quum arundines in assulas finduntur, ut luxata firmentur membra. Haec nos dicimus *des éclisses.* Arundinibus utebatur Augustus, ut videre est apud Suetonium in August. cap. LXXX. Praeter arundinum fissuras, earum quoque radix, aceto illita, luxatis medetur. Vid. Plin. lib. XXIV, cap. 11. Brot.

Idem arbores. Cato de Re Rust. c. CXXXIX: *Lucum conlucare romano more sic oportet. Porco piaculo facito. Sic verba concipito. Si Deus, si Dea es, quoium illud sacrum est, uti tibi ius fiet porco piaculo facere illusce sacri coërcendi ergo*, etc. Luci sacri scilicet erant, incaedui. Ovid. Metam. lib. VIII, v. 743: *Ille etiam Cereale nemus violasse securi Dicitur, et lucos ferro temerasse vetustos.* Itaque modum voluit docere Cato, quo rite et sine piaculo id fieret: » Conlucare, inquit Festus (verbo *sublucare*), est succisis arboribus locum implere luce. Sublucare arbores, est ramos earum supputare, et veluti subtus lucem mittere. » Et verbo ipso *conlucare.* » Conlucare dicebant, quum profanae silvae rami deciderentur officientes lumini. » Glossae Graeco-Latinae: Διακαθαίρω δένδρον, conluco. H.

Rationem. Sic ex MSS. em. Hard. *rationem quoque eodem* Gr. et Alii. Ed. P.

C. PLINII SECVNDI
NATVRALIS HISTORIAE

LIBER XVIII.

I.

Sequitur natura frugum, hortorumque ac florum, quaeque alia praeter arbores aut frutices benigna tellure proveniunt, vel per se tantum herbarum immensa contemplatione, si quis aestimet varietatem, numerum, flores, odores, coloresque, et succos, ac vires earum, quas salutis aut voluptatis hominum gratia gignit. Qua in parte primum omnium patrocinari terrae, et adesse cunctorum parenti iuvat, quanquam inter initia operis defensae. Quoniam tamen ipsa materia intus accendit ad reputationem eiusdem parientis et noxia, nostris eam crimini-

I. *Vel per se.* Et erat iam sola per se contemplatio herbarum immensa. Hardo.

Inter initia operis. Lib. II, c. 63. Hardo.

Quoniam tamen ipsa, etc. Sensus est: Quoniam ipsa materia (nempe illorum, quae terra gignuntur) intus nos accendit (animo conceptis odiis, et tacitis nos inflammat, et exagitat) ad reputationem eiusdem parientis, et noxia (ad accusandam naturam, sive terra, quod venena genuerit), etc. Fortassis et melius *imputationem*, quam *reputationem* legemus. Dalec.

Intus accendit ad reputationem eiusdem parientis. Etiam in ipso progressu, nec tantum initio operis, sed et in interiore libro, argumentum ipsum impellit ad contemplationem eiusdem naturae, quum parit res noxias. Rhenanus legit, *vitiis accedit.* II. — *Intus accendit.* Broterius ex MSS. Reg. 1, 2, et editione principe, consent. Chifll. *accedit intus.* Ed. P.

bus urgemus, culpamque nostram illi imputamus. Genuit venena: ecquis invenit illa praeter hominem? Cavere ac refugere alitibus ferisque satis est. Atque quum arbore exacuant limentque cornua elephanti, et uri: saxo rhinocerotes, et utroque apri dentium sicas, sciantque ad nocendum se praeparare animalia: quod tamen eorum tela sua, excepto homine, venenis tingit? Nos et sagittas tingimus, ac ferro ipsi nocentius aliquid damus. Nos et flumina inficimus, et rerum naturae elementa. Ipsum quoque
3 quo vivitur, aërem in perniciem vertimus. Neque est ut putemus ignorari ea ab animalibus, quae quidem quae praepararent contra serpentium dimicationes, quae post praelium ad medendum excogitarent, indicavimus. Nec ab ullo praeter hominem, veneno pugnatur alieno. Fateamur ergo culpam, ne iis quidem, quae nascuntur contenti: etenim quando plura eorum genera humana manu fiunt. Quid? non et homines quidem ut venena nascuntur? Atra ceu serpentium lingua vibrat, tabesque animi contrectata

Cavere ac refugere alitibus ferisque satis est. Venena cavent alites ac ferae: non excogitant: homines soli inveniunt et comminiscuntur. Hard.

Apri dentium sicas. Dentes acutissimos, gladiis similes, exsertos. Seneca, de Ira, lib. I, cap. 1: *Spumant apris ora, et dentes acuuntur attritu.* Dalec.

Nos et sagittas. Is Scytharum mos est. Dal. — *Sagittas.* Sagittas tinxisse Gallos medicamento, quod venenum cervarium appellabant, dicetur lib. XXVII, cap. 76. Elleboro quoque lib. XXV, cap. 25 H.

Aërem in perniciem. Tum tetro halitu oris, tum emisso letali spiritu e scrobibus, quos homines ipsi fodiunt, tum alias ob causas, tum ut metalla eruant. Hard.

Quae quidem desunt in MSS. Reg. 1, 2, et edit. principe. Brot.

Contra serpentium. Vide lib. VIII, cap. 36, 41, etc. Hard.

Quando plura. Broterius ex emendatione Huetii, *quanto plura.* Gron. et al. ante Hard. *etenim complura.* Ed. P.

Quid? non et homines. Sic Gron. et al. vett. Broterius ex cod. Reg. 1, 1, *Quin et homines*; et mox Vet. ap. Dalec. non ita improbanda lectione: *Quid? non et homines quidam ad venena nascuntur.* Ed. P.

Tabesque animi. Et livor animi aduril omnia quae contrectat: *livor*, in-

adurit, culpantium omnia, ac dirarum alitum modo, tenebris quoque suis, et ipsarum noctium quieti invidentium, gemitu, quae sola vox eorum est: ut inauspicatarum animantium vice obvii quoque vetent agere, aut prodesse vitae. Nec ullum aliud abominati 4 spiritus praemium novere, quam odisse omnia. Verum et in hoc eadem naturae maiestas, tanto plures bonos genuit ac frugi, quanto fertilior in iis quae iuvant aluntque, quorum aestimatione et gaudio nos quoque, relictis aestuationi suae istis hominum turbis, pergemus excolere vitam: eoque constantius, quo

quam, *hominum*, culpantium omnia, ac dirarum volucrum more, quae tenebris quoque suis, et ipsi noctium quieti *obstrepunt*, invidentium *caeterorum hominum laudi et quieti*, vel solo gemitu, quae sola vox eorum hominum est: ita ut inauspicatarum avium ritu, vel occursu suo vetent agere, ac prodesse hominibus. Neque livor animi, et invidia, omnia quae contingit, veluti adurens, quando culpat omnia. Harn. — *Contrectata*. Chifflet. cod. *contracta*; Broterius ex eodem Reg. 2, *contacta*. Eo P.

Dir. alitum modo. Ovid. Met. V, 550: *Ignavus bubo, dirum mortalibus omen*. Noctiluges apud Festum vocat Lucilius. Dal.

Vt inauspicatarum. Nam inauspicatarum avium animantiumque occursu dirimebantur auspicia, hoc est, irrita fiebant, dissolvebantur, discutiebantur, ac disturbabantur. Plin. lib. II: *Soricum accentu dirimi auspicia, annales refertos habemus*. Et l. X, c. 16: *Bubo funebris, et maxime abominatus publicis praecipue auspiciis, deserta incolit: nec tantum desolata, sed dira etiam et inaccessa: noctis monstrum, nec cantu aliquo vocalis, sed gemitu. Itaque in urbibus, aut omnino in luce visus, dirum ostentum est*. Haro.

Abominati spiritus. Ingenia detestatione, exsecratione digna. Plin. X, 16: *Bubo abominatus publicis auspiciis*. Horat. Epod. XVI, vs. 8: *Parentibusque abominatus Hannibal*. H.

Relictis aestuationi suae. MSS. Reg. Colbert. Chiffl. *exustioni suae*, quod defendi quoque potest, ut respondeat ei, quod prius dixerat, *contrectata adurit*. H. — *Aestuationi suae*. MSS. Reg. Colb. Chiffl. et editio princeps, *exustioni suae*. Male emendatum in recentioribus editi. *aestuationi*; nec satis latina vox *aestuatio*. Brot.

Hominum turbis. In MSS. *hominum urbis*. Quid si *hominum umbris* dicam scripsisse Plinium videri? sicut de iisdem paulo ante, *tenebris quoque suis invidentium* dixit? Vel hominum turbas appellat, qui in humano genere turbas cient, ceu faces generis humani. Haro. — *Hominum turbis*. Bene MS. Reg. 2, *hominum rubis*. Hi homines sunt ut rubi spinis horridi, et flammis pariter addicti. Brot.

operae nobis maior, quam famae, gratia expetitur. Quippe sermo circa rura est, agrestesque usus; sed quibus vita honosque apud priscos maximus fuerit.

II. (II.) Arvorum sacerdotes Romulus in primis instituit, seque duodecimum fratrem appellavit inter illos, ab Acca Laurentia nutrice sua genitos, spicea corona, quae vitta alba colligaretur, in sacerdotio eis pro religiosissimo insigni data, quae prima apud Romanos fuit corona: honosque is non nisi vita finitur: et exsules etiam captosque comitatur. Bina tunc iugera populo romano satis erant, nullique maiorem

Operae. Operam *utiliter collocatam*, quam famem *avidius quaesitam* gratulari nobis homines maluimus. Huc referenda Livii castigatio, quae a Plinio facta in praef. ad Tit. *Profiteor mirari me T. Livium... sic orsum: satis iam sibi gloriae quaesitum... Maius meritum esset, operis amore, non animi causa perseverasse*, etc. H.

Sed quibus vita honosque. Quoniam frugibus tantum, non conquisitis epularum delicis, arentur. DAL.

II. *Arvorum sacerdotes.* Vide huius rei historiam apud Lilium Gyraldum. *Arvales sacerdotes*, inquit Cuiacius, lib. X, cap. 34, et lib. XI, cap. 5 Observat. οἱ περὶ ὅρων δεκαπταὶ *terminorum sacrorum et finium iurgiis terminandis praeerant, et interveniebant.* DAL. — *Arvorum.* Gellius, lib. VI, cap. 7: *Sabinus Masurius in primo Memorialium. Aeccam Laurentiam Romuli nutricem fuisse dicit. Ea*, inquit, *mulier ex duodecim filiis maribus unum morte amisit. In illius locum Romulus Accae Laurentiae sese filium dedit, seque et caeteros eius filios Fratres Arvales appellavit. Ex eo tempore collegium mansit Fratrum Arvalium numero duodecim, cuius sacerdotii insigne est spicea corona, et albae infulae.* Varro de L. L. lib. IV: *Fratres Arvales dicti sunt, qui sacra publica faciunt propterea, ut fruges ferant arva.* Inde Festus: *Ambarvales hostiae appellabantur, quae pro arvis a duobus fratribus sacrificabantur.* HARD.

Non nisi vita. Sic Auguratus, et Pontificale sacerdotium, perpetua fuere munera, nec nisi cum vita eripi potuerunt. Vide Sueton. in Aug. XXXI, et Senec. de Clem. lib. I, cap. 10. Sic in Galliae magistratibus summis, cancellarii dignitas, et aliae quaedam ea donatae praerogativa sunt. HARD.

Bina tunc iugera. Varro de Re Rust. lib. I, cap. 10: *Antiquus noster ager ante bellum Punicum pendebat bina iugera, quod a Romulo primum divisa dicebantur viritim*, etc. H. — *Bina iugera.* Iugeri longitudo ducenorum et quadragenorum pedum erat, latitudo centenorum vicenorumque. Quare duo iugera, pro nostrate agros metandi ratione, efficiunt 51 *ares*, 98 *centiares*. EO. P.

Maiorem modum. Maiorem mensuram: modus enim de agri dicitur

modum attribuit: quo servos paulo ante principis Neronis contemptis huius spatii viridariis, piscinas iuvat habere maiores: gratumque, si non aliquem et culinas. Numa instituit Deos fruge colere, et mola 2 salsa supplicare: atque (ut auctor est Hemina) far torrere, quoniam tostum cibo salubrius esset. Id uno modo consequutum, statuendo non esse purum ad rem divinam, nisi tostum. Is et Fornacalia instituit farris torrendi ferias, et aeque religiosas terminis agrorum. Hos enim Deos tunc maxime noverant: Seiamque a serendo, Segestam a segetibus appella-

mensura. Horatius, lib. II, Sat. VI: *Hoc erat in votis: modus agri non ita magnus.* Hard.

Numa instituit deos fruge colere. Graeci hordei primitiis, liboque, et placentis ex hordeo sale consperso; unde κριθολάγοι dicti. Dal.

Mola salsa. Far sale mixtum id fuit, ut docet Ovidius, Fast. I, 127: ... *Quum cereale sacerdos Imposuit librum, mixtaque farra soli.* Hard.

Quoniam tostum. Ovid. Fast. II, 521: *Vsitus admoniti flammis torrenda dedere*, etc. H.

Fornacalia. Festus: *Fornacalia, feriae institutae sunt farris torrendi gratia: quod ad fornacem quae in pistrinis erat, sacrificium fieri solebat. Fornacalia sacra erant, quum far in fornacibus torrebant.* Excogitata simul Fornace dea; quod in fornaribus precarentur farra recte torreri. Ovidius, Fast. II, vers. 525: *Facta dea est Fornax: laeti Fornace coloni Orant, ut fruges temperet illa suas. Curio legitimis nunc Fornacalia verbis Maximus indicit*, etc. *Non erant hae feriae statae, sed indictitiae.* H.

Aeque religiosas. Ferias alteras notat, Terminalia appellata, a deo agrorum Termino. Ovid. Fast. II, vers. 639: *Nox ubi transierit, solito celebretur honore, Separat indicio qui dius arva suo. Termine, sive lapis, sive es defossus in agro Stipes, ab antiquis sic quoque numen habes. Te duo diversa domini pro parte coronant; Binaque serta tibi, binaque liba ferunt*, etc. Februario mense Terminalia peragebantur. H.

Terminis agrorum. Ara deo Termino statuebatur a dominis utrimque: ligna concisa foco imponebantur: igni fruges canistro inspergebantur: puella favos porrigebat, alii et vinum. Numae lege nullum animal immolabatur ex Plutarcho et Halicarn. Ovidius, lib. II, Fast. agnam et porcam sacrificari tradit. Horat. Ep. II, 59: *Vel agna festis caesa Terminalibus.* Prudentius, Terminum cingi fasciis solitum, et rogari pulmone gallinae scribit. Geraldus. — Vetus lex, *Qui Terminum exarassit, ipsum et boves sacrei sunto.* De eius sacro, et quibus ex rebus fieret, prolixe Alex. ab Alex. lib. II, cap. 24. Dal.

Seiamque a serendo. Infra l. XXXVI, cap. 22, Fortunae, quam Seiam appellant, meminit Plinius. Dal. —

bant: quarum simulacra in Circo videmus. Tertiam ex his nominare sub tecto religio est. Ac ne degu-

Seiamque. Ita libri omnes, recte. August. de Civ. Dei, lib. IV, cap. 8: *Sata frumenta, quamdiu sub terra essent, praepositam voluerunt habere Seiam: quum vero iam super terram essent et segetem facerent, deam Segetinam: frumentis vero collectis atque reconditis, ut tuto servarentur, deam Tutelinam praeposuerunt*. Harn.

In Circo. In Circo maximo, regione Vrbis undecima. Harn.

Tertiam ex iis, etc. Quidam hic τὸν Διόνυσον intelligunt, quem, ut ait Plutarchos, ὑπὸ στέγην οὐκ ἀμνύουσιν, Pithoeus *Tertium* legit, et ad Terminum refert, nominateque ad sacra pertinere arbitrantur, ut apud Horat. *male nominatis*, *Parcite verbis*, id est, irreligiose contra fas et morum sacrorum pronuntiatis. Quidam legendum censent, *Terminum ex xii nominari sub tecto religio est*. Nam de Termino multa duodecim tabulis cauta fuisse cuivis notum, in quas etiam fortassis credibile fuerit, translatam veterem Numae sanctionem, ut Termino non nisi sud divo sacrificaretur, quod nefas putaret Terminum intra tectum consistere. Haec ad me D. Reginaldus, vir singularis doctrinae. Eadem et religio fuit iurandi Dium Fidium, ut ex Catone tradit Nonius. Iuraturi enim in compluvium prodibant. Apud eumdem Varro de Lib. educ. *Itaque domi rituis nostri qui per Dium Fidium iurare vult, prodire solet in publicum*. Fortunam Calvam quoque sub tecto nominare religiosum fuisse tradidit Alexand. ab Alex. lib. I, c. 13. Hanc fortassis Plinius innuit. Dalec. — *Tertiam*. Segestam, quae ex diis proxime appellatis tertium locum obtinet, nempe post deum agrorum Terminum, Seiamque. Tutelinam, cuius Augustinus et alii meminere, eam esse deam, quam nominare sub tecto religio fuit, existimant Turnebus Advers. lib. XX, cap. 36, et Coel. Rhod. lib. XXI, cap. 29, quoniam fortassis, ut Macrobius admonet, Sat. lib. I, cap. 16, pag. 264: *Apud Veteres qui nominasset Salutem, Semoniam, Seiam, Segetinam, Tutilinam, ferias observabat*. Verum ex eo ipso Macrobii testimonio plane efficitur, non aliam hac in parte Tutelinae deae, quam Seiae, Segestaeque conditionem fuisse: quum tamen dispares eas fuisse hac silentii religione sub tecto, Plinius velit. Eccur autem non liceret Tutelinam nominare, quam et in navi, et in aedibus passim nominari et advocari cernimus apud Petronium in Satyrico? Nam Tertullian. lib. de Spectac. cap. 8: *Singula*, inquit, *ornamenta Circi, singula templa sunt... Sessiai a sementationibus, Messias a messibus, Tutelinas a tutela fructuum sustinent columnae. Ante has tres arae trinis diis parent, magnis, potentibus. Eosdem Samothracas existimant*. Vt igitur Sessia in Seiam, sic Messia dea, quae altero nomine Segesta appellata fuit, forte in Meiam commutata: propterea quod ea vox putidum quid olet ac sonat, sub tecto eo nomine nominare religio fuit? Sed Segestam ipsam verius, ut arbitror, intellexit, quam nominari sub tecto idcirco religio fuit, quod ad aliam vocem molliendam, quae turpicula foret, vel inauspicata, nempe *Egesta*, vel

stabant quidem novas fruges, aut vina, antequam sacerdotes primitias libassent.

III. (III.) Iugum vocabatur, quod uno iugo boum in die exarari posset. Actus, in quo boves agerentur cum aratro, uno impetu iusto. Hic erat cxx pedum: duplicatusque in longitudinem iugerum faciebat.

Egestas, conficta illa existimaretur. Sic enim et de Siciliae oppido Festus refert: *Segesta, quae nunc appellatur, oppidum in Sicilia est, quod videtur Aeneas condidisse, praeposito ibi Egesto, qui eam Egestam nominavit. Sed praeposita ei a littera est, ne obsceno nomine appellaretur, ut factum est in Malevento, quod Beneventum dictum est.* Sane si eam, quam nominari sub tecto religio est, non ipse iam appellasset, nihilominus nunc ipse diceret, *Tertiam ex his*: nam quid est aliud, *ex his*, quam ex proxime appellatis diis? Harn.

Ac ne degustabant, etc. Fuit et Ambarvale sacrum, quo maturis frugibus quum lacte, vino, favo libatum fuisset, porca gravida, aut vitula immolabatur, velut et Cereri porca praecidanea, priusquam seges meteretur. Alex. ab Alex. lib. III, cap. 12. Vide Scalig. in Festum, voce *Amtermini*. Dal. — *Ac ne degustabant*. Sic etiam Censorinus in praef. Tibull. I, El 4, v. 14: *Et quodcumque mihi pomum novus edneat annus, Libatum agricolae ponitur ante deo.* H.

III. *Iugerum vocabatur*. Agros, et in agris iugera, perticis olim metati sunt Itali. Propert. *Abstulerat miseras pertica tristis opes*. Barbari vero apud Herod. funibus, quos Romani, *Arvipendia* nominarunt, id est, ut Glossarion vetus exponit, γεωμετρικοὺς σχοίνους: et inde Gallis *arpent*, iugerum, πλέθρον, quasi Arvipennium, *n* pro *d*, ut apud Plautum in Milite, *dispennite*, pro *dispendite*. Scaliger. — Legendum hoc in loco *iugum*, recte monet ex Varron. de Re Rust. lib. I, c. 10, vir restituendis bonis auctoribus singulari natus fato Fulv. Vrsinus. (Ex Variorum notis). — *Iugum vocabatur*. Aliud iugum, aliud iugerum est. Iugum hodie Arverni vocant, *joug de terre*. — Prius legebatur *iugerum*: at *iugum* scribi oportere vel ex eo est perspicuum, quod de iugero postea agitur. Adde Varronem de Re Rust. cap. 10, ita scripsisse: *Modos*, inquit, *quibus metirentur rura, alius alios constituit. Nam in Hispania ulteriore metiuntur iugis: in Campania versibus: apud nos in agro Romano ac Latio, iugeris. Iugum vocant, quod iuncti boves uno die exarare possunt. Versum dicunt centum pedes quoquoversum quadratum. Iugerum, quod quadratos duos actus habet. Actus quadratus qui et latus est pedes cxx et longus totidem: is modus Acnua latine appellatur.* Lege *Agna*, ex Columella, lib. V, cap. 1, ubi et agna quid sit, et porca, definit. Harn.

In longitudinem) *Ergo duo actus*, inquit Columella, lib. V, cap. 1, *iugerum efficiunt longitudine pedum ccxl, latitudine pedum cxx. Galli semiiugerum* arepennem *vocant*. Baetici quoque, teste Isidoro, lib. XV, cap. 15. Nunc vero quod Gallis iugerum dicitur, perticis centum constat:

Dona amplissima imperatorum ac fortium civium, quam tum quis uno die plurimum circumaravisset. Item quartarii farris, aut heminae, conferente populo. Cognomina etiam prima inde: Pilumni, qui
2 pilum pistrinis invenerat: Pisonis, a pisendo. Iam Fabiorum, Lentulorum, Ciceronum, ut quisque aliquod optime genus sereret. Iuniorum familiae Bubulcum nominaverunt, qui bubus optime utebatur. Quin et in sacris nihil religiosius confarreationis vin-

perticae singulae pedibus octo et decem: iugerum igitur, pedum est MDCCC, *un arpent*. Sed varia est in Galliis pro regionum diversitate arpenti mensura: qua de re Du-Cangium in Glossario consule, verbo *Arapennis*. Nutae, quae vulgo Tironis dicuntur, pag. 163: *Iugerum, Aripennis, Iuctus*, forte pro *Actus*. H.

Quartarii farris. Haec vocabantur *Adoreae dona*, quorum paulo post meminit hoc ipso capite, et cap 8 eiusdem libri. DAL. — *Item quartarii*. Fuit quartarius congii pars quarta: uti sexta, sextarius. De congio, lib. XVI, cap. 19. De hemina, lib. XXI, cap. 109. HARD.

Pilumni. Pilumnum deum Varro nominat, ac Pitumnum. Vide Politian. Miscell. c. 89 et Lilium Gyraldum. Vide et Sigonium lib. de Nominibus Roman. Rhod. lib. XXIV, cap. 6; Alex. ab Alexand. lib. I, c. 9. DAL. — *Pilumni*. De eo Servius, initio lib. I Aeneid. *Pilumnus*, inquit, *pinsendi frumenti usum invenit: unde a pastoribus colitur. Ab ipso etiam pilum dicitur*. HARD.

Iam Fabiorum. Ergo a fabis serendis Fabiorum, a lentibus Lentulorum, seu *Lentinorum*, ut MSS. habent: Ciceronum, a cicere, non quidem quod in vultu gereret, ut vulgus existimat, sed quod in agro optime sereret gentis eius auctor, cognomen inventum. At Fabatorum quoque a fabis, quia FABATI legitur in nummo vetere apud Patinum, in Rnscia gente, deductum esse, vulgo, sed falso, creditur. HARD.

Bubulcum. In Iunia gente familiae unius cognomen Bubulcorum fuit: ex qua C. Iunius Bubulcus, bis consul, post dictator et magister equitum, apud Livium, IX. Et inter aediles anni 297, C. Iunius, L. F. C. N. Brutus Bubulcus, in Pighii Fastis. HARD.

Confarreationis. Vsus ea voce Tacitus, lib. IV: *Patricios confarreatis parentibus genitos*. Et mox: *Omissa confarreandi assuetudine, aut inter paucos retenta*. Est autem confarreatio, novorum coniugum, aut amicorum, adhibito libro farreo, coniunctio. Contra, diffarreatio, coniugii, amicitiaeve, auctore Festo, per idem libum farreum dissolutio. Vide Dion. Halic. Ant. Rom. lib. II, Festus: *Farreum, genus libi ex farre factum*. Isidori Glossae: *Confarrentio, consacrorum communientio. Confarreatus, consociatus*. Glossae Philoxeni, *confarreatus*, Συμβιώσεως χάριν ξυνοικήσις. Vide Glossar. V. Clar. Du-Cangii. H.

culo erat: novaeque nuptae farreum praeferebant. Agrum male colere, censorium probrum iudicabatur. Atque (ut refert Cato) quem virum bonum colonum dixissent, amplissime laudasse existimabant. Hinc et locupletes dicebant, loci, hoc est, agri plenos. Pecunia ipsa a pecore appellabatur. Etiam nunc in 3 tabulis censoriis pascua dicuntur omnia, ex quibus populus reditus habet, quia diu hoc solum vectigal fuerat. Multatio quoque non nisi ovium boumque

Novaequae nuptae farreum, etc. Festo et Boëthio matrimonia contrahebantur farreo libo adhibito, Plin. praelato. Itaque farreum hic libum plures eiusmodi exponunt. Servatur mos ille praeferendi libum ante prodeuntes sponsas etiamnum apud rusticos Lugdunenses. Fortasse *farreum* hic fictilis est sartago, in qua far torrebatur, τὸ φρύγετον. Iulius Pollux: Σόλων δὲ τὰς νύμφας ἰούσας ἐπὶ τὸν γάμον, ἐνέτεινε φρύγετον φέρειν σημεῖον. Tiberius multa de confarreatis parentibus et confarreandi modo disserit. Dionysius sacras illas nuptias tradit, quod illis tantum flamines uterentur. Idem et Boëthius in Topicis, uxorem tribus modis haberi solitam scribens, farre, sive confarreatione, quae peculiaris erat pontificibus: coëmptione, quo solo modo dicebatur materfamilias; et usu. *Farre conveniebatur in magnum certis verbis, praesentibus decem testibus, solemni sacrificio facto, et adhibito pane farreo*, inquit Vlpianus. Vide Rhodig. lib. XXVIII, cap. 27: Alex. ab Alex. lib. II, cap. 5; Raevardum, Varior. lib. IV, cap. 12 et 16, et apertius exp. 21 in lib. XII tabul. Sigonium, de antiquo iure civ. Rom. lib. I, c. 9. Dal.

Agrum m. col. censorium probrum iudicabatur. Hoc est, animadversione, ignominia et castigatione censoria dignum. Notationem censoriam dixit Cicero pro Cluentio, n. 128. Castigationem censoriam Plinius hoc libro, cap. 7. Gellius, lib. IV, cap. 12: *Si quis agrum suum passus fuerat sordescere, eumque indiligenter curabat, ac neque araverat, neque purgaverat; sive quis arborem suam vineamque habuerat derelictui, non id sine poena fiit: sed erat opus censorium, censoresque aerarium faciebant*, etc. Hard.

Vt refert Cato. Cato in praef. lib. de Re Rust. *Et virum bonum*, inquit, *quum laudabant, ita laudabant: Bonum agricolam, bonumque colonum: amplissime laudari existimabatur, qui ita laudabatur*. Hard.

Pecunia ipsa. Vide quae dictum sumus lib. XXXIII, cap. 13. H.

Multatio quoque; etc. Maxima multa non plus xxx bobus et duabus ovibus fuit: minima, ove una. Bos centum assibus aestimabatur: ovis decem. Romani reges, homicidii convictos ariete multabant, qui supplicando dis immolaretur, unde dicta *supplicia*. Alex. ab Alex. cap. LIII. Vide quod notatum est infra in lib. XXXIII, cap. 1. Vide et Budaeum, cap. v de Asse. Dal.— *Multatio*. Gall.

impendio dicebatur: non omittenda priscarum legum benevolentia. Cautum quippe est, ne bovem, priusquam ovem, nominaret, qui indiceret multam. Ludos boum causa celebrantes, Bubetios vocabant. Servius rex, ovium boumque effigie primus aes signavit. Frugem quidem aratro quaesitam furtim noctu pavisse, ac secuisse, puberi XII tabulis capitale erat: suspensumque Cereri necari iubebant, gravius quam in homicidio convictum: impubem Praetoris arbitratu verberari, noxiamque duplione decerni. Iam

lib. XI, cap. 1: *Multa quae appellatur suprema*, inquit, *instituta est in singulos duarum ovium, boum triginta: pro copia scilicet boum, proque ovium penuria... Postea lege Hateria constituti sunt in oves singulas aeris deni, in boves aeris centeni. Minima multa est ovis unius*, etc. Festus: *Multam osce dici putant poenam quamdam. M. Varro ait poenam esse, sed pecuniariam, de qua subtiliter in libro primo quaestionum epistolicarum refert. Maximam multam dixerunt tium millium et viginti assium (monetae gallicae libra sunt 120 cum assibus sedecim): quia non licebat quondam pluribus triginta bobus et duobus ovibus quemquam multari: aestimabaturque bos centussibus, ovis decussibus.* Et verbo *ovibus*: *Ovibus duabus multabantur apud antiquos in minoribus criminibus*, etc. Iudiciorum multas in vaccis exsolvi solitas apud Scotos, aliasque nationes, multis comprobat testimoniis Vir Claris. Du-Cangius in Glossario, verbo *Vaccae*. Hard.

Primus aes signavit. More Graecorum, ac praecipue Atheniensium, qui pecuniam suam bove signabant. Vnde apud eos nata paroemia, *Bovem habet in lingua*, in eos iaci solita, qui accepto pretio libere id quod vere sentiunt, effari non audent. Hesychius, pag. 197: Βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ. Παροιμία ἐπὶ τῶν μὴ δυναμένων παρρησιάζεσθαι... διὰ τὸ τῶν Αθηναίων νόμισμα ἔχειν βοῦν ἐγκεχαραγμένον. Quod et Scholiastes Aristophanis testatur in Avibus, et Eustath. in Iliad. A, vers. 449. Vide quae dicenda sunt lib. XXXIII, cap. 19. H.

XII tabulis. Ex tabula VII, cap. 2, repetita lex est, *Qui frugem aratro quaesitam furtim nox pavit, secuitque, suspensus Cereri necator: impubes praetoris arbitratu verberator; noxiamque duplione decernito.* Hoc est, ut Gothofredus interpretatur: Qui frugem aratro partam furtim noctu paverit, immaturam, vel maturam secuerit: Cereri sacer et devotus suspendio necator. Impubes tamen si id fecerit, arbitrio praetoris verberator, damnumque datum in duplum sarcito. Hard. — *Capitale erat.* Brot. ex cod. Reg. 2, cons. Chiffl. *capital erat.* Ed. P.

Praetoris arbitratu verberari. Hoc est, iudicis, sive consulis. Nam regibus exactis iidem erant praetores, qui consules: iidem quoque a iudicando

distinctio honosque civitatis ipsius non aliunde erat. Rusticae tribus laudatissimae eorum, qui rura haberent. Vrbanae vero, in quas transferri ignominia esset, desidiae probro. Itaque quatuor solae erant a partibus urbis, in queis habitabant, Suburrana, Palatina, Collina, Exquilina. Nundinis urbem revisitabant, et ideo comitia nundinis haberi non licebat,

dicti iudices. Ita vulgo statuunt eruditi, sed falso, opinor: quae multo tractata prolixius vide apud Vossium in Etymol. II.

Iam distinctio, etc. Livius, lib. I, in tribuum distinctione non nihil dissentit a Varrone, Festo, Asconio, Plutarcho. De earum cognomine et origine prolixe Alex. ab Alex. lib. I, cap. 17. Vide et Turneb. lib. XXX, cap. 17. Dal.

Rusticae. Columella in praef. *At mehercule vera illa Romuli proles... semper rusticam plebem praeposuit urbanae. Vt enim qui in villis intra consepta morarentur, quam qui foris terram molirentur, ignaviores habiti: sic eos qui sub umbra civitatis intra moenia desides cunctarentur, quam qui rura colerent... segniores visi* II.

Itaque quatuor. Tres modo fuisse, aliisque nominibus scribit Asconius Ped. in orat. III contra Verrem, nempe Tatiensem nomen a Tatio rege: Ramnensem alteram a Romulo: Lucerem aliam a Lucumone: post de nominibus Sabinarum plures fuisse: ad postremum XXX et quinque factas. Sed Varro de Ling. Latin. lib. IV: *Ab hoc quoque quatuor partes Vrbis, tribus dictae, ab locis: Suburrana, Collina, Palatina*. Et Festus: *Vrbanas tribus appellabant, in quas Vrbs erat dispartita a Servio Tullio rege: id est, Suburrana, Palatina, Esquilina, Collina*. II.

Suburrana. Et tribus, et regio Vrbis sic est appellata auctore Festo, quasi Succurrana, a stativo praesidio quod solitum esset succurrere Exquiliis, infestantibus eam partem Vrbis Gabinis. Fuisse in regione Vrbis tertia, auctor est P. Victor. Palatium, a qua Palatina, in regione decima fuit: Exquiliae, cum porta Collina, in quinta. II.

Nundinis urbem, etc. Saeculis prioribus nundinae frequentiores, ac tertio quoque die mercatus frequens. Alex. ab Alex. lib. III, cap. 11.— *Ne plebs rustica avocaretur*. Ne a legibus accipiendis, quae trinundino dabantur, plebs avocaretur: ne interpellarentur nundinatores, ut rusticis in urbem euntibus componere transigereque lites commode liceret. De comitiis Centuriatis, Curiatis, Calatis, Tributis, longam narrationem vide apud Alexandrum ab Alexand. cap. III, IV. Dal.

Revisitabant, etc. Vet. apud Dal. *revisebant, et ideo comitia non nisi nundinis haberi licebat*. Ed. P.

Et ideo comitia nundinis Qui *nisi nundinis* reponi volunt, et omnium exemplarium auctoritati refragantur, et Festo in Fragm. p. 21: *Nundinas feriatum diem esse voluerunt antiqui, ut rustici convenirent mercandi vendendique causa: eumque nefastum, ne si liceret cum populo agi, interpellarentur nundinatores*. Qui suam emen-

ne plebs rustica avocaretur. Quies somnusque in stramentis erat. Gloriam denique ipsam a farris honore adoream appellabant. Equidem ipsa etiam verba priscae significationis admiror. Ita enim est in commentariis Pontificum: Augurio canario agendo dies constituantur, priusquam frumenta vaginis exeant, et antequam in vaginas perveniant.

IV. Ergo iis moribus non modo sufficiebant fruges, nulla provinciarum pascente Italiam, verum etiam annonae vilitas incredibilis erat. Manius Marcius aedilis plebis primum frumentum populo in modios assibus donavit. Minucius Augurinus, qui Sp. Melium

dationem Varronis, Columellae et Dionysii Halicarnassei testimonio corroboratam putant, recentiorem Urbis morem cum prisco maiorum instituto commutant. H. — *Haberi.* Broterius ex MSS. Reg. et edit. principe, *habere.* Ed P.

Quies. Ovidius, Fast. I, vers. 205, de Saturni aevo: *Nec pudor in stipula placidam cepisse quietem, Nec foenum capiti supposuisse suo.* Et Fast. III, vs. 183, de Romulo: *Adspice de canna straminibusque domum. In stipula placidi carpebat munera somni: Et tamen ex illo venit in astra toro.* Hard.

Gloriam. Festus: *Adoream laudem, sive gloriam dicebant: quia gloriosum eum putabant esse, qui farris copia abundaret.* Vel potius, qui farre a populo donatus esset: nam, ut Plinius paulo ante, dona populi amplissima fuere quartarii aut heminae farris. Horatius, Carm. IV, iv, 41: *Et pulcher fugatis Ille dies Latio tenebris, Qui primus alma risit adorea.* Hard.

Augurio canario. Sacrum id erat, quod ex rufa cane fiebat, uti fusius docebimus cap. 69. H.

* *Vaginis exeant. Primitus spica quum oritur, in vagina est*, inquit Varro de Re Rust. lib. I, c. 48. Idem, cap. 32: *Frumentum dicunt quindecim diebus esse in vaginis, quindecim florere, quindecim exarescere, quum sit maturum.* H.

IV. *Ergo iis moribus.* Egregie haec amplificat Columella in praef. p. 7. Hard.

Manius Marcius. Contigisse id Pighio videtur anno V. C. 298, h. e. M. Val. Maximo, Sp. Virginio Tricosto coss. Exstat huius M. Marcii nummus ex aere apud Patinum pag. 166, quem Marcum Marcium, pro Manio Marcio falso appellat. H.

Assibus donavit. Tunc aes erat gallicae monetae assium 10 1/2. Brot.

Minucius Augurinus. In denarii vetusti altera parte columna sculpta est, cum duabus spicis ad basim, status in fastigio, imagine hinc prope columnam Augurini lituum in manu tenentis, illinc Spur. Melii pedem imponentis orbi, cum his litteris:

coarguerat, farris pretium in trinis nundinis ad assem redegit undecimus plebei tribunus: qua de causa statua ei extra portam Trigeminam, a populo stipe collata statuta est. Trebius in aedilitate assibus po- 2
pulo frumentum praestitit: quam ob causam et ei statuae in Capitolio ac Palatio dicatae sunt: ipse supremo die populi humeris portatus in rogum est. Verum quo anno Mater Deum advecta Romam est, maiorem ea aestate messem, quam antecedentibus annis decem, factam esse tradunt. M. Varro auctor

T. MINVCI. C. F. AVGVRINI. In alias denarii aversa parte expressa est eadem columna, cum dimidiato corpore leonum duorum, et spicis duabus ad basim, statua in summo, imagine prope columnam hinc tenentis lituum, illinc panes utraque manu tegentis. DAL. — *Minucius.* Lucius ei praenomen est in codd. Regg. Colb. Tlaan. In aliis MSS. et in libris editis nullum habet praenomen. Vide l. XXXIV, cap. 44, ubi *Publius* est An. V. C. 347, praefectus annonae Sp. Melii consilia retexit, qui tum regnum largitionibus affectabat. Liv. IV, 16: *L. Minucius bove aurato extra portam Trigeminam est donatus, ne plebe quidem invita, quia frumentum Melianum, assibus in modios aestimatum plebi dividit. Hunc Minucium apud quosdam auctores transisse a Patribus ad plebem, undecimumque tribunum plebis cooptatum seditionem, motam ex Meliana caede, sedasse, invenio.* Quum Minucium Plinius tradit undecimum fuisse tribunum plebei, cave propterea credas unicum umquam fuisse, ac sua ipsius aetate, tribunum plebis, non plures simul. HARD.

Statua ei. Exstat insigne huius rei monumentum in vetere nummo familiae Minuciae, apud Patinum, p. 179, expressa ei columna, cui imposita viri statua est, adiecto annonae symbolo, spicis duabus, etc. Dicetur de eo iterum XXXIV, 11. Aurato praeterea bove donatum, ut diximus, prodidit Livius, loc. laud. Simile grati animi monumentum in simili beneficio Nervae nummus exhibet cum hac epigraphe: PLEBEI. VRBANAE FRVMENTO. CONSTITVTO. H.

Trigeminam. Qua tergemini fratres Horatii exierunt. Inde ei portae nomen. Eadem Ostiensis ab Ammiano, Procopio, caeterisque eius aevi scriptoribus appellatur. Hodie porta S. Pauli, ab aede vicina. H.

Trebius. Anno V. C. 345. Trebii apud Gruterum frequens mentio: Treii nulla, quem hoc loco substituere quidam volunt. H.

Verum quo anno. M. Corn. Cethego, P. Sempronio Tuditano coss. anno V. C. 550, qui belli Punici secundi quintus decimus fuit, inquit Livius lib. XXIX. H.

Maiorem ea aestate messem. Aberat haec vox postrema *messem*, a libris omnibus ad hunc diem editis, mutila idcirco obscuraque sententia. Adieci-

est, quum L. Metellus in triumpho plurimos duxit elephantos, assibus singulis farris modios fuisse: item vini congios, ficique siccae pondo xxx, olei pondo
3 x, carnis pondo xii. Nec e latifundiis singulorum contingebat arcentium vicinos: quippe etiam lege Stolonis Licinii incluso modo quingentorum iugerum, et ipso sua lege damnato, quum substituta filii persona amplius possideret. Luxuriantis iam reipublicae fuit ista mensura. Manii quidem Curii, post triumphos immensumque terrarum adiectum imperio, nota

mus eam ductu admonituque eodd. MSS. Reg. etc. in quibus *maiorem ea aestatem esse* legimus: quod et ante nos Turnebus vidit, Advers. lib. I, cap. 20. Hann.

L. Metellus. Diximus VIII, 6, contigisse id anno V. C. 604, bello Punico primo. Quia et Catonis aevo, scribens de fertilitate et copia Galliae Cisalpinae Polybius lib. II: *Suis etiam temporibus*, ait, *medimnum frumenti siculum quatuor obolis veniisse: hordei, duobus: metretam autem vini, tantidem quanti hordeum.* Lipsium vide de Magnit. Rom. lib. IV, cap. 9. Hard.

Assibus singulis. Tunc imminutum erat as, et valebat tantum gallicae monetae denarios 11 3/4. Quanta tum fuit annonae vilitas! Brot.

Item vini. Assibus fuisse subintelligé, quod et subsequentium mercium tum pretium fuit. De hac annonae vilitate dictum lib. XV, cap. 1. H.

Nec e latifundiis. Nec tanta vilitas annonae contingebat e latis amplisque fundis, quales nunc singuli possident, qui et vicinos suos arcent, immodica possidendi cupiditate. H.

Incluso modo. Definita agri mensura quingentis iugeribus. Varro de Re Rust. lib. I: *Nam Stolonis illa lex quae vetat plus quingenta iugera habere civem romanum, et qui propter diligentiam culturae Stolonum confirmavit cognomen*, etc. Val. Max. lib. VIII, c. 6, n. 3: *C. Licinius Stolo... quum lege sanxisset, ne quis amplius quam quingenta agri iugera possideret, ipse mille comparavit: dissimulandique criminis causa, dimidiam partem filii emancipavit. Quam ob causam a M. Popilio Laenate accusatus, primus sua lege cecidit: ac docuit, nihil aliud praecipi debere, nisi quod quisque sibi imperaverit.* Decem millibus aeris damnatum a Popilio, hoc est, monetae gallicae libris quadringentis, Livius prodidit lib. VII, pag. 126, quod emancipando filium legi fraudem fecisset. Vide et Colum. lib. I, cap. 3, et Plutarchum in Camillo pag. 150. H.

Manii quidem. Vide Plutarch. in Apophth. pag. 194, Μάνιος Κούριος, etc. Valer. Max. lib. IV, cap. 3, de Manio Curio: *Decretis a senatu decem iugeribus agri populo, sibi autem quinquaginta, popularis assignationis modum non excessit: parum idoneum reipublicae civem existimans, qui eo quod reliquis tribueretur, contentus*

concio est: « Perniciosum intelligi civem, cui septem iugera non essent satis. » Haec autem mensura plebei post exactos reges assignata est. Quaenam ergo tantae ubertatis causa erat? Ipsorum tunc manibus imperatorum colebantur agri: ut fas est credere, gaudente terra vomere laureato et triumphali aratore: sive illi eadem cura semina tractabant, qua bella; eademque diligentia arva disponebant, qua castra: sive honestis manibus omnia laetius proveniunt, quoniam et curiosius fiunt. Serentem invenerunt dati honores Seranum, unde cognomen. Aranti quatuor sua iugera in Vaticano, quae Prata Quintia appellantur, Cincinnato viator attulit dicta-

non esset. Idem etiam refert Colum. I, 3, p. 18. De eo iam diximus l. VII, cap. 15. Hard.

Post exactos reges. Varro l. c. *Eiusdem gentis Stolonum C. Licinius tribunus plebis quum esset post reges exactos annis 365, primus populum ad leges accipiundas in septem iugera forensia e comitio eduxit.* II.

Ipsorum tunc manibus, etc. Senec. Epist. LXXXVIII, de Scipione Africano: *In hoc agello ille Carthaginis horror, cui Roma debet, quod tantum semel capta est, adlubat corpus laboribus rusticis festum. Exercebat cum opere se, terramque, ut mos fuit priscis, subigebat.* Dalec.

Dati honores. Nempe consulatus, quem gessit is cum Cn. Corn. Blasio, anno V. C. 497. Fuit ei M. Attilius Regulus nomen: cognomen Seranus, a sereudo, ut volunt; quo Marn allusit, Aen. VI, vers. 814: *Et te sulco, Serane, serentem.* Tamen in nummis veteribus quam plurimis Atiliae gentis, Saranum scribi, non Seranum vidimus. Vide et apud Palinum in fam. Atilia, pag. 42. Vide Valer. Max. lib. IV, cap. 4. II.

Aranti. Non minus eleganter Livius, III, 26: *Spes unica imperii populi romani L. Quintius trans Tiberim... quatuor iugerum colebat agrum, quae prata Quintia vocantur. Ibi ab legatis, seu fossam fodiens palae innixus, seu quum araret: operi certe, id quod constat, agresti intentus, salute data invicem, redditaque: rogatus ut... togatus mandata senatus audiret, admiratus, rogitansque, Satin' salva essent omnia? togam propere e tugurio proferre uxorem Reciliam iubet: qua simul, absterso pulvere ac sudore, velatus processit* etc. Vid. etiam Colum. in Praef. Gessit is dictaturam anno Vrbis 296, ut Fasti quidem prodiderunt. Hard.

Prata Quintia appellantur. Festus: *Quintia Prata dicta sunt a Quintio Cincinnato, quod sibi damnato filio venditis omnibus quotuor iugerum agrum trans Tiberim paraverat.* Fuere haec prata inter vineam Mediceam et molem Hadriani, sive castellum S.

turam, et quidem, ut traditur, nudo, plenoque pulveris etiamnum ore. Cui Viator, « Vela corpus, inquit, ut proferam senatus populique romani mandata. » Tales tum etiam viatores erant: quod ipsum

Angeli, hodieque campo ei nomen, i *Proti*. In nummis familiae Quintiae ap. Pat. pag. 236, num. 3, ex aere mediocri, legitur in ambitu: T. QVINCTIVS. CRISPINVS. III VIR. A. A. A. F. F. In medio, se. In altera parte, intra coronam querceam, ob cives servatos, AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST. Verum perpulchrum et singularem alterum ex auro vidimus nuper in hac urbe, apud D. DE CLESVES, qui nummus fuit hactenus Antiquariis inexploratus. Prior superficies vultum exhibet huius Quintii Cincinnati, quem Plinius nunc celebrat: impexa caesarie, barba veluti haud dudum rasa: sic ut annos praeferat vix quadraginta. In altera pagina stat Victoria alata, laeva palmam gestans, dextra coronam: qualis omnino pingitur in nummis Alexandri Magni. Latere dextro, QVINCTI, *Quinctius*: sine praenomine, vel cognomine: quae nota utraque caput hunc fuisse Quintiae gentis indicat: ut et Victoria, hostium reipublicae domitorem in dictatura: et capilli sponte flexi, Cincinnatum: quod ei cognomen primo datum ex ioco, postea laudi et gloriae fuit. Quum esset igitur T. Quintius sub Augusto triumvir auro, argento, aere flando feriundo, in honorem illius ex atavis suis, qui esset celebratissimus, et ex quo se genus trahere gloriaretur, nummum cudit aureum istum eximium: fecitque eiusdem ponderis, cuius sunt Alexandri M. aurea numismata. Vultum virorum insignium in nummis feriri Romae non licuit ante Pompeii tempora: anteriores, quorum vultus in nummis cernimus, ab eorum posteris, siquidem triumviri monetales essent, aut eorumdem iussu vel permissu, si consules; hunc sub Caesaribus honorem obtinuere, in auro, vel argento; ut in nummis Sullae Felicis observavimus. HARD.

Vt traditur nudo, etc. Turneb. Advers. lib. XXX, cap. 18: *Nodo manus pleno; quae nuntia morum.* Scilicet manus comprehensione, quoniam is manu stivam aratri tum tenebat. Sed refragantur libri omnes tum scripti, tum editi. EO. P.

Viator, Vela corpus, inquit, ut proferam senatus pop. rom. mandata. In optimo Chiffl. est *perferam*. Nec dubito, quin rectius. Neque enim perlata sunt, priusquam audita et pronuntiata: et pronuntiando traduntur, quod quid aliud, quam perferuntur. Similiter apud Iuvenalem, Sat. VI, v. 390, *dictataque verba Pertulit*, genere loquendi Satyram admodum decenti in precibus praesertim parum probatis a sacerdote praeeunte *ad deos scilicet secundum consuetudinem*, ut habet vetus Scholiastes. Non ergo *proferom*. GRON. — *Cui viator. Un huissier.* Columella in Praef. *Illis*, ait, *temporibus proceres civitatis in agris morabantur: et quam consilium publicum desiderabatur, a villis arcessebantur in senatum. Ex quo, qui eos evocabant, Viatores nominati sunt.* Vide etiam Festum, verbo *Viatores*. HARD.

Viatores erant. De illorum officio

nomen inditum est subinde et ex agris senatum ducesque arcessentibus. At nunc eadem illa vincti pedes, damnatae manus, inscriptique vultus exer-

et ministerio Alex. ab Alex. lib. I, cap. 27. Dalec.

At nunc. Eadem Columellae conquestio oratione pereleganti, praefatione operis: *Nec posthaec reor intemperantia caeli nobis ista, sed nostro potius accidere vitio, qui rem rusticam pessimo cuique servorum, velut carnifici noxiae dedimus, quam maiorum nostrorum optimus quisque tractaverit.* Caetera consule. Hard.

Vincti pedes. Vinctos olim compeditos, alligatos, deligatos vocaverunt. Apuleius, Apolog. I: *Quindecim liberi homines populum faciunt, totidem servi familiam, totidem vincti ergastulum.* Hoc genus servorum, qui ruri in compedibus agerent, Plautus in Mostellaria lepide *genus ferratile* vocat. Servos autem ruris *instrumenta vocalia* iurisconsulti esse aiunt, ut plaustra *muta*, boves *semivocalia*. Dal.

Damnatae manus. Sic eos servos appellat, quos Columella lib. I, et c. 3, *de lapide noxios*, fures percussores; qui virginem constuprassent, vitiosos, gravis criminis reos, noxae deditos, venireque ad lapidem ideo iussos: nam praecone in lapide stante, et pretium faciente, venibant servi probi, malique. Plaut. Bacch. IV, 7, 16: *O stulte, stulte, neseis nunc vendi te Atque in eo ipso adstas lapide, ubi praeco praedicat.* Graeci vocabant πρατῆρα λίθον; Pollux, Plutarchus in Solone: τράπεζαν vero, in quam conscendebant, qui vendebantur, Aristoph. Brod. lib. VI, cap. 5; Alexand. ab Alexand. lib. III, cap. 16. Idem auctor, lib. III, cap. 20, omnia poenarum genera recenset, quibus nequam servos, maleficos, flagitiosos olim ulcisci solebant, et apud diversas gentes varia servorum nomina: et cap. 25 eiusdem lib. servorum conditionem a Rhodigino descriptam explicat. Dal.

Inscriptique vultus exercent. Stigmatiae, vel stigmatici, mancipia ob insigne aliquod flagitium inustis signis notata, praecipue litteris, quamobrem *litterata* etiam vocaverunt, quomodo, et equos nunc κοππατίας, nunc *samphoras*, a notis K et Σ, Rhodig. lib. VII, cap. 31. Atheniensibus captivis imaginem equi Syracusano cauterio impressisse notum est: Athenienses vero Samiorum fronti candente ferro inscripsisse noctuam: quamobrem et Samium notatum servum dici idem Rhodiginus censet, lib. XI, cap. 11, lib. XV, cap. 27. Samios Atheniensium captivis noctuam inussisse, et Athenienses Samiis Samaenam, quod navigii genus est, docet Brod. l. IV, c. 24; Alex. ab Alex. l. IV, c. 18. Plutarch. auctor est Thracas in ultionem Orphei suas uxores notare solitos. Valer. Max. *Servus ab eo vinculorum poena coërcitus, inexpugnabilique litterarum nota per summam oris contumeliam inustus.* Phocylides, Στίγματα μὴ γράψῃς ἐπονειδίζων θεράποντα. Pithoeus, lib. II, cap. 9. Eiusmodi servos *stigmaticos* Cicero, Offic. II. *Cicatrice stigmosos* Plinius Iunior, Epist. lib. V. *Litteratos* Plautus appellat. *Alexander Phereus quum infinito amore Thebes uxoris teneretur, ad eam ex epulis in cubiculum veniens, barbarum compunctum notis Threiciis, stricto*

cent: non tamen surda tellure, quae parens appellatur, colique dicitur ipsa: honore his assumpto, ut non invita ea, et indignata, credatur id fieri. Sed nos miramur ergastulorum non eadem emolumenta esse, quae fuerint imperatorum.

V. Igitur de cultura agri praecipere principali fuit et apud exteros. Siquidem et reges fecere, Hiero, Philometor Attalus, Archelaus: et duces Xenophon, et Poenus etiam Mago: cui quidem tantum honorem senatus noster habuit Carthagine capta, ut quum regulis Africae bibliothecas donaret, unius eius duo-

gladio iubebat antire. Val. Max. lib. IX, cap. 15. Dal. — *Inscriptique.* Notata frons stigmate, quod inuri servis soleret. Ausonius de Pergamo scriptore servo ac fugitivo: *Tam segnis scriptor, quam lentus, Pergame, cursu Fugisti, et primo captus es in stadio. Ergo notas scripto tolerasti, Pergame, vultu: et quas neglexit dextera, frons patitur.* De hisce stigmatibus vide Gothofr. in cod. Theod. lib. IX, tit. 40, de poenis, pag. 294. Harn.

Non tamen surda. Quanquam vilissimorum hominum manibus colitur, quod ipsa poscitur, benigna producit. Harn.

Honore. Honorem iis *nominibus, sibi habitum tellus sumit ultro, eoque contenta est*: ut non ab invita ea et indignata fieri istud credatur, *quod fructus edat quos rogatur, nec surda sit.* Harn.

Et indignata. Sic ex MSS. emend. Hard. *et indignante* Chiffl. *et indigne ferente* Gronovius et alii. Ed. P.

Ergastulorum non eadem, etc. Sic μετωνυμικῶς servos appellabant, qui in villarum ergastulis, id est, cellis subterraneis obscuris custodiebantur. Vide Brissonium, lib. II, cap. 9. Dalec.

V. *Siquidem et reges.* De his egimus in auctorum Indice. H.

Philometor Attalus. Aestimandum sintne duo auctores *Philometor* et *Attalus*, an unus tantum. Nam Plinius hic duos accipere videtur, ut apparet etiam ex Indice praesentis libri, ubi tam in exemplari scripto, quam in impressis sic habetur: *Externis, Hesiodo, Theophrasto, Aristotele, Democrito, Hierone rege, Philometore rege, Attalo rege.* Videtur etiam Columella huius esse opinionis, lib. I, cap. 1: *Siculi quoque*, inquit, *non mediocri cura negotium istud prosequuti sunt, Hieron et Epicharmus discipulus, Philometor et Attalus.* At M. Varro lib. I, cap. item 1, unum tantum intelligit Philometorem Attalum his verbis: *Hi sunt quos habere in consilio poteris, quum quid consulere voles: Hiero Siculus, et Attalus Philometor.* A Varrone autem magis stu; nam Attalus rex Asiae, studiosus rei rusticae, amicus populi romani, quem post mortem reliquit heredem, Philometor cognominatus est, ob pietatem puto erga

detriginta volumina censeret in latinam linguam transferenda, quum iam M. Cato praecepta condidisset: peritisque linguae punicae dandum negotium, in quo praecessit omnes vir clarissimae familiae D. Silanus. Sapientes vero complures, quos sequentes praetexuimus in hoc volumine, non ingrate nominando M. Varrone, qui octogesimum primum vitae annum agens, de ea re prodendum putavit. (IV.) Apud Romanos multo serior vitium cultura esse coepit. Primoque, ut necesse erat, arva tantum coluere: quorum nobis ratio nunc tractabitur non vulgari modo: verum, ut adhuc fecimus, et vetustis et postea inventis omni cura perquisitis, causaque rerum et ratione simul eruta. Dicemus et sidera, siderumque ipsorum terrestria signa dabimus indubitata: quandoquidem qui adhuc ea diligentius tractavere,

matrem, ut colligitur ex Strabone, lib. XIII, et Trogo Pompeio, lib. XXXVI. Pint. — *Philometor Attalus.* Sic et Turneb. At Gron. et al. distinctim, *Philometor Attalus*; et ita ex MS. Reg. 2, Broterius et Rezzonicus. Ed. P.

Peritisque linguae Punicae. MSS. Reg. etc. *peritisque punice*, ut sit adverbium, sicut *graece*, *latine*. H.

Clarissimae familiae. Nam ex ea familia fuere, ut iam diximus, A. Licinius Nerva Silanus, triumvir monetalis, sub Augusto: Silanus, Orienti praefectus, in nummis ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ, sub Tiberio: M. Silanus, nepos, neptis Augusti apud Pliuium, lib. VII, cap. 11, et ex eo natus Aelius Silanus, frater Nervae imp. in nummo inscripto AESILLAS, quem alibi explicuimus. Clarissimae igitur familiae *Decimus Silanus* iste fuit. Hard.

Quos sequentes. Qui priorum tempora subsequuti sunt, quosque huius operis initio appellavimus, nempe l. I. In MSS. Reg. 2, *quos sequeremur*, scriptura haud penitus improbanda. H. — Broterius, *quos sequeremur*, ex MS. Reg. 2, edit. principe et Rezzonic. Ed. P.

Non ingrate. Ex infinito numero libenter Varronem appellamus. In MS. Reg. 2, *non in grege*, quasi extra gregem nominandn, quia antecellit. Hard.

Octogesimum primum. Varro statim in ipso operis progressu, de Re Rust. lib. I, cap. 1: *Cogitans*, inquit, *esse properandum, quod (ut dicitur) si est homo bulla, eo magis senex. Annus enim octogesimus admonet me, ut sarcinas colligam, antequam proficiscar e vita.* In quo Varronis loco unitatis notam excidisse e numero

quibusvis potius, quam agricolis, scripsisse possunt videri.

VI. Ac primum omnium oraculis maiore ex parte agemus, quae non in alio vitae genere plura certiorave sunt. Cur enim non videantur oracula a certissimo die maximeque veridico usu profecta? Principium autem a Catone sumemus. (v.) Fortissimi viri et milites strenuissimi ex agricolis gignuntur, minimeque male cogitantes. Praedium ne cupide emas. In re rustica operae ne parcas, in agro emendo minime. Quod male emptum est, semper poenitet. Agrum paraturos ante omnia intueri oportet aquam, viam, et vicinum. Singula magnas interpretationes habent, nec dubias. Cato in conterminis hoc amplius

annorum Varronis, Fulv. Vrsinus in nott. p. 10, recte admonuit. Haro.

Quibusvis potius. Sic ex MSS. em. Hard. *quibusvis oratoribus potius* Gronov. et Al. Ed. P.

VI. *Certissimo die.* Nam dies usum affert, qui optimus omnium est magister. MSS. omnes, *die*, recte: non *deo*, ut Lipsio visum. In hanc sententiam Colum. egregie, lib. I, cap. 1: *Vsus et experientia dominantur in artibus: neque est ulla disciplina, in qua non peccando discatur*, etc. H.

Fortissimi. Haec Cato in praef. libri de Re Rust. Haro.

Ex agricolis gignuntur. Cato, cap. 2 et 11; Vegetius lib. I de militum delectu; vide et Alex. ab Alex. lib. I, cap. 20. Dal.

Aquam, viam, et vicinum. In MSS. Reg. aliisque *aquam*, *vim*. In editis, *aquarum vim*, male. Cato in praef. de Re Rust. *aquam*, *viam*, scribendum suggerit. *Loco*, inquit, *salubri ager siet, bonumque aquarium* (alii codd. *bonumque aquarium*) *oppidum validum prope siet, aut mare, aut amnis, qua naves ambulent, aut via bona celebrisque.* Columella quoque lib. I, cap. 3: *Post haec duo principalia subiungebat Cato illa non minus intuenda: viam, et aquam, et vicinum. Multum conferre agris iter commodum: primum, quod est maximum, ipsam praesentiam domini, qui libentius commeaturus sit, si vexationem viae non reformidet: deinde ad vehenda et exportanda utensilia... De bonitate aquae ita omnibus clarum est, ut pluribus non sit disserendum... De vicini commodo non est quidem certum, quem nonnumquam mors, aliaeque nobiscum diversae causae mutant*, etc. Haro.

Singula magnas interpretationes habent, nec dubias. Has interpretationes ex Columella dedit Hard. not. 4 sup. Ed. P.

Cato. Cato loc. cit. *Vicini quo pacto niteant, id animum advertito; in bona regione bene nitere oportebit*, etc. Hard.

aestimari iubet, quo pacto niteant; in bona enim, inquit, regione bene nitent. Atilius Regulus, ille 3
Punico bello bis consul, aiebat, neque fecundissimis locis insalubrem agrum parandum, neque effetis saluberrimum. Salubritas loci non semper incolarum colore detegitur, quoniam assueti etiam in pestilentibus durant. Praeterea sunt quaedam partibus anni salubria; nihil autem salutare est, nisi quod toto anno salubre. Malus est ager, cum quo dominus luctatur. Cato inter prima spectari iubet, ut solum sua virtute valeat, qua dictum est positione: ut operariorum copia prope sit, oppidumque validum: ut navigiorum evectus vel itinerum: ut bene aedificatus et cultus, in quo falli plerosque video. Segnitiem 4
enim prioris domini pro emptore esse arbitrantur. Nihil est damnosius deserto agro. Itaque Cato: De bono domino melius emi, nec temere contemnendam alienam disciplinam; agroque, ut homini, quamvis

Atilius Regulus. Haec iisdem verbis Columella, de Re Rust. l. I, c. 4: *In universum tamen quasi testificandum, atque saepius praedicandum habeo, quod primo iam Punico bello dux inclytissimus M. Atilius Regulus dixisse memoratur: fundum, sicuti ne fecundissimi quidem soli, quum sit insalubris: ita nec effeti sit, si vel saluberrimus sit, parandum. Quod Atilius aetatis suae agricolis maiore cum auctoritate suadebat peritus usu. Nam Pupiniae pestilentis simul et exilis agri cultorem fuisse eum loquuntur historiae.* De eo multa Seneca lib. de Consol. ad Helv. cap. 12. Hard.

Punico bello. Primo. H.

Malus est ager. Columella I, 3. Hard.

Cato inter. Catonis verba loc. cit. *Vti bonum caelum habeat, ne calamitosum siet: solum bonum sua virtute valeat.* H.

Qua dictum est. Quo proxime dictum est, situ, iuxta amnem, aut mare, iterque commodum, etc. vel quo dictum est lib. XVII, cap. 3, agrum optime situm esse oportere. Hard.

Vt operariorum. Cato loc. cit. H.

Itaque Cato. Loc. cit. *Caveto alienam disciplinam temere contemnas. De domino bono colono, bonoque aedificatore melius emetur... Videto, quam minimi instruomenti, sumptuosusque ager ne siet. Scito idem agrum, quod hominem, quamvis quaestuosus siet, si sumptuosus erit, relinqui non multum.* H.

quaestuosus sit, si tamen et sumptuosus, non multum superesse. Ille in agro quaestuosissimam iudicat vitem: non frustra, quoniam ante omnia de impensae ratione cavit. Proxime hortos riguos: nec id falso, si sub oppido sint. Et prata antiqui parata dixere. Idemque Cato interrogatus, quis esset certissimus quaestus, respondit, si bene pascas. Quis proximus? Si mediocriter pascas. Summa omnium in hoc spectando fuit, ut fructus is maxime probaretur, qui quam minimo impendio constaturus esset. Hoc ex locorum occasione aliter alibi decernitur. Eodemque pertinet, quod agricolam vendacem esse
6 oportere dixit. Fundum in adolescentia conserendum sine cunctatione, aedificandum non nisi consito agro: tunc quoque cunctanter; optimumque est (ut vulgo

Non multum superesse. Post factas impensas non multum superesse fructuum, et quaestus. H.

Ille in agro. Cato loc. cit. Varro, de Re Rust. lib. I, cap. 4: *Cato quidem*, inquit, *gradatim praeponens, alium alio agrum meliorem dicit esse in novem discriminibus: quod sit primus, ubi vineae possint esse bono vino et multo: secundus, ubi hortus irriguus: tertius, ubi salicta: quartus, ubi oliveta: quintus, ubi pratum: sextus, ubi campus frumentarius: septimus, ubi caedua silva: octavus, ubi arbustum: nonus, ubi glandaria silva. Scrofa: Scio, inquit, scribere illum: sed de hoc non consentiunt omnes, quod alii dant primatum bonis pratis, ut ego quoque: a quo antiqui prata parata appellarunt*, etc. Hard.

Et prata... parata... « Quod protinus essent parata, inquit Columella, de Re Rust. lib. II, c. 17, nec magnum laborem desiderarent. » Vel quod paratus et annuus sit hic terrae fetus: nam et idcirco *fenum quoque pratorum*, auctore Festo: *a fenore est appellatum, quando id ipsum manens, quotannis novum parit.* H.

Idemque Cato. Refert id quoque Columella lib. VI in praefat. *Ut etiam*, inquit, *M. Cato credidit, qui consulenti quam partem rei rusticae exercendo celeriter locupletari posset, respondit, si bene pasceret: rursusque interroganti quid deinde faciendo satis uberes fructus percepturus esset, affirmavit, si mediocriter pasceret.* Refert hoc ipsum Tullius, de Offic. lib. II, n. 88. H.

Eodemque pertinet. Cato de Re Rust. cap. 11: *Patrem familias vendacem, non emacem esse oportet.* Et paulo ante: *Vendat oleum... vinum, frumentumque quod supersit. Vendat boves vetulos*, etc. H.

Fundum. Verba Catonis plena elegantiae lib. de Re Rust. c. 3: *Prima adolescentia patremfamiliae agrum*

dixere) aliena insania frui; sed ita, ut villarum tutela non sit oneri. Eum tamen qui bene habitet, saepius ventitare in agrum; frontemque domini plus prodesse quam occipitium, non mentiuntur.

VII. (VI.) Modus hic probatur, ut neque fundus villam quaerat, neque villa fundum. Non ut fecerunt iuxta diversis eadem aetate exemplis L. Lucul-

conserere statim studere oportet: aedificare diu cogitare oportet, conserere cogitare non oportet: sed facere. Vbi aetas accessit ad annos XXXVI, tum aedificare oportet, si agrum consitum habeas. H.

Tum quoque cunctanter; optimumque est, ut vulgo dixere, aliena insania frui, sed ita ut villarum tutela non sit oneri. Pintianus in ordine verborum peccatum fuisse censet, scribendumque pronuntiat; *Tunc quoque cunctanter, et ita ut villarum tutela non sit oneri. Optimumque est, ut vulgo dixere, aliena insania frui.* Sed minime emendatione opus est, quum sibi optime in vulgg. constet sententia. Ed. P.

Eum tamen. Cato cap. IV: *Ruri si recte habitaveris, libentius et saepius venies: Fundus melius erit: minus peccabitur, fructus plus capies, Frons occipitio prior*, hoc est, potior, melioque. Sic ille Persa apud Xenophontem in Oecon. interrogatus, quae res potissimum saginaret equum, respondit, Oculus domini, δεσπότου ὀφθαλμός. Festive ut semper Phaedrus lib. II, fab. 8: *Cervus nemorosis excitatus latibulis*, etc. Sic Columella I, 1 elegantes: *Ac ne ipsa quidem praesidia... tantum pollent, quantum vel una praesentia domini: quae nisi frequens operibus intervenerit, ut in exercitu quum abest imperator, cuncta cessant officia: maximeque reor hoc significantem Poenum Magonem suorum scriptorum primordium talibus auspicatum sententiis: qui agrum parabit, domum vendat; ne malit urbanum, quam rusticum larem colere. Cui magis cordi fuerit urbanum domicilium, rustico praedio non erit opus.* Et lib. IV, c. 18: *Oculi et vestigia domini, res agro saluberrima.* H.

VII. *Modus hic.* Aedificandi videlicet. Cato cap. III: *Ita aedifices, ne villa fundum quaerat, neve fundus villam.* Sic et Colum. lib. I, cap. 4, ex Catone. Quaerit fundus villam, quum villa minus magna est, quam modus fundi postulat. Quaerit villa fundum, quum maior est villa: quae tuenda est sumptu maiore. Ita fere Varro de Re Rust. lib. I, cap. 11. Villam hoc loco urbanam intellige, hoc est, eam partem, quam ruri dominus sibi recepit: quae quia elegantius instrui solet, urbana dicitur, quasi urbani uitoris, *maison de campagne.* Harp.

Non ut fecerunt. Columella de Re Rust. lib. IV, cap. 20: *Multos enim decerrasse memoria prodidit, sicut praestantissimos viros L. Lucullum et Q. Scaevolam, quorum alter maiores, alter minus amplas, quam postulavit modus agri, villas exstruxit, quum*

lus, et Q. Scaevola, quum villa Scaevolae fundus careret, villa Luculli agro. Quo in genere censoria castigatio erat, minus arare, quam verrere. Nec hoc sine arte quadam est. Novissimus villam in Misenensi posuit C. Marius septies consul, sed peritia castrametandi; sic ut comparatos ei caeteros etiam Sulla Felix caecos fuisse diceret.

2 Convenit nec iuxta paludes ponendam esse, neque

utrumque sit contra rem familiarem, etc. HARD.

Quum villa. Nam et illa Scaevolae fructibus deerat, quum parva nimis esset: villam Luculli ingentem et magnificam vix amplectebatur ager. HARD.

Censoria castigatio erat. Nam, quod Cicero libro de Legibus ait, censorum officia haec fuerunt: *Populi avitates, suboles, familiasque censento, coelibes esse prohibento.* De hac re vide Lipsium I, 4. Varro, *Censoria notâ reprehensus senator, senatu amovebatur: equiti facinoroso equus adimebatur: plebeius in Ceritum tabulas referebatur, nempe aerarius fiebat, et comitiis suffragioque privabatur.* De censorum creatione, et munere prolixe disserit Alexand. ab Alex. cap. XIII. Vectigalia et portoria nova statuere, vetera exigenda mandare, publicanis et conductoribus locare, quantum cuique conferendum aeris esset, iubere, censorum munus etiam fuit, ut Athenis τῶν ἀποδεκτῶν. DALEC. — *Censoria.* Censorum animadversioni obnoxius erat qui lautiorem villam pararet, quae verri deberet, quam ampliorem agrum, quem araret. H.

In Misenensi. In Campania. Vide lib. III, cap. 9. De hac Misenensi villa multa disserit Plutarchus in Mario p. 424. H.

Sulla Felix caecos fuisse diceret. Caecos ideo, quod quum Marius novissimus in Misenensi villam aedificaret, tamen commodissimo eam situ posuit, quem alii praeoccupare neglexissent ob imperitiam eligendi. Id testimonium eo gravius fuit, quia ab inimico prolatum. GELEN.

Convenit. Columella de Re Rust. lib. I, cap. 5: *Nec paludem quidem vicinam esse oportet aedificiis... quod illa caloribus noxium virus eructat, et infestis aculeis armata gignit animalia, quae in nos densissimis examinibus involant. Tum etiam natricum serpentiumque pestes, hiberna destitutas uligine, coeno et fermentata colluvie, venenatas emittit, ex quibus saepe contrahuntur caeci morbi... sed et anni toto tempore situs atque humor instrumentum rusticum, supellectilemque, et inconditos conditosque fructus corrumpit.* Varro de Re Rust. lib. I, cap. 12: *Advertendum etiam si qua erunt loca palustria, et quod arescunt, et quod in iis cresunt animalia quaedam minuta, quae non possunt oculi consequi, et per aëra intus in corpus per os ac nares perveniunt, atque efficiunt difficiles morbos.* HARD.

Nec iuxta paludes. Vitruvius lib. VI, cap. 8. DAL.

Neque adverso. Columella loc. cit. *Cavendum tamen erit, ut a tergo po-*

adverso amne: quanquam Homerus omnino e flumine semper antelucanas auras insalubres verissime tradidit. Spectare in aestuosis locis septemtriones debet, meridiem in frigidis: in temperatis exortum aequinoctialem. Agri ipsius bonitas, quibus argumentis iudicanda sit, quanquam de terrae optimo genere disserentes abunde dixisse possumus videri, etiamnum tamen traditas notas subsignabimus, Catonis maxime verbis: Ebulum, vel prunus silvestris, vel rubus, bulbus minutus, trifolium, herba pratensis, quercus, silvestris pirus, malusque, frumentarii soli notae. Item nigra terra, et cinerei coloris. Omnis creta coquit, nisi permacra; sabulumque, nisi id etiam pertenue est: et multo campestribus magis, quam clivosis, respondent eadem.

Modum agri in primis servandum antiqui putavere: 3

tius, quam prae se villa flumen habeat... quum plerique amnes aestate vaporatis, hieme frigidis nebulis caligent. Hard.

Homerus. Odyss. E, vs. 469, frigidas esse auras antelucanas scribit: Αὔρη δ' ἐκ ποταμοῦ ψυχρὴν πνέει ἠῶθι πρό. Hard.

Spectare. Columella lib. I, cap. 5. Hard.

Aestuosis. Ch. *aestivosis.* Ed. P.

Agri ipsius bonitas. Columell. lib. I, cap. 3; Theophrastus, de Causs. lib. II, cap. 5. Dal.

Abunde dixisse. Libro super. cap. 3.

Catonis. Haec apud Catonem hucusque minime reperta. Sunt quaedam ex iis apud Columellam lib. II, cap. 2: *Plurimos antiquorum*, inquit, *qui de rusticis rebus scripserunt, memoria repeto, quasi confessa, nec dubia signa pinguis ac frumentorum fertilis agri prodidisse, dulcedinem soli propriam, herbarum et arborum proventum, nigrum colorem vel cinereum*, etc. Et post quaedam interposita: *Multa sunt quae terram frumentis habilem significent, ut iuncus, ut calamus, ut gramen, ut trifolium, ebulum, rubi, pruni silvestres et alia complura, quae etiam indagatoribus aquarum nota, nonnisi dulcibus terrae venis educantur.* H.

Ebulum, etc. De his suo loco dicemus. De bulbo inprimis XIX, 30. Herba pratensis Catoni, Columellae ac caeteris gramen est. H.

Herba pratensis. Lolus vel Medica: nam hae in pinguissimis agris proveniunt. Gramen Colum. numerat l. II, cap. 2, itemque iuncum et calamum: ut fortassis eas plantas herbam pratensem vocet Cato. Dal.

Modum agri In eam rem scite et eleganter Columella lib. I, cap. 3:

quippe ita censebant: « Satius esse minus serere, et melius arare: » qua in sententia et Virgilium fuisse video. Verumque confitentibus latifundia perdidere Italiam, iam vero et provincias. Sex domini semissem Africae possidebant, quum interfecit eos Nero princeps: non fraudando magnitudine hac quoque sua Cn. Pompeio, qui nunquam agrum mercatus est conterminum. Agro empto domum vendendam, inclementer atque non ex utilitate publici status Mago censuit, hoc exordio praecepta pandere ingressus, ut tamen appareat assiduitatem desideratam ab eo.

4 Dehinc peritia villicorum in cura habenda est; multaque de iis Cato praecepit. Nobis satis sit dixisse, quam proximum domino corde esse debere, et tamen

Nos ad certa praecepta illud adiicimus, quod sapiens unus de septem in perpetuum posteritati pronuntiavit, μέτρον ἄριστον, adhibendum modum mensuramque rebus: idque ut non solum aliud acturis, sed et agrum paraturis dictum intelligatur: ne motorem, quam ratio calculorum patiatur, emere velit. Nam huc pertinet praeclara nostri poetae sententia: Laudato ingentia rura, Exiguum colito. *Quod vir eruditissimus, ut mea fert opinio, traditum vetus praeceptum numeris signavit: quippe antiquissimam gentem Poenos dixisse convenit, imbecilliorem agrum quam agricolam esse debere: quoniam quum sit colluctandum cum eo, si fundus praevaleat, allidi dominum. Nec dubium quin minus reddat laxus ager non recte cultus, quam angustus eximie.* Hard.

Semissem Africae. Mediam Africae partem, hoc est, Zeugitanae regionis, de qua dictum est lib. V, cap. 3. H.

Non fraudando. Familiaris scriptori nostro loquendi modus: sic paulo ante, c. 5, *non ingrate nominando M. Varrone*, etc. Quo loco, inquit, fraudari non debet merita laude Pompeius, etc. H.

Agro empto. Columella, I, cap. 1: *Nisi praesentia domini frequens operibus intervenerit, ut in exercitu quum abest imperator, cuncta cessant officia. Maximeque reor hoc significantem Poenum Magonem, suorum scriptorum primordium talibus auspicatum sententiis: Qui agrum parabit, domum vendat: ne malit urbanum, quam rusticum larem colere: cui magis cordi fuerit urbanum domicilium, rustico praedio non erit opus*, etc. H.

Cato praecipit. Libro de Re Rust. cap. 5. H.

Quam proximum domino corde. Peritia quam simillimum domino esse debere. *Egregie cordatus homo*, egregie peritus. Optime scire oportet villicum, quae dominus velit, ut obsequatur, et possit aliis praecipere:

sibimetipsi non videri. Coli rura ab ergastulis pessimum est, et quidquid agitur a desperantibus. Temerarium videatur unam vocem antiquorum posuisse, et fortassis incredibile penitus aestimetur : Nihil minus expedire, quam agrum optime colere. L. Tarius 5 Rufus infima natalium humilitate, consulatum militari industria meritus, antiquae alias parcimoniae, circiter millies HS liberalitate Divi Augusti congestum, usque ad detrectationem heredis exhausit, agros in Piceno coëmendo, colendoque. In gloria internecionem ergo famemque censemus ? Immo hercules, Modum iudicem rerum omnium utilissimum. Bene colere necessarium est: optime, damnosum, praeterquam sobole, suo colono, aut pascendis. Alioqui colente domino aliquas messes colligere non expedit, si computetur impendium operae. Nec temere olivam: nec

et tamen sibimetipsi non videri: hoc est quod Cato c. V dicit: *Ne plus censeat sapere se, quam dominum: consideretque, ut quae dominus imperaverit, fiant.* H.

Et fortassis incredibile penitus existimetur. Lego, *fortassis incredibile ut penitus existimetur*, ex vetere exemplari. Dal. — Sic edidere Gron. et Al. ante Hard. Ed. P.

L. Tarius Rufus. Eius in condemnando parricida filio mitiorem sententiam lege apud Senecam, lib. de Clementia, c. 15. Dal. — *L. Tarius Rufus.* Anno V. C. 737, gessit consulatum ex kalendis Iuliis, Augusti principatu, ut quidem Fasti tradunt. Hard.

Millies HS. Millies centena sesterlium millia quae gallicae monetae faciunt libras, ut vocant, 10,000,000, seu milliones decem. Hard. — Immo millies sesterlium sunt gall. monetae libras 19,455,025. Brot.

Ad detrectationem. Vt gerere se pro herede eo mortuo, nemo non detrectaret. H.

In gloria internecionem. Negleetum agri. Numquid satius igitur, ut negligenter agrum colendo dominus esuriat? H. — *Colendoque in gloriam. Internecionem ergo.* Ita bene MSS. Reg. 1 et 2, et editio princeps. Male recentiores, *colendoque. In gloria internecionem ergo.* Brot.

Modum iudicem. Μέτρον ἄριστον esse censuerim. H.

Praeterquam sobole. Nisi ad colendum agrum opera liberorum utatur, vel coloni sui, aut aliorum, quos alioqui posci atque a domino opus sit. H.

Si computetur. Quum sumptus fructum superet, si colere per se dominum ipsum oporteat. H.

Nec temere olivam. Subintellige, diligenter colere oportet; quoniam non ulla est oleis cultura, uti ex

quasdam terras diligenter colere, sicut in Sicilia, tradunt: itaque decipi advenas.

VIII. Quonam igitur modo utilissime colentur agri? Ex oraculo scilicet, malis bonis. Sed defendi aequum est abavos, qui praeceptis suis prospexere vitae. Nam quum dicerent malis, intelligere voluere vilissimos. Summum providentiae illorum fuit, ut quam minimum esset impendii. Praecipiebant enim ista, qui triumphali denas argenti libras in supellectile crimini dabant: qui, mortuo villico, relinquere victorias, et reverti in sua rura postulabant: quorum praedia colenda suscipiebat respublica: exercitusque ducebant, senatu illis villicante. Inde illa reliqua oracula: Ne-

Virgilio observavimus, lib. IV, vers. 28. H.

In Sicilia. Theophr. Hist. lib. VIII. c. 6: Παρ' ἄλλοις δὲ τὸ λίαν ἐργάζεσθαι βλάπτει, καθάπερ ἐν Σικελίᾳ. *Apud alios cultus nimius obest, uti in Sicilia.* Adde eiusdem Theophrasti historiam, de Caus. lib. III, cap. 25, de colono illo Corinthio in Syracusani agri cultura aberrante: quam Plinius et antea retulit, lib. XVII, c. 3, et nunc iterum indicat, quum subiungit, *itaque decipi advenas.* H.

VIII. *Colentur.* Brot. ex MS. Reg. 1, *coluntur.* Ed. P.

Qui triumphali. Hoc est, triumphali viro. Quem Plinius nolet hoc loco indicabimus lib. XXXIII, cap. 50. Signat hoc tempus egregio versiculo Ovidii, Fast. lib. I, v. 208: *Quum levis argenti lamina crimen erat.* H. — *Qui triumphales denas.* Ita bene MSS. Reg. 1 et 2, et editio princeps. Frustra in recentioribus emendatum *triumphali.* Id a censoribus crimini datum Cornelio Rufino bis consuli et dictatura functo, anno V. C. 478. Brot.

Qui mortuo. Atilium Regulum intelligit, qui maritimo ac terrestri praelio fractis Carthaginiensium viribus, postea victus ab iis et in acie captus, anno V. C. duodequingentesimo. Valer. Max. lib. IV, cap. 4, num. 6: *Eiusdem nominis et sanguinis Atilius Regulus, primi Punici belli gloria cladesque maxima: quum in Africa insolentissimae Carthaginis opes crebris victoriis contunderet, ac prorogatum sibi ob bene gestas res in proximum annum imperium cognosset: consulibus scripsit, villicum in agello, quem septem iugerum habebat, mortuum esse, occasionemque nactum mercenarium amoto inde rustico instrumento discessisse: ideoque petere ut sibi successor mitteretur, ne deserto agro non esset unde uxor ac liberi sui alerentur. Quae postquam senatus a consulibus accepit, et agrum Atilii illico colendum locari, et alimenta coniugi eius ac liberis praeberi, resque, quas amiserat, redimi publice iussit.* Haad.

Quorum praedia. MSS. *haerendia.* Forte, *heredia*, ut visum est Turne-

quam agricolam esse, quisquis emeret, quod praestare ei fundus posset. Malum patrem familias, quisquis interdiu faceret, quod noctu posset, nisi in tempestate caeli. Peiorem, qui profestis diebus ageret, quod feriatis deberet. Pessimum, qui sereno die sub tecto potius operaretur, quam in agro.

Nequeo mihi temperare, quo minus unum exem- 3
plum antiquitatis afferam, ex quo intelligi possit, apud populum etiam de culturis agendi morem fuisse, qualiterque defendi soliti sint illi viri. C. Furius Cresinus e servitute liberatus, quum in parvo admodum agello largiores multo fructus perciperet, quam ex amplissimis vicinitas; in invidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret veneficiis. Quamobrem a Sp. Albino curuli die dicta, metuens damnationem, quum

ho, Advers. lib. XXX, c. 18. H. — Heredium, parvum est praedium, quod hereditate obveuit. En. P.

Quod feriatis. Vt Virgilius cecinit Georg. I, v. 268: »Quippe etiam festis quaedam exercere diebus Fas et iura sinunt: rivos deducere nulla Relligio vetuit, segeti praetendere saepem, Insidias avibus moliri, incendere vepres, Balantumque greges fluvio mersare salubri.» »Quamquam pontifices, inquit Columella, negant segetem feriis sepiri debere: vetant quoque lanarum causa lavari oves, nisi propter medicinam... Feriis autem ritus maiorum etiam illa permittit: far pinsere, faces incidere, candelas sebare, etc.» Et Cato, cap. II: »Per ferias vero fossas veteres tergeri, viam publicam muniri, vepres recidi, hortum fodiri, etc.» »M. Porcius Cato, inquit Columella l. c. mulis, equis, asinis nullas esse ferias dixit, etc.» H.

Cresinus. MSS. *Cresimus.* Apud Grulerum, p. 35, *Creusina Secundus* legitur. Habet aliquid huic narrationi persimile Plinius, de Remmio Palaemone, lib. XIV, c. 5. Ad hanc gentem Furiam numinus pertinet argenteus e Museo nostro, et apud Patinum, p. 147, n. 3, in quo Iani bifrontis imago est, cum epigraphe, M. FVRI. L. F.)(. Tropaeum portis civitatis impositum: hinc aquila legionaria, inde Roma stans galeata, sinistra hastam gerit, sive sceptrum, dextra coronam imponit tropaeo. Retro, ROMA. Inde, PHLI, pro FVRIL. Non est hic Furius cognomine Philus. Certe si nomen his litteris designaretur, *Philius* esset, non *Philus*: vt SERGI scribi solet, pro *Sergius*, et caetera similiter omnia. At hic sententia est: *M. Furius Lucii Filius Philippis Legionem Imposuit*, praesidiariam scilicet, post praelium Philippense, anni V. C. 712. H.

Sp. Albino. Sp. Postumio Albino, aedili tum curuli. In hac narratione,

in suffragium tribus oporteret ire, instrumentum rusticum omne in forum attulit, et adduxit familiam validam, atque (ut ait Piso) bene curatam ac vestitam, ferramenta egregie facta, graves ligones, vomeres ponderosos, boves saturos. Postea dixit: Veneficia mea, Quirites, haec sunt: nec possum vobis ostendere, aut in forum adducere lucubrationes meas, vigiliasque, et sudores. Omnium sententiis absolutus itaque est. Profecto, opera, non impensa, cultura constat. Et ideo maiores fertilissimum in agro oculum domini esse dixerunt.

5 Reliqua praecepta reddentur suis locis, quae propria generum singulorum erunt. Interim communia, quae succurrunt, non omittemus. Et in primis Catonis humanissimum utilissimumque: Id agendum, ut diligant vicini. Causas reddit ille: nos existimamus nulli esse dubias. Inter prima idem cavet, ne familiae malae sint. Nihil sero faciendum in agricultura omnes censent, iterumque suo quaeque tempore facienda. Ex tertio praecepto, praetermissa frustra revocari. De terra cariosa exsecratio Catonis abunde indicata

quum prius legeretur, *filiam validam*, reposuimus, *familiam validam*: admoniti dicto Catonis, quod ex lib. de Re Rust. c. 5 desumptum Noster proxime laudat, *Ne familiae male sit*. H.

Oculum domini. Vide quae in eamdem sententiam allulimus c. 6. extremo. Quibus adde hunc Aeschyli versum, Ὄμμα γὰρ δόμων νομίζω, δεσπότου παρουσίαν. H.

Id agendum. Cato, c. IV: *Vicinis bonus esto*, etc. H.

Causas reddit... ne familae, etc. Ita libri hactenus vulgati, cum Reg. 4 cod. forte propter illud Catonis, c. IV: *Vicinis bonus esto: Familiam ne siveris peccare, nimirum in vicinos. Si te libenter vicinitas videbit, facilius tua vendes, operas facilius locabis, operarios facilius conduces. Si aedificabis, operis, iumentis, materia iuvabunt*, etc. In Reg. 2 cod. haud minus forte sincere, *Ne familiae male sit*. Propter istud eiusdem scriptoris, c. V: *Familiae male ne sit, provideat: ne algeat, ne esuriat*, etc.

Nihil sero. Cato, c. V: *Opera omnia mature confieias face. Nam res rustica sic est, si uiam rem sero feceris, omnia opera sero facies*. His adde quae ex Columella diximus lib. XVII, c. 19. H.

De terra, etc. Eam Lugdunenses

est. Quanquam praedicere non cessat is: Quidquid per asellum fieri potest, vilissime constat. Filix biennio moritur, si frondem agere non patiaris. Id efficacissime contingit, germinantis ramis baculo decussis. Succus enim ex ipsa defluens, necat radices. Aiunt et circa solstitium avulsas non renasci, nec arundine sectas, aut exaratas vomeri arundine imposita. Similiter et arundinem exarari filice vomeri imposita praecipiunt. Iuncosus ager verti pala debet, at in saxoso bidentibus. Fruteta igni optime tolluntur. Humidio- 7
rem agrum fossis concidi atque siccari, utilissimum est: fossas autem cretosis locis apertas relinqui: in solutiore terra sepibus firmari, ne procidant: aut supinis lateribus procumbere: quasdam occaecari, et in alias dirigi maiores patentioresque: si sit occasio, silice vel glarea sterni. Ora autem earum binis utrum-

agricolae vocant *terre pouilleuse*, quasi pediculorum: quoniam dum palis et ligonibus colitur, intimis venis velut quamdam cariem putrium lignorum ostendit, pediculorum lentiumque sordibus, ac colluviei similem. Dal. — *De terra cariosa.* Diximus de ea lib. XVII, c. 3. H.

Filix biennio. Columella, II, 2. H.

Similiter. Arundinis cum filice odia et ἀντιπάθειαν altero vide exemplo firmata, lib. XXIV, c. 50. Habet haec quoque Dioscorides, lib. IV, c. 187. Harp.

Iuncosus ager verti pala. Pastinari Columella, loc. cit. H.

Fruteta. Columella, l. c. *Nemorosi, frutetosique tractus duplex cura est, vel exstirpandis radicitus arboribus, et removendis: vel, si rarae sint, tantum succidendis, incendendisque, et inarandis.* H. — *Fruteta.* Broter. ex MSS. Regg. 1, 2, et editione principe, *Frutecta.* Ed. P.

Humidiorem. Columella, II, 2: *Si locus humidus erit abundantiu uliginis, ante siccetur fossis. Earum duo genera cognovimus, caecarum et patentium. Spissis atque cretosis regionibus apertae relinquuntur. Aut ubi solutior humus est, aliquae fiunt patentes: quaedam etiam obcaecantur, ita ut in patentes ora hiantia caecarum competant*, etc. H.

Fossas autem cretosis. Columella, lib. II, c. 2, et Theophr. de Caus. lib. V, c. 7. Dal.

Aut supinis. « Declives fossas, inquit Columella, loco citato, et ad imum solum coarctatas, imbricibus supinis similes facere conveniet: nam quarum recta sunt latera, celeriter aquis vitiantur, et superioris soli lapsibus replentur, etc. » H.

Quasdam occaecari. Obtegi nempe, in subterranei cuniculi modum. H.

Ora autem earum binis utr. lapidibus statum. In principio atque exitu fos-

que lapidibus statuminari, et alio superintegi. Silvae exstirpandae rationem Democritus prodidit, lupini flore in succo cicutae uno die macerato, sparsisque radicibus.

IX. (vii.) Et quoniam praeparatus est ager, natura nunc indicabitur frugum. Sunt autem duo prima earum genera. Frumenta, ut triticum, hordeum: et legumina, ut faba, cicer. Differentia vero notior quam ut indicari deceat.

X. Frumenti ipsius totidem genera, per tempora satu divisa. Hiberna, quae circa Vergiliarum occasum sata terra per hiemem nutriuntur, ut triticum, far, hordeum. Aestiva, quae aestate ante Vergiliarum exortum seruntur, ut milium, panicum, sesama, horminum, irio, Italiae dumtaxat ritu. Alioqui in Graecia et Asia omnia Vergiliarum occasu seruntur.

sae, bina saxa pilarum vice constituantur, et iisdem singula superimponantur, more pontieulorum: ut eiusdem constructio ripam sustineat, ne praecludatur humoris illapsus, atque exitus. Colum. loc. cit. H.

IX. *Sunt autem duo.* Ab hisce verbis ad eum locum *Ex hordeo alterum caput*, etc. exhibet omnia Theophrastus, Hist. lib. VIII, cap. 1, 2, et quidem cap. 1: Δύο δὲ γένη τὰ μέγιστα τυγχάνει· τὰ μὲν γὰρ σιτώδη, οἷον πυροὶ, κριθαὶ, etc. Σῖτος igitur frumentum est, *du blé.* Πυρὸς triticum, *du froment.* Κριθὴ hordeum, *de l'orge.* H.

X. *Per tempora satu divisa.* Vel *satus*: hoc est, sationis tempore inter se discreta ac divisa Theophrasto: ὧραι δὲ τοῦ σπόρου τῶν πλείστων δύο. *Satus vel sementis tempora ut plurimum duo notantur.* H.

Vergiliarum occasum. De quo dicetur cap. 59; de exortu, cap. 66.

Columellam et Virgilium sequitur. Is enim de Re Rust. lib. II, cap. 8: *Placet nostro poëtae*, inquit, *adoreum, atque etiam triticum, non ante seminare, quam occiderint Vergiliae: quod ipsum numeris sic edisserit:* At si triticeam in messem, robustaque farra, Exercebis humum, solisque iustabis aristis: Ante tibi Eoae Atlantides abscondantur. *Absconduntur autem altero et trigesimo die post autumnale aequinoctium, quod fere conficitur nono kalendas octobris: propter quod intelligi debet tritici satio diebus sex et quadraginta, ab occasu Vergiliarum, qui fit ante diem IX kalendas novembris, ad brumae tempora.* H.

Milium. Virgil. Georg. I, 215: *Vere fabis satio; tum te quoque, Medica, putres Accipiunt sulci: et milio venit annua cura.* Vide Senecam, epist. 87. Dal.

In Graecia. In Boeotia, ut dicetur cap. 56. H.

Quaedam autem utroque tempore in Italia. Ex his quaedam et tertio, veris scilicet. Aliqui verna, milium, panicum, lentem, cicer, alicam appellant. Sementiva autem, triticum, hordeum, fabam, napum, rapam. Et in tritici genere pars aliqua pabuli est quadrupedum causa sati, ut farrago; et in leguminibus, ut vicia. At commune quadrupedum hominumque usui, lupinum.

Legumina omnia singulas habent radices, praeter 2
fabam, easque surculosas, quia non in multa divi-

Ex his quaedam. Vt milium, ita Virgilio, Georg. I, vers. 215: *Vere fabis satio*... *Et milio venit annua cura.* Hard.

Alicam. Frumentum, e quo fit alica: nempe siliginem. Quidam legunt *Arinoam*, quidam *Alicastrum*, ex Columella lib. II, cap. 8. Dal. — *Alicum appellant.* Et genus esse tritici alica hic videtur, ut ait Galen. de Alim. fac. tom. VI, cap. 8, pag. 344, τοῦ γένους τῶν πυρῶν ἐστιν ὁ χόνδρος, etc. Nempe alicam Plinius, tum hoc loco, tum lib. XXII, cap. 61, pro ea fruge accipit, ex qua sorbitio, seu pula eiusdem nominis concinnatur. Et a Catone pariter sic videtur accipi, c. LXXVI: *Placentam sic facito; farinae siligineae libras II... farinae libras IV et alicae primae libras II. Alicam in aquam infundito*, etc. Et capite rursum 85. H.

Sementiva. Theophrast. Hist. lib. VIII, cap. 1, Πρωΐσπορα μὲν οὖν ἐστι, πυρὸς, κριθὴ... κύαμος, etc, *Quae mature seri oportet tritioum, hordeum, faba*, etc. Vnde intelligas, quae sementiva propric appellentur. Hard.

Vt farrago. Vulgo *du fourrage, de la dragée*, ut diximus superiore libro, cap. 35, de ocymo. Festus: *Farrago appellatur id quod ex pluribus satis pabuli causa datur iumentis.* Colum. lib. II, cap. 11: *Farraginem in restibili stercoratissimo loco... serere convenit. Ea fit optima, quum cantherini hordei decem modiis iugerum obseritur... Frigoribus quum alia pabula defecerunt, ea bubus, caeterisque pecudibus optime desecta praebetur.* Fit ex farre, hordeo, tritico, vicia, etc. Vide cap. 41. H.

Legumina omnia. Leguminia omnia singulari nituntur radice, eamque radicem lignosam habent, quia non in multos superne ramos ea legumina dividuntur, nec numeroso caule et ramulo se attollunt, praeter fabam. Frumenta vero e diverso multis radicantur fibris, sed quae ramos minime mittant. Haec Plinii, haec Theophrasti mens, Hist. lib. VIII, cap. 4: Τὰ μὲν χέδροπα ξυλώδη, μονόῤῥιζα, διὸ καὶ πολύκλαδα, καὶ πολύκαυλα, καὶ πολλὰς ἄνωθεν ἀπὸ τῶν καυλῶν ἀποφύσεις ἔχοντα, πλὴν κυάμου. Τὰ δὲ σιτηρὰ ἐναντίως, πολύῤῥιζα, καὶ ἀπαράβλαστα. H.

Praeter fab. Ea quum se aperit nascendi gratia, nauscire dicitur Festo, quod navi forma tum sit similis. Dal.

Surculosas. Lignosas. H.

duntur: altissimas autem cicer. Frumenta multis radicantur fibris, sine ramis. Erumpit a primo satu hordeum die septimo: legumina quarto, vel quum tardissime, septimo: faba a XV ad XX; legumina in Aegypto tertio die. Ex hordeo alterum caput grani in radicem exit, alterum in herbam, quae et prior floret. Radicem crassior pars grani fundit, tenuior florem. Caeteris seminibus eadem pars, et radicem, et florem.

3 Frumenta hieme in herba sunt: verno tempore fastigantur in stipulam, quae sunt hiberni generis: at milium et panicum in culmum geniculatum et concavum, sesama vero in ferulaceum. Omnium satorum fructus, aut spicis continetur, ut tritici, hordei;

In multa. In multos ramos. H.

Frumenta multis, etc. *Frumento*, inquit Theophrastus, *praetenuibus ac multis radicibus nituntur: ideoque surculos non mittunt: legumina vero et ὀροβοειδῆ, ramosa, quia lignoso eorum radix.* Dal. — *Erumpit* Theophrast. Histor. lib. VIII, c. 1. Vide et Varronem de Re Rust. I, 45. H.

Faba a XV ad XX Theophrast. *Faba*, inquit, *quibusdam in locis die XV, alias etiam vicesimo: haec enim omnium difficillime provenit; ac si frequens post sationem imber successerit, omnino difficilis proventu redditur.* Κύαμος δὲ ἑπτακαιδεκαταῖος· ὅτε δὲ καὶ εἰκοσταῖος, etc. Hard.

Ex hordeo. Theophrast. Hist. lib. VIII, cap. 2. H. — *Alterum in herbam, quae et prior floret.* Pars altera grani hordeacei, quae superior est, *prior*, herbam emittit, ex qua flos emiat; pars altera, *inferior*, exit in radicem. Ex notis ineditis Cl. Gerardi. Ed. P.

Radicem. Theophrastus, loco cit. Hard.

Et florem. Hoc est, ut dictum est proxime, in herbam exit, quae et prius floret, sive germinat. Theophrast. loco cit. *et radicem et caulem seu spicam* dixit. Κύαμος καὶ τὰ ἄλλα χεδροπὰ, οὐχ ὁμοίως, ἀλλ' ἐκ τοῦ αὐτοῦ τὴν ῥίζαν καὶ τὸν καυλόν. *Faba, caeteraque legumina non eodem modo emittunt: sed eodem ex parte radicem fundunt, et caulem.* H. — Vid. not. 4 huj. pag.

Frumento hieme. Theophrast. loco cit. et c. 3. Hard.

Fastigantur in stipulam. Sic ex MSS. emendav. Hard. *spicantur* Chiff. eod. *fastigiantur* Gronov. et al. Ed. P.

In ferulaceum. Vt ex erysimum. Theophr. Dal.

Omnium satorum. Theophr. Histor. lib. VIII, cap. 3. H.

muniturque vallo aristarum quadruplici: aut includitur siliquis, ut leguminum: aut vasculis, ut sesamae, ac papaveris. Milium, et panicum tantum pro indiviso, et parvis avibus expositum est. Indefensa quippe membranis continentur. Panicum a paniculis dictum, cacumine languide nutante, paulatim extenuato culmo paene in surculum, praedensis acervatur granis, cum longissima pedali obba. Milii comae granum [4] complexae fimbriato capillo curvantur. Sunt et panico genera: mammosa, e pano parvis racemata paniculis, et cacumine gemino. Quin et colore distinguitur; candido, nigro, rufo, etiam purpureo. Panis multifarie et e milio fit, e panico rarus. Sed nullum

Quadruplici. Vet. *quadrifido.* Alii Vett. *quadripedi.* Ed. P.

Pro indiviso. Hoc est, ex aequo. Diximus de ea voce IX, 64. H.

Expositum est. Gron. et Alii *exposita sunt.* Ed. P.

Membranis. Membrana, ἐν ὑμένι, Theophrastus, Hist. lib. I, cap. 18. Dalec.

Panicum a paniculis. Grani minuti genus, milii instar: nostris *Panis.* Ioh. de Ianua: *Panicum, a panis derivatur... quoddam genus annonae, quod in quibusdam locis eo homines sustentantur vice panis: unde dicitur panicum, quasi panis vicium, quod vice panis fungatur, secundum quosdam.* Gothorum rex Vitiges *de horreis Ticinensibus et Dertonensibus panicum populo esurienti distrahi praecepit*, auctore Cassiod. Varr. lib. XII, ep. 27. H. — *Panicum miliaceum* (*Triand. digyn.* L. gen. 161 Decand. *Gramin.* Iuss.), et mox *milium* Plinii *Panicum Italicum* nobis hodie dictum. Ed. P.

In surculum. In duritiem ligni. H.

Pedali obba. In MSS. *obfa.* Libentius multo agnoverim, literis permutatis *foba*, vel potius *phoba.* Est enim φόβη Theophrast. Histor. lib. VIII, cap. 3, arundinacea coma frugum omnium, quae ad milii similitudinem accedunt: Τὰ μὲν ἔχει στάχυν· τὰ δὲ χεδροπὰ, λοβόν· τὰ δὲ κεγχρώδη, φόβην. Η γὰρ καλαμώδης ἀπόφυσις, φόβη. Hanc latine *panum* Plinius ipse plane modo vocat. H. — Brot. *phoba.* Ed. P.

Fimbriato capillo. Instar crinium fimbriarumque, solutae videri possint Hard.

Mammosa e pano. Turneb. et Chiffl. *sunt e pan. mammosa genera e pano.* — *Mammosa.* Sic distinxit ex MSS. Hard. Ed. P. — Mammosum panici genus est, inquit, cui panus inest racemosus, exiguisque constans paniculis. Panicum est illud sativum Dalecampii in Hist. Plant. pag. 16, et idem vulgari Clusii, p. 215. H.

Et e milio fit. Milii nunc in pulte usus, qualis olim auctore Festo, *quum puls miliacea ex melle, forma*

frumentum ponderosius est, aut quod coquendo magis crescat: LX pondo panis e modio reducunt, modiumque pultis ex tribus sextariis madidis. Milium intra hos decem annos ex india in Italiam invectum est, nigrum colore, amplum grano, arundineum culmo. Adolescit ad pedes altitudine septem, praegrandibus culmis: lobas vocant: omnium frugum fertilissimum. Ex uno grano terni sextarii gignuntur. Seri debet in humidis.

5 Frumenta quaedam in tertio genu spicam incipiunt concipere, quaedam in quarto, sed etiamnum occultam. Genicula autem sunt tritico quaterna, farri sena, hordeo octona. Sed non ante supra dictum geniculorum numerum conceptus est spicae: qui ut spem sui fecit, quatuor aut quinque tardissime diebus florere incipiunt; totidemque aut paulo pluribus deflorescunt. Hordea vero quum tardissime septem. Varro

appellaretur: cum lacte non fastidienda, inquit Columella, II, 9. In panificio raro. Sed is olim usus, teste etiam Columella, II, 9: *Panis, inquit, e milio fit, qui antequam refrigescat, sine fastidio potest absumi.* HARD.

Rarus. Gron. et al. *rarius.* ED. P.

Sed nullum frumentum ponderosius. Nam Plinius milium quoque frumenti genus facit, ut ex quo tum panem rustica plebs conficeret, quum hodie in pulte sit eius usus, in panificio raro. HARD.

Milium intra hos. De milio indico eximiae magnitudinis, culmique arundinei, vide Philostrat. de vita Apollonii lib. III, cap. 2, pag. 112. Hoc *Surgum* vocari apud populares suos auctor est Scaliger Exercitt. 292, p. 869. Quidam malunt esse, *le blé d' Inde.* H — *Holcus Sorghum?* (*Polygam. monoec.* L. *Gramin.* Juss.) ED. P.

Lobas vocant. Ita MSS. omnes. Rectius tamen *phobas* dixeris, ex laudato proxime Theophrasti loco, qui leguminibus, χεδροποῖς λοβῶν, miliaceis φόβην assignat. H.

Frumenta quaedam. Habet haec et Theophr. Histor. lib. VIII, cap. 2; Columella lib. II, cap. 12. Gemma parro, sive genicula, sunt veluti nodi et articuli, quibus herbacei caules et stipulae distinguuntur. H.

Qui ut spem. Qui conceptus scilicet, seu spicae partus. Theophr. l. c. HARD.

Totidemque. Post dies totidem elapsos. Theophr. l. c. H.

Hordea vero. Theophrastus, πυρῶν καὶ κριθῆν, tritici hordeumque. HARD.

Varro. In libris deperditis.

quater novenis diebus fruges absolvi tradit, et mense nono meti.

Fabae in folia exeunt, ac deinde caulem emittunt, 6 nullis distinctum internodiis. Reliqua legumina surculosa sunt. Ex his ramosa, cicer, ervum, lens. Quorumdam caules sparguntur in terram, si non habeant adminiculum, ut pisorum. Quod si non habuere, deteriora fiunt. Leguminum unicaulis faba sola, unus et lupinis: caeteris ramosus praetenui surculo: omnibus vero fistulosus. Folium quaedam ab radice mittunt, quaedam a cacumine. Frumentum vero, et

Absolvi tradit. Ex quo florere coeperunt. Dal.

Nullis distinctum. Nullis certe geniculis interseptum, glabrum, inanemque caulem fabae cernimus, etsi Theophrastus Histor. lib. VIII, cap. 2, γονατώδη καυλὸν κυάμου vocat. H. — *Nullis distinctum internodiis.* Si exortum ramulorum spectes, ea tantum parte, qua prodeunt, geniculum revera conspicitur, id quod ait Theophrastus: si vero nodum vocamus articulum, qui omni ex parte caulem ambit, et internodia separat, in fabae caule nullus est. Itaque quamvis geniculatus is sit, nullis tamen internodiis distinguitur. Quidam legunt, *multis distinctum.* Dal.

Reliqua... surculosa sunt. Hoc est, plures e sua radice caules emittunt: τὰ μὲν χιδροπὰ πολύκαυλα. Theophr. l. c. Haso.

Ex his ramosa. Πολύκλαδα, quorum caulis in plures se fundit ramulos. H. — *Cicer, ervum,* etc. Ne saepius eadem repetantur, suum cuique leguminum generi nomen a Recentioribus inditum affigemus, quum de unoquoque singulatim Noster, ut solet, tractabit. Ed. P.

Leguminum unicaulis. De faba graeca loquitur, seu latina: ei enim quam nos fabam vulgo dicimus, caulem non unum ex singulari radice erumpere, ut unicum lupino, experientia commonstrat. H. — *Leguminum,* etc. Quum sit non exigua differentia inter ramosum et surculosum (ut monstrant verba, quae statim ante praecesserunt: dixit enim, *reliqua legumina surculosa sunt. Ex his ramosa cicer, ervum, lens*); qua ratione consistet haec sententia? *Caeteris ramosus praetenui surculo;* videntur enim verba inter se pugnare. Nimirum inverti debent, ut arbitror, dictiones, legendumque, *unus et lupinis praetenui surculo, caeteris ramosus.* Plin. Theophr. Histor. lib. VIII, cap. 2. Dalec.

Ramosus. Caeteris, inquit, caulis in ramos spargitur, ligno praetenui, sed eodem instar fistulae concavo. Hard.

Frumentum. Prius legebatur: *frumentum et hordeum utrumque:* ubi se torquet mirum in modum Dalecampius, ut quodnam sit hordeum utrumque, explanet. Nos sinceram hanc lectionem ope cod. Colb. 3, et Par.

hordeum, viciaque, et quidquid in stipula est, in cacumine unum folium habet. Sed hordeo scabra sunt, caeteris laevia. Multiplicia contra fabae, ciceri piso. Frumentis folium arundinaceum, fabae rotundum, et magnae leguminum parti. Longiora erviliae, et piso. Faseolis venosa, sesamae et irioni sanguinea. Cadunt folia lupino tantum, et papaveri. Legumina diutius florent, et ex his ervum ac cicer: sed diutissime faba XL diebus. Non autem singuli scapi tamdiu, quoniam alio desinente alius incipit; nec tota seges, sicut frumenti, pariter. Siliquantur vero omnia diversis diebus, et ab ima primum parte, paulatim flore subeunte.

8 Frumenta quum defloruere, crassescunt, maturanturque quum plurimum diebus quadraginta: item

repraesentamus. H. — *Frumentum et hordeum*, etc. Frumentum et hordeum enascitur, ternaque prodit (ἀναφύεται), unico folio: pisum, faba, cicer, multis. Theophr. Mirum, auctorem de radice frumentaceorum et leguminum nihil prodere. Quod autem ait, *hordeum utrumque*, intellige distichon et polystichon: vel nudum, quod γυμνόκριθον vocant, et gluma sua vestitum. Dal.

Frumentis. Theophr. Hist. lib. VIII, cap. 3. Hard.

Erviliae. Ervilia Graecis ὄχρος est, pisum minus est. Nostris, *des pois*. Hard. — *Vicia Ervilia* (*Diadelph. dec.* gen. 1356 Willd. *Legum.* Juss.) Ed. P.

Faseolis. In MSS. rectius *phasiolis* De his egimus lib. XVI, cap. 52. Hard.

Sesamae. MSS. ubique *sesimae*: Graeci tamen σήσαμον vocant, nempe ut Μασσαλίαν Massiliam Latini dixerr, et Μιθραδάτην, quem nos Mithridatem. H. — *Sesamae*, etc. Nusquam, quod sciam Theophr. horum folia rubere, sed pinguia esse et amara scripsit. Irionis quidem est sanguineus caulis, sed non folium. Dal. — *Sesamum orientale* (*Didyn. angiosp.* L. gen. 119 Willd. *Bignon.* Juss.) Ed. P.

Legumina diutius. Theophr. Hist. VIII, 2. Hard.

Non a. singuli. Theophr. l. c.

Siliquantur. Siliquas faciunt, Theophrastus, loc. cit. Neque ut frumenti, sic et fabarum scapi singuli, aut seges integra simul floret, sed particulatim. H. — *P. flore subeunte*. Paulatim flos ab ima scapi parte ad summam subit. Ed. P.

Frumenta. Theophr. Hist. VIII, 3. Columella, II, 12, pag. 67: *Omne autem frumentum et hordeum, quidquid denique non duplici semine est, spicam a tertio ad quartum nodum emittit: et quum totam edidit, octo diebus deflorescit ac deinde grandescit*

faba; paucissimis cicer. Id enim a semente diebus XL perficitur. Milium et panicum, et sesama, et omnia aestiva, XL diebus maturantur a flore, magna terrae caelique differentia. In Aegypto enim hordeum sexto a satu mense, frumenta septimo metuntur. In Hellade, hordeum. In Peloponneso octavo, et frumenta etiamnum tardius. Grana in stipula crinito textu spicantur. In faba leguminibusque, alternis lateribus siliquantur. Fortiora ad hiemes frumenta, legumina in cibo.

Tunicae frumento plures. Hordeum maxime nudum, et arinca, sed praecipue avena. Calamus altior frumento, quam hordeo. Arista mordacior hordeo. In area exteruntur triticum, et siligo, et hordeum. Sic et seruntur pura, qualiter moluntur, quia tosta non sunt. E diverso far, milium, panicum purgari, nisi tosta, non possunt. Itaque haec cum suis folliculis seruntur cruda. Et far in vaginulis suis servant ad ad satus, atque non torrent. 9

diebus quadraginta, quibus post florem ad maturitatem deveuit. Rursus quae duplici semine sunt, ut faba, pisum, lenticula, diebus quadraginta florent, simulque grandescunt. H. — De frumentis vid. n. 3, p. 202.

Id enim. Theophr. l. c. H.

Milium. Theophr. l. c. H.

In Hellade hordeum. Hoc est, septimo mense metitur. Theophrast. Πυροὶ δὲ ἐν τῇ ἑδδόμῳ· περὶ τὴν Ἑλλάδα, κριθαί. Hard.

Grana. Grana in stipulis spica continentur, *quae subtiliter texitur*, desinitque in crinem. In faba, et leguminibus, modo dextro latere, modo laevo, siliqua semina continentur. Hard.

Fortiora. Theophrastus, loc. cit. Validiora, inquit, ἰσχυρότερα contra hiemem, caelique mutatione varias, frumentaceas sunt, τὰ σιτηρά. Legumina vero in cibis valentiora putantur, πρὸς δὲ τὴν τροφὴν, τὰ χεδροπά. Vide Celsum, II, 18: *Ex Leguminibus valentior rapa, napique, et omnes bulbi*, etc. Haro. — *Ad hiemes.* Brot. non *ad*, sed *contra* legit ex MSS. Eo. P.

Et Arinca. Dicetur de ea, cap. 20. Haro.

Seruntur pura. Sine suis folliculis. Haro.

Itaque haec. Inprimis far, sive adoreum, quod in siccis humidisque locis seri Columella ait lib. II, c. 8:

XI. Levissimum ex his hordeum, raro excedit XV libras, et faba XXII. Ponderosius far, magisque etiamnum triticum. Far in Aegypto ex olyra conficitur. Tertium genus spicae hoc ibi est. Galliae quoque suum genus farris dedere, quod illic brucem vocant, apud nos sandalam, nitidissimi grani. Et alia differentia est, quod fere quaternis libris plus reddit panis, quam far aliud. Populum romanum farre tantum e frumento CCC annis usum, Verrius tradit.

XII. Tritici genera plura, quae fecere gentes. Ita-

Quoniam folliculum, quo continetur, firmum et durabilem adversus longioris temporis humorem habet. H.

XI. *Raro excedit.* In singulos minimum modios. HARD.

Far... ex olyra. Far cibus hoc loco est, non, uti acceptum est hactenus, singulare aliquod frumenti genus. Far e frumento Plinius mox agnoscit, hoc est, ex iis frumenti generibus quae commemoravit initio capitis superioris. Far ex olyra nunc etiam in Aegypto. Far ex hordeo, Palladius I, tit. 29, de Phasianis. Modum conficiendi farris docet Archigenes apud Aetium, serm. 9, cap. 45, p. 424. HARD. *Far in*, etc. Cibus et triticea ptisana: molitum et deglubitum granum, ad pultes et hominum cibum idoneum, qualis ex farris grano decorticato in Italia vulgo paratur, vocaturque etiamnunc *farro*. DALEC.

Tertium genus. Post triticum, hordeumque. HARD.

Bracem vocant. Ita MSS. Colb. Thuan. Chiffl. non ut editi, *brance*, *le blé blanc du Dauphiné*. Vide Nic. Chorier, Hist. Delphin. pag. 54. H. — *Galliae quoque suum*, etc. Ex olyra, sive siligine, ut et Aegyptus. Ea vero siligo gallica, e qua brance, sive sandalum, crimni genus fiebat, arinca fortassis est, memorata cap. 8 huius libri. Arincam autem olyram esse auctor scribit infra l. XXII, cap. 25. Brancen Galliae rustici hodie *blanche* vocant. Allobroges *blancheen*. Sandalum quoque inter Italos, praesertim Etruscos, veteris appellationis vestigia retinet, *scandella*. DALEC.

Sandalam. Sic MSS. Colbert. Thuan. aliique libri vulgati *sandalum*. *Sandalium* charta Rogerii regis Siciliae, anno 1137, apud Vgheilum, t. VII, pag. 564. H.

Verrius tradidit. Varro, non *Verrius* vetus codex praefert. PINT.

XII. *Italico.* Insignis propterea liberalitas Augustorum fuit, quum triticum plebi romanae erogarent. Eiusmodi largitionis mentionem faciunt nummi duo inprimis eximii, prave hactenus intellecti. Prior est Pertinacis Augusti, alter Severi Alexandri Caesaris. Prior est argenteus in Thesauro Regio, a Seguino delineatus, p. 424 primae editionis: IMP. CAES. P. HELV. PERTIN. AVG. *Imperator Caesar Publius Helvius Pertinax Augustus* .)(. Stat dea Liberalitas, ut pingi solet in nummis

lico nullum equidem comparaverim candore ac pondere, quo maxime discernitur: montanis modo comparetur Italiae agris externum, in quo principatum tenuit Boeotia, deinde Sicilia, mox Africa. Tertium pondus erat Thracio, Syrioque, deinde et Aegyptio, athletarum cum decreto, quorum capacitas iumentis similis, quem diximus ordinem fecerat. Graecia et

inscriptis, LIBERALITAS AVG. cum tabella, quam dextra manu geril, quaeqoe modicum tritici pretium indicarel: et cum cornucopiae, quod laevo brachio tenet. Inscriptio LIBERATIS CIVISVS. Eius haec inscriptio est: LIBERALITAS *Augusti Triticum Italicum suppeditavit* CIVIBVS. Alioquin titulus non convenirel eum argumento, sive pictura. Alterius nummi, qui est Severi Alexandri, ingeniosior aliquanto inscriptio est, M. AVREL. ALEXANDR CAES. Caput nudum.)(. Corona l a, in qua S. P. Q. R. Hanc tenet Aquila Romana. In circuitu, METROPOLIS. Hoc est, *Munificentissime Erogato Tritico Romanae Plebi, Omnium Liberalitatem Imperatorum superavit*, scilicet Caesar Alexander. Est hic nummus, ut prior, argenteus, apud Occonem, pag. 409. HARD.

In quo principatum, etc. Theophr. ex iis, quae in Graeciam convehebantur, gravissimum Siculum fuit: eo tamen gravius Boeoticum, vel eo argumento, quod athletae quum vix in Boeotia tres semisextarios consumerent, Athenis plus quam quinque esitabant, Hist. lib. VIII, cap. 4. DALEC.

Boeotia. Consentit Theophr. de Caus. lib. IV, cap. 10, pag. 310 Τοῦ μὲν ἄλλου πυροῦ δοκεῖ τοῦ Ἀθήναζε καταπλέοντος, ὁ Σικελικὸς ἰσχυρότατος εἶναι· τούτου δ' ἔτι βαρύτερος μᾶλλον ὁ Βοιώτιος, ὥσπερ ἐν ταῖς ἱστορίαις εἴρηται. H.

Mox Africa. Libycum vocat Theophrastus, et in spica brevi manere, calamumque tenuem emittere scribit. Idem auctor Thracium, Syrium, Alexandrinum memorat, nulla facta vel bonitatis mentione, vel ponderis. DALEC.

Syrioque. Dedit anno uno in Syria, quum agris Sidoniorum serendis triticum suppeditavit Antonius Severus Augustus: quamobrem percussere eius honori nummum ex aere magno, qui est in Cimelio D. de Boze, hoc titulo: AETERNVM BENEFICIVM. SIDONIAT. Hoc est, *Sidoniis datum.* Implet nummi aream modius, e quo spicae emicant. Pars prior, cum Antonini Severi capite, hos exhibet titulos: M. AVREL. ANTONINVS AVG. PRIN. MAX. *Parthicus Britannicus Germanicus Maximus.* HARD.

Athletarum. Athletis ita censentibus, quorum edacitas, seu voracitas potius, iumentorum similis, hunc quem modo diximus in pondere frumentorum ordinem fecit. Theophrastus, Hist. lib. VIII, c. 4: In Boeotia, inquit, ternos semisextarios tritici absumunt: Athenis Siculi, facile quinos. HARD.

Graecia et Ponticum laudavit. Ponticum Theophrasto levissimum est,

Ponticum laudavit quod in Italiam non pervenit. Ex omni eadem genere grani praetulit dracontiam, Strangium, et Selenusium, argumento crassissimi calami: ita pingui solo haec genera assignabat. Levissimum et maxime inane, seu tenuissimi calami, in humidis seri iubebat, quoniam multo egeret alimento. Hae fuere sententiae Alexandro Magno regnante, quum clarissima fuit Graecia, atque in toto terrarum orbe potentissima: ita tamen, ut ante mortem eius annis fere CXLV, Sophocles poëta in fabula Triptolemo fru-

Hist. lib. VIII, cap. 4, et de Caus. lib. IV, cap. 10. Dalec.

Dracontiam. Pro his tritici generibus Theophrastus affert, Hist. lib. VIII, c. 4, Κεγχρυδίαν, Στλεγγὺν, Αλεξάνδρειον. Hard.

Fere CXLV. Egit ergo Sophocles esse fabulam Olympiad. 88 anno quarto, aetatis suae vicesimo, si Suidae credimus. Obiit enim Alex. Olympiad. 120 anno primo, Olympiadibus Pliniano calculo computatis, anno V. C. 442. Harn.

Triptolemo. In ea fabula Triptolemum Ceres edocet, quantum terrarum necesse sit peragrari seminandis a se datis frugibus, Italiamque prae caeteris laudat. Vide Dion. Hal. Ant. Rom. p. 10. Harn. — *Triptolemo.* Homines olim a Cerere, ut vulgo traditur, frumenti usum edoctos, nemo non novit, qui paulisper volverit veteres poëtas, indiligenti etiam manu. Sed inter viros rerum antiquarum peritissimos, sunt qui Triptolemo id muneris acceptum referant; sunt qui dicant frumenta quidem Cererem invenisse, ob id inter deas relatam; Triptolemum vero serendi ea colendique artem edocuisse. Diodorus Siculus frumenta non a Cerere inventa tradit, sed ab Aegyptiaca Iside; neque a caeteris tamen auctoribus dissentit, Polydoro Virgilio teste, quum Ceres ipsa cum Iside eadem sit. Athenienses, prona semper in suas laudes natio, nobilissimam artem in Attica initium cepisse affirmare nulli dubitabant; refragantibus sane Cretensibus, et Siculis, et Aegyptiis, qui eamdem hanc gloriam proprio quasi iure sibi vindicabant. Nec defuere, qui palmam adiudicarent Siculis; Siciliam nempe ex omni memoria patriam Cereris dictam: memoratas antiquissimis carminibus Cereris raptaeque filia in Sicilia sedes; Siculos primum, tum deinde Graecos, externos homines, a Cerere frugum colendarum artem edoctos; et innumera afferunt ex poëtarum figmentis, quibus opinionem stabilire suam sibi videantur. Quod si paucorum sententiae auscultaveris, Cererem primum ex Sicilia Cretam, ex Creta deinde Graeciam migrasse certum fuerit. Quae mera opinionum commenta, non sine aliqua tamen ratione passim divulgata deprehendes, si credideris, ut non unum Herculem, tam multis decantatum gentibus, sic quoque non unam Cere-

mentum Italicum ante cuncta laudaverit, ad verbum translata sententia:

Et fortunatam Italiam frumento canere candido:

rem exstitisse; nec Plinius ipse noster abnuit, qui aliam Cererem Siculam, aliam Atticam dicit, lib. VII, cap. 57, ni corruptus sit, emendandusque locus. Tandem sunt viri, et hi quidem doctissimi, qui contendant acriter frumenti usum longe apud Aegyptios repertum, antequam ulla in Graecia civitas nobilis exsisteret: nec quidquam esse quod opinioni huic vero similiori opponamus, fateri debemus. Etenim Aegyptus, inter prima humani generis incunabula, multis abhinc saeculis scientiarum laude armorumque gloria florebat, priusquam Graeci *Autochthones*, rudes adhuc et vagi, ut ipsi confitentur, ab ipsis Aegyptiis adventitias artes acciperent. Aegyptus autem, dum res romana viguit, Romae Italiaeque nutrix nuncupabatur; et in nuperiori aetate, ni paene obliterata esset veteris disciplinae notitia, frugum copia solique ubertate, terrae cuilibet par videri poterat. Nostris vero temporibus, colitur frumentum in Aegypto, et in ea praecipue quae nobis dicitur, Barbaria, paucisque aliis Africae tractibus; colitur in omni fere Europa, et in septemtrionali Americae parte. Inter eas, quae frumentorum fertilitate gaudent, regiones, honoris causa nominandae sunt: Anglia, Francia, Polonia, Russici imperii pars meridionalis, cui caput est, celeberrimum iam nunc emporium, Odessa; et foederatae Americae septemptrionalis civitates. Si ad varia respexerimus frumentorum genera, ne leguminum diem, quae frugibus Noster adnumerat, apparebit nihil esse quod Graecis Latinisque invideamus. Pliniana frumentorum genera, species sint varietates, haec fere sunt: 1° *Hordeum*, hibernum nempe et aestivum, seu trimestre; ex quo *polenta* Graecis, et Romanis *ptisana*, cuius usus validissimus saluberrimusque tantopere probabatur. 2° *Triticum*, hibernum ipsum ac trimestre; hoc Graecis *σεταιον*: ex quo *tragum*, ptisanae hordeaceae instar, et *amylum*, in insula Chio inventum: plures laudantur varietates, et in primis triticum Italicum: forsan *robus* Columellae? triticum *ramosum*, et quod *centigranium* vocabant, utrumque fertilissimum. 3° *Far*, sive adoreum, ex quo non panis olim conficiebatur, sed *puls*, qua longo tempore vixisse Romani feruntur: plures farris memorantur varietates, et in primis *brace*, quae Galliae propria; *sandalam* Latini vocabant. 4° *Siligo*, ex qua lautissimus panis, et pistrinarum opera laudatissima. De farre et siligine magna doctos inter viros controversia; quanquam plerisque certum est, nihil aliud quam tritici varietates esse. Ex siligine autem *flos*, ex tritico *similago*. 5° *Arinca*, Plinio tantum memorata; an tritici varietas? an eadem cum olyra? Plinius ipse non satis sibi constat. 6° *Zea*, tritici nostratis species, quam *semen* Campani vocabant; ex ea conficiebatur praestantissima illa et saluberrima *alica*, qua potissimum gloriabatur Italia. 7.° *Bromos*, solo no-

Quae laus peculiaris hodieque Italico est. Quo magis admiror, posteros Graecorum nullam mentionem huius fecisse frumenti.

3 Nunc ex his generibus, quae Romam invehuntur, levissimum est Gallicum; atque e Chersoneso adve-

mine laudato; an Graecorum *bromos*, seu *avena? siligo* Aegyptia; *tragos*; externa omnia, ab Oriente advecta, oryzae similia. An tritici species? ex quibus Aegyptii conficiebant *similaginem*, et *ptisanam*, quae apud Indos ex oryza, apud caeteros mortales ex hordeo fiebat. 8° *Olyra*, quam eamdem esse cum oryza Turranius credidit; an *faris* tritici varietas? Far in Aegypto ex *olyra* conficitur: tertium genus spicae hoc ibi est. *Olyram* cum *arinca* eamdem habuisse Plinium sup. vidimus. 9° *Secale*, quod deterrimum frumenti genus, ventrique ingratissimum, delicatiore luxuria in cibis damnatum, Tauriui *Asiam* vocabant. 10° *Tiphe*, a Graecis culta: hanc alii ad secale, alii ad triticum referunt. 11° *Sesama*, ex India oriunda; *erysimo* seu *irioni* similis; eiusdem naturae *horminum*; sed haec medicaminibus adnumeranda potius quam frugibus. 12° *Milium*, ea quo puls candida panisque praedulcis. Novam milii speciem laudat Noster, grano amplam, arundineam culmo, etc. an *Holcus Sorghum*? 13° *Panicum*, quo Aquitaniae Transpadanaeque Italiae gentes praecipue in cibo utebantur. 14° *Avena*, Graecis *bromos* dicta: hanc Noster saepius confundit cum *avena sterili* aut *fatua*, quod primum omnium frumenti vitium est. Non videtur Italiae Plinioque ipsi satis nota: fiebat tamen frumenti instar; quippe Germaniae populi non alia vivebant pulte, quam avenae. 15° *Oryza*, Indis propria ac peculiaris. An eadem cum *olyra*, ut vult Turranius? Rem in ancipiti relinquere satius est, quam nihil certi afferre. Non nostri operis est omnia enumerare frumentorum genera, tum antiquitus cognita, tum recens advecta, quae nostris temporibus nostro in orbe coli solent: attamen hic subsignare libet frumentorum genera et species, ut Latinis olim et Graecis, sic Gallis hodieque nota, ut uno eodemque intuitu pars divitiarum nostrarum aliqua, cum tota Veterum copia conferri possit. Pleraque ex *triandria digynia* Linn. *Gramin.* Juss. Numeri generum et specierum ex *Synopsi Florae Gallicae* desumpti, auct. Lamarck et Decandolle. 1° *Hordeum* vulgare, hexastichon, distichon, zeocriton? (gen. 191, sp. 1680-83.) 2° *Triticum* sativum (aestivum, hibernum, pluresque aliae varietates), compositum? spelta (gen. 187, sp. 1656-58.) 3° *Secale* cereale, villosum? (gen. 188, sp. 1672-73.) 4° *Panicum* Italicum, miliaceum (gen. 161, sp. 1499, 1502.) 5° *Avena* sativa, nuda, fatua! (gen. 171, sp. 1545-47.) 6° *Holcus Sorghum* (*Polygam. monoec.* L.) 7° *Oryza* sativa; sed haec hesandra est, et tantum in Pedemontio Italiae contermino colitur. In operis decursu, prout opus fuit, compendii gratia, suum cuique nomen a Recentioribus inditum, frumento affiximus, quod Plinius laudavit. Ed. P.

Quae Romam. MSS. omnes *Romae*. H.—Broter. *Romae*. Ed. P.

ctum: quippe non excedunt in modium vicenas libras, si quis granum ipsum ponderet. Adiicit Sardum selibras, Alexandrinum et trientes: hoc et Siculi pondus. Boeoticum totam libram addit: Africum et dodrantes. In Transpadana Italia scio vicenas quinas libras farris modios pendere: circa Clusium et senas. Lex certe naturae, ut in quocumque genere pani militari tertia portio ad grani pondus accedat: sicut optimum frumentum esse, quod in subactu congium aquae capiat. Quibusdam generibus per se pondus, 4
sicut Balearico: modio panis pondo xxxv reddit: quibusdam binis mixtis, ut Cyprio et Alexandrino, xx prope libras non excedentibus. Cyprium fuscum est, panemque nigrum facit: itaque miscetur Alexandrinum candidum, reddiuntque xxv pondo. Thebaicum libras adiicit. Marina aqua subigi, quod plerique maritimis in locis faciunt, occasione lucrandi salis,

Se'ibras. Dimidiam libram. H.

Et trientes. Gallici, inquit, tritici pondua, non selibra tantum, sed praeterea triente, hoc est, tertia librae parte, ab Alexandrino Siculoque superatur. Hard.

Siculi pondus. Vide Budaeum lib. IV de Asse. H.

Et dodrantes. Et praeterea dodrantem, hoc est, librae partes tres quartas. Hard.

Circa Clusium. Hoc eat, circa Clusium farria modios pendere non vicenas quinas tantum libraa, sed et senas: hoc est, vicenas senas. Dalecampius perperam existimat *senas* hoc loco Senensis esse in Etruria oppidi nomen. De farre Clusino, eiusque parandi modo, vide Aetium, serm. 9, cap. 45, pag. 325. Columella, lib. II, cap. 6: *Far, quod appellatur Clusinum, candoris nitidi.* Martialis, in Xeniis, lib. XIII, epigr. VIII, *far*: Imbue plebelas Clusinis pultibus ollas, etc. H.

Vt in quocumque. Vt cuiuscumque frumenti modius in panem subactus militarem, aive castrensem (*le pain de munition*), trienie toto, seu tertia parte ponderosior sit quam granum ipsum, priuaquam molatur, et subigatur in panem. H.

Quod in subactu. Dum subigitur in panificio. Eo. P.

Modio panis. Broterius ex eod. Reg. 1, 2, et editione principe *modia tritici panis.* H.

Quibusdam binis. Subintellige pondus eat H.

XX prope libras. Antequam in panem aubigantur. Hard.

Thebaicum libras. Sive granum ipsum per se alteri e duobua istis miscetur, Cyprio, vel Alexandrino: sive cum altero subigatur, libram ad

inutilissimum. Non alia de causa opportuniora morbis corpora exsistunt. Galliae et Hispaniae frumento in potum resoluto, quibus diximus generibus, spuma ita concreta pro fermento utuntur. Qua de causa levior illis, quam caeteris, panis est.

5 Differentia est et calami. Crassior quippe melioris est generis. Plurimis tunicis Thracium triticum vestitur, ob nimia frigora illi plagae exquisitum. Eadem causa et trimestre invenit, detinentibus terras nivibus, quod tertio fere a satu mense et in reliquo orbe metitur. Totis hoc Alpibus notum, et hiemalibus provinciis nullum hoc frumento laetius. Vnicalamum praeterea, nec usquam capax; seriturque non nisi tenui terra. Est et bimestre circa Thraciae

pondus adiicit. Thebaicum porro ex Aegypto intellige. H. — Frumentum Thebaicum reddit libras XXVI. Id quoque apud nos experientia compertum, mixtis farinis, crescere panis pondus. Crescit magis, si tritici et secalis farinae misceantur. Brot.

Opportuniora morbis corpora. Non ob salem, qui quidem saluberrimus est: sed ob vitium aquae marinae, quae putrefactorum piscium aliorumque id genus foeditatibus inquinatur. Brot.

Galliae et Hispaniae. Zythum et Curmi intelligit. Dalec.

Frumento in potum. Quum e madida fruge parant sibi potus, zythum scilicet, Gallis *bière*, Hispanis *cerveza*. Hard.

Quibus diximus. Tritico nempe Balearico, in Hispaniis: in Galliis, farris genere, quod bracem vocabant, ut dictum est, tum isto capite, tum sup. H. — *Spuma ita concreta.* Spuma illa concreta cervisiae, *la levure*. Qua pro fermento uti iterum coepimus ab anno 1670, lege senatus Parisiensis. Leviorem quidem panem facit, sed non utiliorem corporibus. Brot.

Plurimis tunicis. Theophrast. Hist. lib. VIII, cap. 4, ὁ Θρᾴκιος πολυκάλαμος. Haab.

Et trimestre. Sic ex MSS. emend. Hard. cons. Dalecamp. *Et trimestria* Gronov. et al. Ed. P. — *Et trimestre.* Tritici genus, quod intra tres menses, maturescit: bimestre, quod intra binos. De his Theophr. loc. cit. Καὶ τὸ τῶν τριμήνων καὶ τὸ τῶν διμήνων, καὶ εἴ τι γένος ἐν ἐλάττοσιν ἡμέραις τελειοῦται. Trimestre, siliginis genus esse docet Columell. lib. II, cap. 6 de Generibus seminum. H.

Vnicalamum. Vnicum e radice calamum trimestre id triticum emittit: nec potest ferre plures. Theophrastus, loc. cit. Τρίμηνοι δὲ πολλοὶ... μονοκάλαμοι, κατὰ τὴν ἔκφυσιν, καὶ τὸ ὅλον ἀσθενεῖς. H.

Est et trimestre. Teophr. loc. cit.

Aenum, quod quadragesimo die, quam satum est, maturescit: mirumque, nulli frumento plus esse ponderis, et furfuribus carere. Vtitur eo et Sicilia, et Achaia, montuosis utraque partibus. Euboea quoque circa Carystum. In tantum fallitur Columella, qui ne trimestris quidem proprium genus existimaverit esse, quum sit antiquissimum. Graeci setanion vocant. Tradunt in Bactris grana tantae magnitudinis fieri, ut singula spicas nostras aequent.

XIII. Primum ex omnibus frumentis seritur hordeum. Dabimus et dies serendo cuique generi, natura singulorum exposita. Hordeum Indis sativum et silvestre, ex quo panis apud eos praecipuus, et alica.

etsi de Aeno Thraciae silet: in Euboea solum reperiri illud affirmat, et in Sicilia, Achaiaque. Haan.

Columella. Ita etiamnum legitur apud Columellam, l. II, cap. 9: *Neque enim est ullum, sicuti multi crediderunt, natura trimestre: quippe idem iactum autumno melius respondet.* Non negat is peculiare tritici genes dictum ab antiquis esse trimestre: sed ab eo quod autumno seritur, quodque melius ita provenit, differre negat. Et cap. 6, triticum trimestre, et trimestre alicastrum agnoscit. H.

Graeci setanion vocant. Ita MSS. Reg. non *trimenon*, ut editi. Σητάνιος πυρός, sive σητάνειος, triticum quod hoc anno, id est, vere ineunte satum est. Vide Robert. Constantin. in Lexico. H.

Tradunt in Bactris. Theophr. loco citato, nucleis olivae singula Bactrici frumenti grana aequiparat. Haan.

XIII. *Serendo.* Sic ex MSS. emend. Hard. cona. Chifft. *serendi* Gronov. et al. Ed. P.

Ex quo panis. Prius legebatur, *panis apud eos praecipuus Italica maxime quidem*, etc. Atque ita sane codices esarati omnes prae se ferunt, sed reiecta interpunctionis nota post vocem *Italica.* Dalecampius scribendum ita coniiciebat: *Oryza quidem maxime ut Itali gaudent.* Alii aliter, Salmasius nihil. Facilis tamen emendatio, vel litterulae unius immutatione, ut patet. Auctor emendandi Theophr. Hist. l. IV, c. 5: *Est*, inquit, *et hordeum, et triticum: et genus quoddam aliud hordei silvestris, ex quo panis praecipuae suavitatis, et alica perbona.* Κριθαὶ δέ, καὶ πυροὶ, καὶ ἄλλο τι γένος ἀγρίων κριθῶν, ἐξ ὧν καὶ ἄρτοι ἡδεῖς, καὶ χόνδρος καλός. Peculiaria Indiae seminia ibi graecus scriptor persequitur. Mox subiicit, paucis admodum interiectis: μᾶλλον δὲ σπείρουσι τὸ καλούμενον ὄρυζον, ἐξ οὗ τὸ ἕψημα· τοῦτο δὲ ὅμοιον τῇ ζειᾷ, καὶ περιπτισθὲν, οἷον χόνδρος. *Maxime quidem oryzam serunt, similem zeae: tamquam alica pinsitur*, etc. Ex oryza et oleum facere Indos dictum est XV, 7. H. — *Et alica.* Hoc est, ptisana ex

Maxime quidem oryza gaudent, ex qua ptisanam conficiunt quam reliqui mortales ex ordeo. Oryzae folia carnosa, porro similia, sed latiora: altitudo cubitalis, flos purpureus, radix gemmeae rotunditatis.

XIV. Antiquissimum in cibis hordeum, sicut Atheniensium ritu Menandro auctore apparet: et gladiatorum cognomine, qui hordearii vocabantur. Polentam quoque Graeci non alitunde praeferunt. Pluribus fit haec modis. Graeci perfusum aqua hordeum siccant nocte una, ac postero die frigunt, deinde

hordeo indico, ut ipse loquitur lib. XXII, cap. 66. H.— *Maxime quidem.* Theophrast. Hist. IV, 8. H.

Ex qua ptisanam. Ptisana pultis genus est, quod ex farina fit hordeacea, aliisque frugibus. Hanc quae ex oryza conficitur, nostri ipsius oryzae nomine, *du riz* vocant: quae ex hordeo, *orge mondé.*

Oryzae. Depictam vide apud Dodonaeum pag. 500. Hard.

XIV. *Antiquissimum.* Vide Dion. Halic. A. R. II p. 95. Hard.

Hordeum. Κριθὴ ἀπὸ τοῦ διακριθῆναι vocatum, quod eo reperto, et in usum recepto, glandibus spretis, a brutis homines distincti sint. Hordeum siccatum, frixum, mola fractum, Graeci καγχρυν et καγχρύδιον vocant. Rhodig. II, 1. Dal. — *Hordeum vulgare.* Eo. P.

Atheniensium. Quoniam in Eleusinio certamine praemium victori hordeum fuit, uti testatur Piodari Scholiastes, Olympiad. od. IX, pag. 93: Αγεται δὲ αὐτόθι (de Eleusine loquitur) ἀγὼν Κόρης καὶ Δημήτερος, ὃς καλεῖται Ελευσίνα· οὗ ἔπαθλον κριθαί. Hoc ipsum scribunt Aristides, Suidas, et auctor Etymologici. Hard.

Et gladiatorum cognomine. Et praeterea, inquit, id ex quodam gladiatorum genere intelligitur, qui hordearii appellantur, quod vetustiore aevo eo cibi genere uterentur. Milites etiam *qui parum in armorum prolusione profecerant*, inquit Veget. lib. XIII, *pro frumento hordeum cogebantur accipere: nec ante eis in tritico reddebatur annona, quam sub praesentia tribunorum experimentis datis ostendissent se omnia, quae erant in militari arte, complesse.*

Polentam. Polentam Graeci ἄλφιτα vocant, torrefacti hordei farinam. In Gallia vocant, *du gruau.* Spissandis carnium iuribus venalis circumfertur: coepitque et ex avena retorrida fieri, et eadem nominis ambage proferri. Hard.

* *Pluribus fit haec modis.* Curiosam illam hordei praeparandi rationem ex Pherecrate recitat Eustathius his verbis: τὰς κριθὰς δεῖ πτίσσειν, tundere, pinsere: φρύγειν, torrere: ἀποβράττειν, in cerniculo cribrare, aut corbe: ἀνεῖν, aqua rursum aspergere: ἀλέσαι, molere: μάξαι, manu subigere: παραθεῖναι, edendam apponere. Dal.

Deinde molis. Vide quae dicenda sunt cap. 23. Hard.

molis frangunt. Sunt qui vehementius tostum rursus exigua aqua aspergant, et siccent prius, quam molant. Alii vero virentibus spicis decussum hordeum recens purgant, madidumque in pila tundunt, atque in corbibus eluunt, ac siccatum sole rursus tundunt et purgatum molunt. Quocumque autem genere praeparato, vicenis hordei libris, ternas seminis lini, et coriandri selibram, salisque acetabulo, torrentes ante omnia miscent in mola. Qui diutius volunt servare, cum polline ac furfuribus suis condunt novis fictilibus. Italia sine perfusione tostum in subtilem farinam molit, iisdem additis, atque etiam milio. Panem ex hordeo antiquis usitatum vita damnavit, quadrupedumque fere cibus est.

XV. Ptisanae inde usus validissimus salubberrimusque tantopere probatur. Vnum laudibus eius volumen dicavit Hippocrates e clarissimis medicinae scientia. Ptisanae bonitas praecipua Vticensi. In Aegypto vero est, quae fit ex hordeo, cui sunt bini anguli. In Baetica et Africa genus, ex quo fiat, hordei, glabrum appellat Turranius. Idem olyram et oryzam eamdem esse existimat. Ptisanae conficiendae vulgata ratio est.

XVI. Simili modo ex tritici semine tragum fit in Campania dumtaxat et Aegypto.

Purgant. A pulvere, lapillis, et id genus reliquis sordibus. Dal.

Acetabulo. De hoc mensurae genere dicetur lib. XXI, cap. 109. H.

XV. *Ptisanae inde.* Πτισάνην Athenaeus lib. X, dictum vult ἀπὸ τοῦ πτίσσειν καὶ ἀνεῖν, a tundendo et madefaciendo. De ptisana idem auctor hunc gryphum recitat: χριθῆς ἀφλοίου ὀργάσας χυλὸν πίε. *Hordei decorticati et tusi cremorem bibe.* Dal.

Hippocrates. Hic liber est, qui alias de ptisana, ut auctor est Athenaeus II, p. 57, nunc de victu in morbis acutis, vel contra Cnidias sententias inscriptus legitur, tomo undecimo operum Galeni, qui quatuor in eum librum commentarios edidit. Hard.

Cui sunt bini anguli. Ex hordeo disticho, cui sunt bini ordines, ut mox loquetur, et versus. Dal.

XVI. *Ex tritici semine.* Hoc est,

XVII. Amylum vero ex omni tritico ac siligine, sed optimum e trimestri. Inventio eius Chio insulae debetur; et hodie laudatissimum inde est: appellatum ab eo, quod sine mola fiat: proximum trimestri, quod e minime ponderoso tritico. Madescit dulci aqua ligneis vasis ita ut integatur, quinquies in die mutata. Melius si et noctu, ita ut misceatur pariter. Emollitum, prius quam acescat, linteo aut sportis saccatum, tegulae infunditur illitae fermento, atque

ex zea, ut ipse explicaturus est. Galen. in Comment. I ad librum Hippocratis de victu in morbis acutis tom. XI, pag. 14: Ζεῖαι, ἐξ ὧν ὁ καλούμενος τράγος γίνεται. In Indice huius loci, Plinius, *de trago*. Celsus lib. IV, cap. 4, de difficultate spirandi, inter cibos non nimium acres, cum lenticula, ptisanaque tragum recenset. Haro. — *Tragum*. Tragus nunc fruges est, alicae similis Dioscoridi: vulgo *blé turquet*: nunc olyrae plisana Galeno lib. de Alimentis, nunc zeae ptisana, id est, alica Galeno Comment. librorum de ratione victus in acutis: *Ptisanam*, inquit, *recte praeferunt frumentaceis eduliis, pani, chondro et zeae, ex qua fit tragos*. Hic tragos ptisana est triticea. Cassianus in Geopon. l. III, cap. 13, tragum conficit ex Alexandrino frumento et olyra. Dal.

XVII. *Amylum vero*. Et ex zea parari amylum scribit Dioscorides lib. II, cap. 123. Gallis, *amidon*. H.

Sed optimum, etc. Alii putant id ad siliginem referendum, alii ad triticum. Dal. — *E trimestri*. Hoc est, ex trimestri tritico, de quo cap. 12. Sic Dioscorides loc. citat. Ἄριστον δὲ ἐστὶ τὸ σκευαζόμενον ἐκ πυροῦ σηταίου. H.

Appellatum ab eo. Dioscorid. loc. citat. Ἄμυλον ὠνόμασται διὰ τὸ χωρὶς μύλου κατασκευάζεσθαι. Hard.

Proximum trimestri. Sic totidem plane litteris apicibusque Reg. cod. caeterique, quibus usi sumus: et Tolet. quoque, quo Pintianus. Est enim sententia, primas tribui amylo, quod fit e trimestri: dixerat enim proxime antea, *amylum vero ex omni tritico ac siligine, sed optimum e trimestri*. Secundas vero a trimestri tribui amylo, quod fiat e tritico minime ponderoso. Hactenus libri editi sic habuere: *Proximum e trimestri quodam minime ponderoso tritico*. Atqui hanc praecipuam esse tritici trimestris dotem ac laudem, paulo ante Plinius insinuarat c. 12, ut nulli frumento plus esset ponderis: ex interpolatorum igitur officina prodit trimestre illud ponderosum non ex Musaeo Pliniano. H.

Madescit. Dioscorides loco citato. Hard.

Linteo aut sportis saccatum. Hoc est, per saccum colatum, quomodo vinum Hippocraticum colant pharmacopolae. Non *siccatum*, ut in libris omnibus legitur, qui sunt hactenus editi. Erroris admonuit Dioscoridea lib. II, cap. 123 de amylo: Καὶ τὸ λοιπὸν διηθήσαντας ἐμβάλλειν εἰς ὑλιστῆρα, διυλίσαντας δὲ εὐθέως

ita in sole densatur. Post Chium maxime laudatur Creticum, mox Aegyptium: probatur autem laevore, et laevitate; atque ut recens sit: iam et Catoni dictum apud nos.

XVIII. Hordei farina et ad medendum utuntur: mirumque, in usu iumentorum, ignibus durato, ac postea molito, offisque humana manu demissis in alvum, maiores vires, torosque corporis fieri. Spicae quaedam binos ordines habent, quaedam plures usque ad senos. Grano ipsi aliquot differentiae: longius, leviusque, aut brevius, aut rotundius, candidius, nigrius, vel cui purpura est, ultimo ad polentam. Contra tempestates candido maxima infirmitas.

ψύγειν · ἐπὶ κεραμίδων καινῶν ἐν ἡλίῳ ὀξυτάτῳ Ἐνεκμον γὰρ, κἂν ἐπ' ὀλίγον μείνῃ, ὀξίζει. *Reliquum vero colo traiicieudum: moxque ut excolatum fuerit, super tegulis novis ardentissimo sub sole sicceari, densarique oportet. Namque si paulisper udum mansevit, acescit.* Est autem ea vox *saccatum* Plinio caeteroquin perfamiliaris: qua rursum abutitur XX, 79; XXIX, 39. Hard.

Post Chium. Creticum pariter laudat Dioscor. loc. cit. mox Aegyptium: Chii non meminit. Alexandrinum commendat et *Theodorus* Priscianus lib. IV. Hard.

Catoni dictum apud nos. Etsi res sit exotica amylum, inquit, iam tum aetate tamen Catonis, Romae id cognitum est. Verba haec sunt Catonis cap. LXXXVII: *Amylum sic facito. Siliginem purgato bene*, etc. Hard.

XVIII. *Hordei farina.* Ad aurium dolorem utitur ea Marcellus Empiricus cap. IX, pag. 78. In pluribus vero morbis Galenus, quos in Indice Brassavoli leges. H.

Spicae quaedam. Hordei, scilicet. Theophrastus, Hist. lib. VIII, cap. 4: Τῶν μὲν κριθῶν αἱ μὲν εἰσι δίστιχοι, αἱ δὲ τρίστιχοι... πλεῖσται καὶ ἑξάστιχοι. *Hordeum vulgare* (gen. 191, *Synops.* Decandoll.), flosculis omnibus hermaphroditis, aristatis, indistinctis ordinibus, *H. hexastichon*, flosc. hermaphrod. aristat. spica crassa, sexfariam sulcata; *H. distichon*, flosc. lateralibus masculis, spica elongata, compressa. Ed. P.

Grano ipsi. Theophr. l. c. H.

Ultimo ad polentam. Postremum, hoc est, purpurascens, imbecille in polenta: etsi plurimum farinae redilit: Αἱ δὲ ἐπιπορφυρίζουσαι, αἴπερ καὶ πολυάλφιτοι δοκοῦσιν εἶναι. Theophrast. loc. cit. H.

Contra tempestates. Contra hiemem, ventosque, et caeli mutationes varias. Theophr. de putrescente hordeo: Καὶ πρὸς τοὺς χειμῶνας δὲ, τὰ πνεύματα, καὶ ὅλως τὸν ἀέρα τῶν λευκῶν ἰσχυρότεραι, candido firmius.

Hordeum frugum omnium mollissimum est: seri non
2 vult, nisi in sicca et soluta terra, ac nisi laeta. Palea ex optimis: stramento vero nullum comparatur. Hordeum ex omni frumento minime calamitosum, quia ante tollitur, quam triticum occupet rubigo. Itaque sapientes agricolae triticum cibariis tantum serunt. Hordeum sarculo seri dicunt, propterea celerrime redit; fertilissimumque, quod in Hispaniae Carthagine aprili mense collectum est: hoc seritur eodem mense in Celtiberia, eodemque anno bis nascitur. Rapitor omne a prima statim maturitate festinantius, quam caetera. Fragili enim stipula et tenuissima palea granum continetur. Meliorem etiam polentam fieri tradunt, si non excocta maturitate tollatur.

Seri non vult. MSS. *seri non volet*, forte pro *non volt*. Non placet certe legi, *non valet*. H.

Palea ex optimis. Palea ex tritico suavior, quam ex hordeo, quia mollior, et magis succulenta. Theophrastus, Hist. lib. VIII, cap. 4. Didymus in Geop. lib. VIII, cap. 14, pag. 114, ad certos quosdam usus hanc reliquis anteponit: τῶν δὲ σιτίνων τὰ κρίθινα αἱρετώτερα. H.

Cibariis tantum. Tantum tritici serunt, quantum ad familiae cibaria satis est. H. — De tritico tantum egimus pag. 201, not. 10, ubi plures laudavimus varietates, de quibus Noster cap. seq. Ed. P.

Hordeum. Hordeum sacculo, legit Turnebus, Adversar. lib. I, cap. 24, quod non cibariis, ut triticum, sed loculis seratur, et foris vendatur. Alii legunt *seculo*, quia φιλόζωος, id est, alendis pascendisque animalibus gratum. Columella lib. II, cap. 9, hordeum altero sulco seminari tradit. Ex illo auctore videtur haec linea transcripta. *Sarculo*, interpretor, terra levissime mota et tantum suspensa, ut fit sarriendo. Dal. — *Hordeum sarculo.* Terra levissime mota, ac veluti suspensa quemadmodum fere fit sarriendo: sarculo opus est, non aratro: atque idcirco celerrime erumpit, et maturescit. *Agros findere sarculo* dixit Horatius lib. I, Od. 1, vs. 11. H.

Meliorem etiam. Galenus quoque lib. de Anim. fac. l. VI, cap. 11, p. 317, ex recenti hordeo mediocriter friso laudatissimum fieri polentam docet: odoris etiam eximii, si arista non omnino sicca: Ἐκ τῶν νέων κριθῶν φρυγεισῶν συμμέτρως τὸ κάλλιστον ἄλφιτον γίνεται.... μάλιστά ἐστιν εὐώδη τὰ ἐκ τῶν ἀρίστων καὶ νέων κριθῶν γιγνόμενα, μὴ πάνυ ξηρὸν ἔχοντων τὸν στάχυν. Hard.

XIX. (VIII.) Frumenti genera non eadem ubique: nec ubi eadem sunt, iisdem nominibus. Vulgatissima, far, quod adoreum veteres appellavere, siligo, triticum. Haec plurimis terris communia. Arinca Galliarum propria, copiosa et Italiae est. Aegypto autem ac Syriae, Ciliciaeque et Asiae, ac Graeciae peculiares zea, olyra, tiphe. Aegyptus similaginem conficit e tritico suo, nequaquam Italicae parem. Qui zea utuntur, non habent far. Est et haec Ita-

XIX. *Far*. Haec peritiores sic distinguunt, triticum mutica spica est: adoreum, sive far, aristata, apud Vetrium in voce Restibilis. Tritici genera tria Columellae, robus, ponderosioris, ac nitidioris grani: siligo hiberna, sive sementiva, et siligo trimestris. Farris autem quatuor genera: Clusinum grano nitido et candido. Venuculum rutilum, Venuculum candidum, utrumque ponderosius Clusino: et omnia haec tria hiberna: adoreum trimestre, sive alicastrum. Dalec.

Adoreum. Adde et haec, si libet, hic quae supra disimus ad cap. 3 huius libri, de adorea. Adoream Veteres appellarunt omnes fructus, omnem proventum ex agris. Sulpitius apud Varronem: *Plebei rura largiuntur adoreum*. Plautus in Amph. I, 1, 38: *Praeda atque agro, adoreaque adficit populares suos*. Ex eodem Varrone Nonius, adoreum dictum ab eo putat, quod cibi ora, id est, principium sit far: dixerat autem paulo ante far adoreum esse. Dal. — *Quod adoreum*. Vnde *adorea liba* apud Maronem, Aeneid. VII, vers. 109. Festus: *Ador, farris genus, edor quondam appellatum ab edendo: vel quod adoratur, ut fiat tostum: unde in sacrificio mola salsa efficitur*. Hard.

Arinca. Nunc corrupto veteri vocabulo, in Delphinatu *riguet* id genus tritici appellant. Nic. Chorier p. 54. De arinca plura dicemus c. 20. Harb.

Zea, olyra, tiphe. Tiphen et olyram rem alii eamdem esse, alii diversam, Veteres prodiderunt, referente eorum sententias Galeno lib. cap. 13, pag. 319, περὶ τιφῶν καὶ ὀλυρῶν, καὶ ζειῶν. Ipse Galen. t. II in explic. voc. Hippocr. pag 91, Ζείας, ὀλύρας interpretatur, perinde ac si res una sit, nominibus diversis. Haec tria tamen et nominibus et re distinguit Anguillara part. 6, pag. 98. Tipham ait Italis appellari *spelta*: olyram, *scandella*: zeam, *farro*: Asclepiad. apud Galenum, κατὰ τόπους. IX, 3, Φάρρος ὃ καλοῦσι ζέαν. Et quod Straboni l. V, pag. 242, ζέα dicitur, id Plinius cap. 29, far appellat. Et Dionysius Halic. A. R. l. IV, p. 95, Φάρρος, ὃ καλοῦμεν ἡμεῖς ζέαν. Aegyptios porro panem ἐκ τῶν ὀλυρίων fecisse auctor est Herodotus, Euterp. l. I, p. 128, n. 77. H.

Non habent far. Sed zeam pro farre habent. Nam et ipsa zea far est: nec semen tantum appellatur,

liae in Campania maxime, semenque appellatur. Hoc habet nomen res praeclara, ut mox docebimus: propter quam Homerus ζείδωρος ἄρουρα dixit: non ut aliqui arbitrantur, quoniam vitam donaret. Amylum quoque ex ea fit, priore crassius. Haec sola diffe-
2 rentia est. Ex omni genere durissimum far, et contra hiemes firmissimum. Patitur frigidissimos locos, et minus subactos, vel aestuosos, sitientesque. Primus antiquis Latio cibus magno argumento in adoreae donis, sicuti diximus. Pulte autem, non pane, vixisse longo tempore Romanos manifestum, quoniam

ut Plinius ait, sed cum farre nomen alterum commune habet, adoreum, teste Isidoro, lib. XVII, cap. 3: *Adoreum, tritici genus, quod idem vulgo semen dicitur.* H.

Vt mox docebimus. Cap. 29, ubi e zea quae conficitur, alicam commendat. Haro.

Homerus. Iliad. B, τέκε δὲ ζείδωρος ἄρουρα, alma tellus: alii, quod ait Plinius, reponunt βιοδώρην καὶ φερέσβιον. Nonnus in Dionysiacis τὸ ὕδωρ appellavit θείδωρον, aquam vivificam. Sic Venerem et Empedocles vocavit. Plutarchus in Amatorio. Iohannes Grammaticus terram sic dictam putavit παρὰ τὸ ζεῖσθαι καὶ θερμαίνεσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου. Rhod. lib. XV, cap. 18. Dalec. — *Homerus.* Iliad. B, vers. 548, et alibi passim. Quod ζεῖαν ferrel: ἀπὸ τοῦ ζῆν *vivere.* H. — Zea nunc *Triticum Spelta* (gen. 187, sp. 1658. *Decand.*) Ed. P.

Priore crassius. Priore amylo, de quo cap. 17. Haro.

Aestuosos. In MSS. ubique *aestivosos.* Hard.

Primus antiquis. Vide Dion. Hal. A. R. lib. II, p. 95, ubi far zeam esse docet. H.

Sicuti diximus. Cap. 3. H.

Pulte autem, non pane. Fiebat puls ex aequis partibus farinae, frumenti, et fabarum aut hordei. Alex. ab Alex. III, 11. *Pultiphagos* ideo Romanos Plaut. vocat in Mostell. I, 2, 142: *Non enim haec pultiphagus opifex opera fecit barbarus.* Idem in Prol. Poenuli, v. 53: *Corchedonius vocatur haec comoedia, latine Plautus, Patruus pultiphagonides.* Pultem Varro vel a graeco πολτὸς ducit, vel a sono quem edit quum aqua ferventi insipitur, i. e. inspergitur: ut ap. Pompon. in Atellana: *Facite ut ignis fervat, ligna insipite, fur concidite.* Quum ita sonat, bibire amphoram Naevius dixit: παφλάζειν. Eupolis apud Athenaeum, λοπὰς παφλάζει βαρβάρῳ χαλήματι. Scal. — Iuven. Sat. XI, 58: ... *pultes Coram aliis dictem puero, sed in aure placentas.* Martial. XIII, 8, 1: *Imbue plebeias Clusinis pultibus ollas, Vt satur in vacuis dulcia musta bibas.* Iuvenal. Sat. XIV, 169: ... *sed magnis fratribus horum A scrobe vel sulco redeuntibus, altera coena Amplior, et grandes fumabant pultibus ollae.* Ap. Plaut. Il. supra cc. Scaliger, vir ob acumen ingenii perspicacissimi, non

inde et pulmentaria hodieque dicuntur. Et Ennius antiquissimus vates obsidionis famem exprimens, offam eripuisse plorantibus liberis patres commemorat. Et hodie sacra prisca, atque natalium pulte fritilla conficiuntur; videturque tam puls ignota Graeciae fuisse, quam Italiae polenta.

sine honore laudandus, *pultiphagum* et *pultiphagonidem*. Poenum interpretatur. Pultis enim avidissimam eam gentem fuisse argumenta est puls Poenica, euius conficiendae rationem Cato docet cap. LXXV. Quod vero pertinet ad Martial. distichon, Mustum missum in ollas imbutas farris pulte veluti conditur, ad bonitatem proficit, et ideo commendatur. Theophr. certe lib. de Odorib. scribit, demissis in dolia farris offis vinum domari, mollescere, et eum saporis gratia mitescere, Turneb. Adv. lib. XXV, cap. 28. DALEC. — *Pulte autem*. Val. Max. lib. II, c. 5, § 5: *Erant maiores nostri adeo continentiae intenti, ut frequentior apud eos pultis usus, quam panis esset*. Et ad hunc veterem morem Iuvenalis respiciens, Sat. XIV, v. 171: *Grandes fumabant pultibus ollae*. H.

Pulmentaria. Varro de Ling. Lat. lib. IV: *Pulmentum*, inquit, *quod idem cum pulte esset*, hoc est, cum pulte comederent: *inde pulmentarium dictum*. Pulmentarium igitur obsonium quodvis dicebatur, non quod ex pulte esset, ut lexicorum auctoribus videtur; sed quod, uti postea cum pane, sic olim cum pulte ederetur: inde nomen. Graecis προσφάγιον inde dictum est, quod addatur pani, ut notat Erasmus in cap. 21 Iohannis, ubi latinus interpres pulmentarium transtulit. Ioh. de Ianua: *pulmentum vel pulmentarium dicitur quilibet cibus citra panem*. Apud Phaedr. lib. III, fab. 7, vs. 1, canis ad lupum: *Affertur ultro panis; de mensa sua Dat ossa dominus; frusta iactat familia, Et, quod fastidit quisque, pulmentarium*. Et Seneca ficus caricas pulmentarii vicem habere dixit, obsonii Plinius, ut annotavimus lib. XV, cap. 21. H.

Offam eripuisse. Offa enim antiquis fuit, auctore Festo quoque, glomerata puls. H.

Atque natalium. Subiotellige, natalium sacra. Sequioribus tamen temporibus superstitione crescente, etiam cruentas in natalitiis sacris hostias mactavere. Horat. Od. l. IV, 11, 6, die natali Maecenatis dicta: *ara castis Vincta verbenis, avet immolato Spargier agno*. Lampridius in Alex. Sev. *Quum eius natalem aruspices commendarent, dixerunt eum summam rerum tenturum: ideireo quod hostiae de ea villa, quae esset Severi Imp. adductae essent*. H.

Pulte fritilla. Sic MSS. omnes; forte pro *frictilla*, seu *frictili*, a frigendo, quoniam esset ea puls e farina fricta. An huc pertinet, quod habet Varro, de vita pop. R. lib. IV, apud Nonium, n. 291: *Quod kalendis iunii et publice, et privatim fatuam pultem Diis mactat*. Apud Arnobium, VII, pag. 230, *fitilla* dici videtur. H.

1 XX. Tritici semine avidius nullum est, nec quod plus alimenti trahat. Siliginem proprie dixerim tritici delicias: candor est, et sine virtute, et sine pondere, conveniens humidis tractibus, quales Italiae sunt, et Galliae Comatae. Sed et trans Alpes in Allobrogum, tantum Meminorumque agro pertinax: in caeteris ibi partibus biennio in triticum transit. Remedium, ut gravissima quaeque grana eius serantur. (IX.) E siligine lautissimus panis, pistrinarumque opera lan-
2 datissima. Praecellit in Italia, si Campana Pisis natae misceatur. Rufior illa, at Pisana candidior ponderosiorque cretacea. Iustum est e grano Campanae, quam vocant castratam, e modio redire sextarios quatuor

XX. *Avidius nullum.* Quod ex terra alimenti trahat. H.

Siliginem. Candidi, levissimique tritici genus, vulgo *blé blanc.* Iuvenalis, Sat. V, 70: *Sed tener, et niveus, mollique siligine factus Servatur domino*, panis videlicet. Colum. II, 6, de generibus seminum, tritici genera complura cognovimus, *Verum ex his maxime serendum est: quod robus dicitur, quoniam pondere et nitore praestet. Secunda conditio est habenda siliginis, cuius species in pane praecipua pondere deficitur.* Et cap. 9, humido statu caeli recte hanc provenire ait. H.

Meminorumque. Sequanorum: alii, Avernorum. In Sequanorum agro siligo certe frequentissima est, quam ab incolis *blé blanc* appellari diximus: apud Allobrogas *blancheen* ob candorem, vel quasi brancen: supra cap. 7 huius libri. Dal. — *Meminorumque.* Broterius ex codice Regio 2, et editione principe, *Remorumque agro* (Remi, *Rheims*). MS. Reg. 1, *Memorum*; unde emendatum *Meminorum.* Eo. P.

Remedium. Colum. II, 9, pag. 55, ubi et post tertiam sationem omne triticum solo uliginoso converti ait in siliginem. H.

Siligine, etc. Siligine, frumento: vel etiamnum castrata farina. Dal. — *Siliginem* enim nihil aliud quam *Tritici sativi* varietatem esse certum est. Eo. P.

Pistrinarumque. Vet. *pistorumque opera lautissima.* Eo. P. — *Pistrinarumque.* Huc pertinet CORPVS PISTORVM SILIGINARIORVM, cuius mentio in inscripl. veteri ap. Grut. p. 81. H.

Cretacea. Cui ob candorem cretae similem, inditum id nomen videtur: aut cui creta potius Campana admixta est, ad conciliandum alicae candorem, ut dicetur cap. 29. H.

Vocant castratam. Purgatam, diligentiusque excretam cribro pollicario. *Bluter la farine.* H.

E modio. Capit modius sextarios sedecim. Nam amphora, seu quadrantale, sextarii suol duodequinquaginta, inquit, Festus: amphora eadem modios tres continet, auctore

siliginis, vel e gregali sine castratura sextarios quinque, praeterea floris semodium: et cibarii, quod secundarium vocant, sextarios quatuor: furfuris sextarios totidem. E Pisana autem siliginis sextarios quinque: caetera paria sunt. Clusina, Aretinaque etiamnum 3
sextarios siliginis assumunt: in reliquis pares. Si vero pollinem facere libeat, XVI pondo panis redeunt, et cibarii tria, furfurumque semodius. Molae discrimine hoc constat: Nam quae sicca moluntur, plus farinae reddunt: quae salsa aqua sparsa, candidiorem medullam: verum plus retinent in furfure. Farinam a farre dictam nomine ipso apparet. Siligineae farinae modius gallicae XXII libras panis reddit, Italicae duabus tribusve amplius in artopticio pane: nam furnaceis binas adiiciunt libras in quocumque genere.

(X.) Similago ex tritico fit laudatissima. Ex Africo 4

Volusio Maeciano. De sextariis diximus lib. XIV, cap. 6. H.

Siliginis. Farinae scilicet e siligine. Haao.

Et cibarii. Cibarium appellat farinam crassiorem, quae post pollinem vel florem excutitur, quam furfures sequuntur. Ex ea panis conficitur, quem cibarium quoque et secundarium vocant, *pain bis.* H.

Caetera paria. Vt in Campana siligine, quae reddit in modios singulos, floris semodium, cibarii sextarios quatuor, etc. H.

Siliginis assumunt. MSS. *adsciunt.* Forte, *adiiciunt.* Clusina, inquit, et Aretina farinae reddunt non sextarios modo quinque, ut Pisana, verum etiam senos. De Clusino farre dictum est cap. 12. H. — *Siliginis assumunt.* Broterius ex MSS. Reg. et editione principe, consent. Chiffiet *adsciunt.* Ed. P.

In reliquis pares. Reddunt nimirum floris semodium, cibarii sextarios quatuor, etc. H.

Si vero pollinem. Hoc est, si tenuissimam libet farinam excernere, quae tenuitate etiam id superet, quod florem farinae siligineae diximus appellari. Haan.

Et cibarii. Quid cibarium vocetur, paulo ante diximus. Haan.

Medullam. Farinam. H.

Gallicae. E gallica siligine, quam arincam et bracem vocant. Dal.

Italicae. Farina, inquit, e siligine Italica, panis libras reddit XXIV, aut etiam vicenas quinas, si sit artopticius panis. De eo panis genere dicemus cap. 27. H.

Artopticio pane. Artopticius panis, *pain cuit dans la tourtière.* Ed. P.

Similago ex tritico, etc. Σεμιδάλις graece, vulgo *semoule.* Dal. — *Ita autem.* Similaginem, inquit, appel-

iustum est e modiis redire semodios, et pollinis sextarios quinque. Ita autem appellant in tritico, quod florem in siligine. Hoc aerariae officinae chartariaeque utuntur. Praeterea secundarii sextarios quatuor, furfurumque tantumdem. Panis vero e modio similaginis CXXII, et floris modio CXVII. Pretium huic annona media in modios farinae, XL asses: similagini castratae octonis assibus amplius, siligini castratae duplum. Est et alia distinctio similaginis, tempore L. Pauli nata, prima XVII pondo panis reddere visa; secunda XVIII; tertia XIX cum triente: et secundarii panis

Iant in tritico, quod in siligine florem. *Fleur de farine de froment.* H. — *Appellant in tritico*, etc. Non meminit Plinius superiori capite, de siligine pollen se dixisse. Vide Budaeum 5, de Asse. DAL.

Hoc aerariae... utuntur. Quae farina cum argilla mixta operum suorum formas effingunt, ut recte Dalecampius. HAAN.

CXXII. Subintellige, pondo, seu libras redeunt. H.

Annona media. Moderatiore annona, quum nec omnino gravis est, nec omnino laxa. H.

XL asses. E nostris assibus, asses sunt XXXII. H.

Octonis... amplius. H. e. XLVIII assibus: monetae nostrae asses efficiunt circiter octo et triginta. H.

Duplum. Hoc est, asses XCVI, monetae gallicae asses circiter LXXVI. H. *Duplum*, etc. Duplum illud non significat asses XCVI, ut placuit erudito Harduino; sed asses tantum sedecim, qui efficiunt gallicae nostrae monetae asses XV, cum denariis 4. BROT.

Est et alia. Est et alia bonitatis distinctio in similagine, semel tempore L. Pauli nata, quum XVII libras panis reddere primum visa est: *secunda* bonitas, quum XVIII: tertia, quando XIX cum triente. H. — Locus hic mirum in modum corruptus est in scriptis editisque libris. Quam meliorem putavi emendandi rationem sum sequutus. Si quis meliora reperire valeat, experiatur. BROT. cuius emendationem, certe claram, sequimur. Hard. legit *dist. semel temp. L. P. nata*, *XVII pondo pan. r. visa*, *XVIII. Tertia*, etc. — Exemplarium MSS. vestigia summa fide sequuti sumus: sic enim habent Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, 3, Th. etc. *Semel tempore L. Pollinatam XVII*, caeteraque, ut edidimus; discrepante ab his longissime librorum editorum scriptura, quae est eiuscemodi: *Similago L pollin. autem XVII pondo panis reddere visa, tritici XXX, cum triente:* etc. Ambustum nihilominus hunc locum, nec satis adhuc sanum esse non negaverim: sed iactura, ut reor, facili. HASO.

Tritici. Similago sub. nam ex aliis frugibus, farre et siligine fieri

quinas selibras, totidem cibarii, et furfurum sextarios sex.

Siligo nunquam maturescit pariter, nec ulla sege- 5
tum minus dilationem patitur, propter teneritatem, iis quae maturuere, protinus granum dimittentibus. Sed minus, quam caetera frumenta, in stipula periclitatur, quoniam semper rectam habet spicam; nec rorem continet, qui rubiginem faciat.

Ex arinca dulcissimus panis: ipsa spissior, quam far, 6
et maior spica, eadem et ponderosior. Raro modius grani non XVI libras implet. Exteritur in Graecia difficulter: ob id iumentis dari ab Homero dicta. Haec enim est, quam olyram vocat. Eadem in Aegypto facilis, fertilisque. Far sine arista est: item siligo, excepta quae Laconica appellatur. Adiiciuntur his genera, bromos, siligo excepta, et tragos, externa omnia ab oriente invecta, oryzae similia. Tiphe et

ostendit, quod ait capitis principio, ex tritico fieri laudatissimam. Dal.

Ex arinca. De ea diximus c. sup. Hard.

Exteritur. In area difficulter teritur. Haad.

Ab Homero. Iliad. E, v. 195: Πηρὰ δέ σφιν ἑκάστῳ δίζυγες ἵπποι Εστάασι, κρῖ λευκὸν ἐρεπτόμενοι καὶ ὀλύρας. Vbi Didymus interpres; Ολύρας, εἶδος κριθώδους καρποῦ. Τισὶ μὲν βικία, καὶ βικίον· τισὶ δὲ ζειά, καὶ ζέα. Id rursum Homerus habet Iliad. B, v. 560. H.

In Aegypto facilis. Haud difficulter exteritur. H.

Far sine arista est. In Aegypto, non alibi. In Italia triticum muticum est, far aristas habet. Dal. — De farre vid. n. 3, pag. 202.

Exceptitia. Exceptitiam vocat a reliquo genere siliginis exceptam, id est, seiunctam, et separatam, ideo quod aristis careat. Aliae namque siliginis species, illa dempta, aristis spicam horridam gerunt. Dal. — *Siligo excepta.* Ita MSS. non *exceptitia.* Laconicam siliginem intelligit, diversi generis a communi siligine, propter peculiarem aristam. H.

Bromos. Hoc est, avena sativa, *de l'avoine*, βρομὸς Galeno de alim. Fac. lib. I, cap. 14, p. 322, t. VI, semen est in Asia frequens, praesertim in Moesia supra Pergamum: iumentorum cibus, non hominum, nisi in fame. Hard.

Tiphe. Sealiger Exerc. 292, p. 268, existimat esse nostrum secale, *le seigle*: sed falso. De secali dicemus cap. 40. Haad.

ipsa eiusdem est generis, ex qua fit in nostro orbe oryza. Apud Graecos est zea; traduntque eam ac tiphen, quum sint degeneres, redire ad frumentum, si pistae serantur: nec protinus, sed tertio anno.

XXI. Tritico nihil est fertilius, hoc ei natura tribuit, quoniam eo maxime alebat hominem: utpote quum e modio, si sit aptum solum, quale in Byzacio Africae campo, centeni quinquageni modii reddantur. Misit ex eo loco Divo Augusto procurator eius ex uno grano (vix credibile dictu) quadringenta pau-

In nostro orbe oryza. Hoc est, ptisana oryzae similis. H.

Si pistae serantur. Hoc est, si purgatae, sive decorticatae. Theophrast. Histor. lib. II, cap. 5: Η τίφη καὶ ἡ ζεία μεταβάλλουσιν εἰς πυρόν, ἐὰν πτισθεῖσαι σπειρωνται. Varia huius vocis πτίσσειν significatio est. Hesychius: Πτίσαι, κόψαι, πτίσει, κόψει, πτίσσατε, ἀποδερματίσατε. Πτίσσειν igitur Graecis est tundere, pinsere, purgare, decorticare. H.

XXI. *Alebat.* Sic ex MSS. emend. Hard. cona. Chiffl. *alat* Gr. et vulg. Ed. P.

In Byzacio Africae, etc. Ob eam Africae fertilitatem imperatores romani, qui ei provinciae praefuerant, aut in ea res gesserant, Africam signabant capite obvoluto pelle elephanti capiti detracta cum promuscide, adiecta spica et subdito aratro, cum cultro. Vrsinus, 38. Dal. — *Quale in Byzacio.* Supra lib. XVII, cap. 3: *In Byzacio Africae illum centena quinquagena fruge fertilem campum*, etc. H.

Centeni quinquageni modii. Nunc non tanta est Byzacio fertilitas. Vulgo reddit tantum 12 pro 1. Quandoque tamen maior est abundantia. Viditque Cl. Shaw in urbe *Alger* octoginta stipulas ex uno grano natas (Shaw, *Voyag.* t. I, pag. 283 et 286). In Etruria anno 1741, post maximam Arni fluminis, *l'Arno*, inundationem quae anno 1740 contigit, agri prope *Massa* reddidere 30 pro 1, teste Cl. Tozetti, *Viaggi*, tom. 1, pag. 3. Brot.

Procurator eius ex. Procurator Caesaris, Dioni lib. XVII, ὁ τὰ αὐτοκρατορικὰ χρήματα διοικῶν, ex equestri origine deligebatur, quod Tacitus in vita Agricolae monstrat. Eius officium fuit vectigalia colligere: fisci iura tueri, eaque persequi iudicio, cum privatis aequo, in provinciis. Idem munus fuit in urbe Praefecti aerarii. Fuit et procurator rei privatae, sive patrimonii imperatoris. De quo Capitolinus in Macrino, Brissonius lib. III, c. 18, 19, 20. Dal.

Quadringenta paucis minus. Bene MSS. Reg. et editio princeps, *CCCC paucis minus*, etc. Male eruditus Harduinus, *quadraginta.* Anno 1758 in Britannia, *l'Angleterre*, granum unum tritici, sine ulla praeparatione, inter cepas natum produxit 5600 grana.

cis minus germina, exstantque de ea re epistolae. Misit et Neroni similiter CCCLX stipulas ex uno grano. Cum centesimo quidem et Leontini Siciliae campi fundunt, aliique, et tota Baetica, et in primis Aegyptus. Fertilissima tritici genera, ramosum, aut quod centigranium vocant. Inventus est iam et scapus unus centum fabis onustus.

XXII. Aestiva frumenta diximus: sesamam, milium, panicum. Sesama ab Indis venit: ex ea et oleum faciunt: color eius candidus. Huic simile est in Asia

Quod, ut recte observont Britanni, non probat soli fertilitatem, sed quid possit tellus ferre, quum laeta sunt omnia. Conf. Cl. Duhamel, *Elémens d'Agriculture*, t. I, pag. 258. Brot. *Ces exemples de fertilité extraordinaire, qui nous sont présentés comme particuliers à certaines régions privilégiées, cessent de paraitre aussi merveilleux, lorsqu'on prend le parti de les soumettre à un examen attentif. Il est bien prouvé par des expériences répétées de nos jours, qu'un seul grain de blé, planté dans des circonstances favorables, et convenablement traité aux différentes époques de sa végétation, est susceptible de produire chez nous un grand nombre de tiges, et chaque tige une grande quantité de grains; d'où il résulte qu'il est possible d'obtenir avec une culture soignée quelques centaines de grains d'un grain isolé, en observant les précautions convenables pour cet essai, et qu'on néglige généralement dans une culture ordinaire. C'est probablement ce qui est arrivé dans les endroits cités; d'où l'on a pu conclure au général de quelques faits particuliers, dus peut-être au hasard. Ces faits allegués sont au moins suspects d'exagération.* Plura vide apud D. Yvart, *Notes sur Olivier de Serres, second titre.* Ed. P.

Germina. Stipula, sive culmos. Hard.

Leontini Siciliae campi. Ea soli fertilitas Siculos ad omne deliciarum genus sic effudit, ut omnibus voluptatum generibus praeter modum addicti forent ac dissoluti. Hinc Platoni *Siculae mensae*, ut et *Italicae* et *Thessalae*, lautissimae et maxime opiparae, quemadmodum et *Asianae*. — *Centesimo quidem et Leontini*, etc. Vulgo tamen, etiam Ciceronis aetate, messes illae reddebant tantum 10 pro 1. Cf. Cicer. in Verr. III, 47. Brot.

Aegyptus. Inde proverbium: *Arenas Libyae non curat Aegyptus.* Antiphilus, Καρποῖς οὐ σταδίοισιν ἐρίζομεν· οὐδὲ γὰρ αὖλαξ Αἰγύπτου Λιβύης ψάμμου ἐπιστρέφεται. Rhod. XXIX, 11. Dal. — *Ramosum, aut*, etc. Vid. not. 10, p. 201. Ed. P.

XXII. *Aest. frumenta diximus.* Initio cap. 10. Hard.

Sesama. Theophrast. Histor. lib. VIII, cap. 5. Dal.

Ex ea et oleum. Σήσαμον Dioscor. lib. II, 121: Γίνεται δὲ καὶ ἔλαιον ἐξ αὐτοῦ, ᾧ καὶ Αἰγύπτιοι χρῶνται. H.

Graeciaque erysimum; idemque erat, nisi pinguius esset; quod apud nos vocant irionem: medicaminibus annumerandum potius, quam frugibus. Eiusdem naturae et hominum, a Graecis dictum, sed cymino simile, seritur cum sesama: hoc, et irione, nullum animal vescitur virentibus.

XXIII. Pistura non omnium facilis: quippe Etruria spicam farris tosti pisente pilo praeferrato, fistula serrata, et stella intus denticulata, ut nisi intenti pisant, concidantur grana, ferrumque frangatur. Maior pars Italiae ruido utitur pilo: rotis etiam quas

Erysimum. Ερύσιμον Theophr. lib. VIII, cap. 7: Εστι δὲ τὸ μὲν ἐρύσιμον ὅμοιον σησάμῳ: καὶ λίπος ἔχει. Hoc de semine accipiendum, non de caule. Gallis *Cameline*, a Dodonaeo pingitur, pempt. 4, lib. II, cap. 23, pag. 523. Irio Latinorum est: vidimus in Horto Regio. H.

Irionem Pliuius hoc non satis distinguit. Irio Latinorum, Graecorum est erysimum fruges, pingui grano, ut sesama Theophrasto: erysimum vero herba, planta quam a Gallis Velarum dici scribit lib. XXII, cap. ult. Vnde etiam hic *irionem*, non *trionum*, legendum esse, contra Turnebi opinionem, qui ex manuscripto id et Theoph. libro de Oduribus probare contendit, manifestum est. Idem enim cum sesama esse, nusquam Theophr. scripsit, sesamae similem esse et pinguiusculum Hist. lib. VIII, cap. 7. Dal.

Eiusdem naturae. Theoph. Histor. lib. VIII, cap. 1 et 7. Dal.

Horminum. Ορμινον Theoph. Hist. lib. VIII, cap. 10; Diosc. lib. III, cap. 145, ὄρμινον. Nostris *orvale* et *toute-bonne.* A Dodonaeo delineatur pag. 290. Genus illius alterum pag. 292. Haro.

Sed cymino. Theophr. loco citato. Τὸ δὲ ὄρμινον κυμινῶδες. μέλαν· σπείρεται δὲ ἅμα καὶ τὸ σησάμον. H.

Hoc, et irione. Hormino scilicet et irione. De sesama quidem et irione id Theophr. asseverat, de Causis. lib. VI, cap. 19, pag. 374. De hormino considerandum ait, Histor. lib. VIII, cap. 7. H.

XXIII. *Fistula serrata.* Fistula in rustico instrumento, quid esset, diximus lib. XVII, 23, sed haec serrata dicitur, in quo ab illa altera discrepat. Fistulam serrariam appellat Cato, cap. x. Ait igitur Plinius in extremo ambitu praeferrati pili fistulam esse serratam, sive cultri serrati similitudinem, praetereaque in medio denticulatae stellae effigiem: ut nisi erecto semper pilo pinsatur, frangi ferrei isti denticuli possint. H.

Intus. In mortario scilicet, in pila. Dal.

Ruido. Ferrum non habente, aspero, impolito. *Panis rudus* Plauto, crustosus, non satis coctus. Vide apud Apuleium lib. IX Asini, ele-

aqua verset obiter, et molat. De ipsa ratione pisendi Magonis proponetur sententia: Triticum ante perfundi aqua multa iubet, postea evalli, deinde sole siccatum pilo repeti. Simili modo hordeum. Huius sextarios xx spargi duobus sextariis aquae. Lentem torrere prius, deinde cum furfuribus leviter pisi. Aut addito in sextarios xx lateris crudi frusto, et arenae semodio. Erviliam iisdem modis, quibus lentem: se- [2]
samam in calida maceratam exporrigi: deinde confricari, et frigida mergi, ut paleae fluctuent, iterumque exporrigi in sole super lintea; quod nisi festinato peragatur, lurido colore mucescere. Et ipsa autem, quae evalluntur, variam pisturarum rationem habent. Acus vocatur, quum per se pisitur spica, tantum aurificum ad usus. Si vero in area teritur cum stipula, palea, ut maiore in terrarum parte ad pabula iumen-

gantem descriptionem pistrini, et servorum, atque adeo iumentorum pistoriorum. Dal.

Piseudi. Sic MSS. ubique: *pisendi*, et *pisente*, et *pisant*, et *pisi*: nusquam, ut nunc fere usus obtinuit, *pinseudi*, *pinsente*, *pinsant*, *pinsi*, etc. Hard.

Postea evalli. Vallo sua excludi, deglubi, gluma, cortieeque suo spoliari. *Gluma* proprie *hordei tunicula est*; apud Festum. H. — *Gluma* ap. recentiores, eodem sensu ad *gramineas* amnes pertinet. Ed. P.

Vt paleae fluctueut. MSS. amnes, *fluctuentur*. H.

Acus. Inde *far acerosum* Lucilio, Satyr. lib. XX: *Vivere quae gallam, ac rugas conducere ventris, Farre acerosa, olea decumano, panc coëgit Cumano.* Aurum non acere, sed palea citissime ardescere noster auctor scribit lib. XXXIII, c. 3. D.

Quum per se. A calama, stipula, stramento, deeisa ae separata. Acus, aceris, est tritici purgamentum, glumam compleetitur, aristam, et spicae scapum. Graecis, ἄχυρον. Hinc *acerosum far* apud Nonium, ex Lucilia. Festusque, verbo *Obacerare*, inquit, *obloqui atque alterius sermonem moleste impedire: quod sumptum videtur a paleis, quas Graeci ἄχυρα vocant. Itaque et frumentum, et panis non sine paleis, acerosus dicitur: item lutum aceratum, paleis mixtum.* H.

Aurificum ad usus. Forte quoniam, ut Plinius ipse scribit lib. XXXIII, cap. 19, palea citissime ardescit aurum, hoc est, *acere*: nam *acerus*, *palea est* Varroni. Apud Festum, *et quaedam paleae de fumento acus dicuntur.* H.

torum. Milii, et panici, et sesamae purgamenta, apludam vocant, et alibi aliis nominibus.

XXIV. Milio Campania praecipue gaudet, pultemque candidam ex eo facit. Fit et panis praedulcis. Sarmaturum quoque gentes hac maxime pulte aluntur, et cruda etiam farina, equino lacte, vel sanguine e cruris venis admixto. Aethiopes non aliam frugem, quam milii hordeique, novere.

XXV. Panico et Galliae quidem, praecipue Aquitania utitur. Sed et Circumpadana Italia addita faba, sine qua nihil conficiunt. Ponticae gentes nullum panico praeferunt cibum. Caetero aestiva frumenta riguis magis etiam, quam imbribus gaudent. Milium et panicum aquis minime, quum in folia exeunt. Vetant ea inter vites arboresve frugiferas seri, terram emacrari hoc satu existimantes.

XXVI. (XI.) Milii praecipuus ad fermenta usus, e

Apludam. Festus: *Apluda est genus minutissimae paleae frumenti, sive panici*, etc. Vix Gellium audio, qui lib. XI, *apludum*, ait, *veteres rusticos frumenti furfurem appellasse.* Haro.

XXIV. *Milio Campania.* Vide quae diximus cap. 10. Colum. lib. II, cap. 9, pag. 56: *Milium quoque pultem, maxime cum lacte, non fastidiendam praebet.* H.

Fit et panis praedulcis. Vide Galenum de Alim. fac. lib. I, cap. 15, pag. 323, t. VI, et ea adiice quae diximus cap. 10. H.

Equino lacte, etc. Virg. G. III, 463: *Et lac concretum cum sanguine potat equino.* Martial. de Spect. III, 3: *Venit, et epoto Sarmata pastus equo.* Sidon. *Aut ad Caucasigenas Alanos, aut ad equimulgos Gelonos.* Brod. V, 34. Dal.

XXV. *Panico.* De eo diximus cap. 10. Haro.

Addita faba. Paulinus, ep. III, ad Severum: *Fabam intrivit panicio.* Et infra: *Fabam tantum milio, panicioque confundens.* H.

Milium et panicum Theophr. Hist. lib. VIII, cap. 7. H. — *Panicum miliaceum* et *Italicum* (gen. 161, sp. 1502 et 1499. *Decand.*), ex India oriunda. Ed. P.

Terram emacrari. MSS. Reg. Colb. etc. *emactari.* Forte *emaciari*: qua voce Colum. usus lib. II, cap. 10, de lupino. H.

XXVI. *Milii praecipuus.* Ita plane Geop. auctor, lib. II, cap. 31: Εἰ δὲ θέλεις εἰς ἔτος ὅλον εἶναι ζύμην, etc. *Si vero in totum annum*, inquit, *fermentum habere vis, quum in doliis mustum ebulluerit, spumosum illud quod efferbat, eximito, cum farina*

musto subacti in annuum tempus. Simile fit ex tritici ipsius furfuribus minutis et optimis, e musto albo triduo maturato subactis, ac sole siccatis. Inde pastillos in pane faciendo dilutos, cum similagine seminis fervefaciunt, atque ita farinae miscent, sic optimum panem fieri arbitrantes. Graeci in binos semodios farinae satis esse besses fermenti constituere. Et haec quidem genera vindemiis tantum fiunt. Quo libeat vero tempore, ex aqua hordeoque bilibres offae ferventi foco, vel fictili patina torrentur cinere et carbone, usque dum rubeant. Postea operiuntur in vasis, donec acescant: hinc fermentum diluitur. Quum 2 fieret autem panis hordeaceus, ervi aut cicerculae farina ipse fermentabatur: iustum erat, duae librae in quinque semodios. Nunc fermentum fit ex ipsa farina, quae subigitur priusquam addatur sal, ad pultis modum decocta, et relicta donec acescat. Vulgo vero nec suffervefaciunt, sed tantum pridie asservata materia utuntur: palamque est naturam acore fermentari:

milii commisceto, diligenterque trita in massas cogito, quas ad solem siccatas in humido loco repones; et inde sufficienti accepta quantitate pro fermento utitor. Hann.

Ad ferm. usus. Perlepide Plaut. in Cas. II, 5, 18, de muliere, quae ira et indignatione exardescebat: *Nunc in fermento tota 'st, ita turget mihi.* STAL. *Aedepol, ego illam mediam diruptam velim.* Sufflatum militem vel gloria turgidum eadem significatione ait in Bacch. IV, 2, 22: PAR. *Sufflatus ille huc veniet.* PIST. *Diruptum velim.* Dal.

E musto. Cum musto triti. H.

Triduo maturato. Musto recenti et triduano. MSS. quidam, *macerato*, male. Hard. — *Musto*, etc. Mustum album triduo maturatum, *le moût, l'écume du vin blanc prise dans les premiers jours.* Mirum sane est regiones nostras vitiferas id fermenti genus non experiri. Brot.

Cum similagine seminis. Eius frumenti, e quo panis conficitur, vel zeae, quam semen peculiari nomine vocant. Supra cap. 8 proximo, et mox eod. hoc capite. Dal.

Besses fermenti. Uncias octo, seu duas tertias, ut vocant, librae partes. Hann.

Vindemiis. Vindemiae tempore. H.

Erviliae aut cicerculae farina ei praefermentabatur. Hoc est, erviliae aut cicerculae farina fermentum ei praeparabatur. Gronov.

Palamque est naturam. Ita MSS.

sicut et validiora esse corpora, quae fermentato pane aluntur: quippe quum apud veteres ponderosissimo cuique tritico praecipua salubritas perhibita sit.

XXVII. Panis ipsius varia genera persequi supervacuum videtur: alias ab obsoniis appellati, ut ostrearii: alias a deliciis, ut artolagani: alias a festinatione, ut speustici: nec non a coquendi ratione, ut furnacei, vel artopticii, aut in clibanis cocti: non pridem etiam e Parthis invectus quem aquaticum vocant, quoniam aqua trahitur, tenuem et spongiosa inanitate, alii Parthicum. Summa laus siliginis bonitate et cribri

Reg. caeterique. Naturam vocat subactam farinam, quae intervenienie acore fermentatur. H.

XXVII. *Panis ipsius varia genera.* Athenaen Messapii πανίαν πλησμονὴν vocaverant: πανία πλήσματα, et πανὸν ἄρτον. Olim *panus*, glomus Festo, in sacris crustulum. Graecis τολύπη, qualia memorat Clemens Alexandrinus in Protreptico, σησάμας, πυραμίδην, πόπανα, πολυόμφαλα. Scal.

Appellati. Chiffl. codex, *appellari.* Ed. P.

Vt ostrearii. Quo genere panis vesci cum ostreis Veteres solebant. Harn.

Artolagani. Delicati panes, quos e vino modico, pipere, lacte, oleo, vel adipe, et farina parari solitos, ait Athenaeus l. III, p. 113. Αρτος paoem, λάγανον placentam sonat. H.

Speustici. A σπεύδω, *accelero:* quod nec fermentum apponitur, nec calefit aqua: sed statim subacta farina igni committitur. Is esse videtur, quem Cato cap. LXXIV depsticium vocat: *Panem depsticium sic facito. Manus, mortariumque bene lavato. Farinam in mortarium indito: aquae paulatim addito, subigitoque pulchre: ubi bene subegeris, defingito, coquitoque sub testu.* H.

Furnacei. Qui in furnis coquuntur ἰπνίτας appellat Tryphon apud Athenaeum lib. III, p. 108. Αρτοπτίκιοι apud eumdem, p. 113, nomen habent a vase, sive testu, in quo ii excoquebantur, quod et ἀρτοπτεῖον et ἀρτόπτην vocabant. Pollux lib. X. Denique κριβανίτην (sic enim Attici pronuntiant apud eumdem Athenaeum pag. 109) in clibanis coctum vocant, hoc est, in furnaculo ferreo, aeneove, sive testaceo, in quo pruna subiecta, vel superne congesta, panificium coquitur: vulgo, *four de campagne*, ou *tourtière.* H.

Invectus. Sic ex MSS. emend. Hard. cons. Chiffl. *invecto* Gron. et al. Ed. P.

Aqua trahitur. Dum in panificium massa subigitur, aqua plurima addita diducitur, protrahiturque: et ante coctionem levis spongiosusque redditur. H.—*Tenuem et spongiosa inanitate.* Broterius ex MS. Reg. 4, *a tenui et spongiosa.* Ed. P.

tenuitate constat. Quidam ex ovis aut lacte subigunt. Butyro vero gentes etiam pacatae, ad operis pistorii genera transeunte cura. Durat sua Piceno in panis inventione gratia, ex alicae materia. Eum novem diebus macerant: decimo ad speciem tractae subigunt uvae passae succo: postea in furnis, ollis inditum, quae rumpantur ibi, torrent; neque est ex eo cibus, nisi madefacto, quod fit lacte maxime mulso.

XXVIII. Pistores Romae non fuere ad Persicum usque bellum, annis ab Vrbe condita super DLXXX.

Butyro vero, etc. Olei, et, ut ait Cato, unguinis loco. DALEC.

Transeunte cura. Bellorum immunes, ad opera pistoria transferunt curam. HARD.

Ex alicae materia. Ex eodem frumenti genere, quo fit et alica. De pane Picentino, Martialis *max* appellandus. HARD.

Macerant. Aqua. *Placentum*, inquit Cato cap. LXXVI, *sic facito.... Alicam in aquam infundita*, etc. H.

Ad speciem tractae. Tracta, ut ex Catone liquet, subacta manibus farina est, depsita, agitata, in langum protracta: ut ea agitatione melius fermentetur. Cato, loc cit. *Alicam in aquam infundito: ubi bene mollis erit, in mortarium purum indita, siccatoque bene. Deinde manibus depsito: ubi bene subactum erit, farinae libras quatuor paulatim addito: id utrumque tracta facito. In qualo ubi arescant, componito*, etc. Tracta neutro genere Cato pronunciavit: tractam feminino Plinius. Turneb. Advers. lib. XXII, cap. 10, p. 775, putat esse quam *Tarram* vulgo vocant, cui minime nos assentimur. Vide Rob. Constant. in Lexico, verbo Τραχτόν. H.

Quod fit lacte mulso. Hoc est, melle admixto. Eo lacte madefactus panis turgebat eximie, et erat sic in deliciis, Martialis, lib. XIII, ep. XLVII, cuius lemma, *Panes Picentini*: *Picentina Ceres niveo sic nectare crescit, Vt levis accepta spongia turget aqua.* H. — *Lacte maxime mulso.* Vet. *lacte maxime, aut mulso.* ED. P.

XXVIII. *Pistores Ramae non fuere.* Varro in ταφῇ Μενίππου, referente Nonio: *Nec pistorem ullum nossent, nisi eum qui in pistrino pinseret farinam.* Et lib. I de vita pop. rom. *Nec pistoris nomen erat, nisi eius qui far pinsebat*, hoc est, molebat. Nam, ut Festus ait, *Pistum a pinsendo pro molitum Antiqui usurpabant.* Sic Plautus pistor fuit, quum molas trusatiles versando aperam locaret. Minutius Felix: *Octavius homo Plautinae prosapiae, ut pistorum praecipuus, ita postremus philosophorum.* Aevo tamen subsequente, florente rep. ac deinceps, pistores, ut natum est, ἀρτοποιοὶ appellati. Apud Plautum sane, coquum saepius, pistorem numquam offendas, nisi pro *ea* qui far pinsit, hoc est, qui molit. H.

Ad P. u. bellum. Vsque ad bellum cum Persao, Macedonum rege, quod quidem tam illius, quam totius Ma-

Ipsi panem faciebant Quirites: mulierumque id opus erat, sicut etiam nunc in plurimis gentium. Artoptam Plautus appellat in fabula, quam Aulularium scripsit: magna ob id concertatione eruditorum, an is versus poëtae sit illius; certumque fit, A. Atteii Capitonis sententia, coquos tum panem lautioribus coquere solitos; pistoresque tantum eos, qui far pisebant, nominatos. Nec coquos vero habebant in servitiis, eosque ex macello conducebant. Cribrorum genera Galli e setis equorum invenere, Hispani e lino excussoria et pollinaria, Aegyptus e papyro atque iunco.

XXIX. Sed inter prima dicatur et alicae ratio,

cedonici imperii clade ac servitute, finitum est, anno V. C. 586, Macedonia in provinciae formam cedente. H.

Mul. id op. erat. Pistrices eiusmodi feminas vocabant. Lucil. in XIII fragment. ex incert. lib. sat. *Pistricem validam, si nummi suppeditabunt, Addas empleuron, mamphulas quae sciat omnes.* Mamphula, panis Syriacus lautissimus. Dal.

Artoptam Plautus, etc. Locus Plauti citatus a Plinio est in Aulularia, act. II, sc. VIII, v. 4: *Ego hinc artoptam ex proximo utendam peto.* Quidam ineptissime panificam mulierem, *Artoptam* exponunt. *Artopta* vas fuit, in quo panis tostus, sive artopticus, coquebatur. Hoc autem vas quum in Quiritium aedibus esset, argumentum est ipsos sibi panem coxisse. Panis certe a ratione diversa coquendi, tria genera fuerunt Athenaeo, furnaceus, clibanites, sive testaceus, artopticius. Dalec. — *Artoptam.* In MSS. Plinianis omnibus, *Artoptasiam* hoc loco legitur: ut pro muliere panifica sceepta ea vox a Plinio videatur, desumptaque ex alio quopiam Plauti versiculo, qui ex ea fabula nunc exciderit: vel pro ipsa arte coquendi, ut Fulvio Vrsino visum, in appendice ad lib. P. Ciacconii, de Triclinio, p. 160. Harn.

Coquos tum. Ita recte Turneb. emendavit, Advers. lib. XXVIII, cap. 42, pag. 1027, quum prius legeretur *tostum.* In Reg. 2, *costum.* Non placet Fulvii Vrsini coniectura loc. cit. legentis, *testu panem:* etsi Vossius approbat in Etymologico. Quos pistores scilicet posterior appellavit aetas, prisca coquos vocitabat. Festus: *Cuquum et pistorem apud Antiquos eumdem fuisse accipimus. Naevius: Coquus inquit, edit Neptunum, Venerem, Cererem: Significat per Cererem, panem: per Neptunum, pisces: per Venerem, olera.* H.

Excussoria. Excussoria sunt, quae ad excutiendam farinam facta: pollinaria, quae ad purgandam pollinem. H. — *Excussoria et pollinaria.* Gallice vulgo, *des bluteaux, ou de tamis.* Ed. P.

XXIX. *Alicae ratio.* Alica apud Plinium duo significat: frumentum, *l'épeautre*; et cibum, *le gruau d'épeautre.* Alicae usus maxime viguit

praestantissimae saluberrimaeque: quae palma frugum indubitata Italiam contingit. Fit sine dubio et in Aegypto, sed admodum spernenda. In Italia vero pluribus locis, sicut Veronensi Pisanoque agro: in Campania tamen laudatissima. Campus est subiacens montibus nimbosis, totis quidem XL M. passuum planitie. Terra eius (ut protinus soli natura dicatur) pulverea summa, inferior bibula, et pumicis vice fistulosa: montium quoque culpa in bonum cedit. Crebros enim imbres percolat atque transmittit: nec dilui, aut madere voluit propter facilitatem culturae. Eadem acceptum humorem nullis fontibus reddit, sed temperat, et concoquens intra se vice succi continet. Seritur toto anno, panico semel, bis farre. Et tamen vere segetes, quae interquievere, fundunt rosam odoratiorem sativa; adeo terra non cessat parere! Vnde vulgo dictum, Plus apud Campanos unguenti, quam apud caeteros olei fieri. Quantum autem universas terras campus Campanus antecedit, tantum ipsum pars eius, quae Laboriae vocantur, quem Phle-

2

actate Augusti. Baot.— *Italiam contingit.* Chiffl. *Italiae contingit.* Ed. P.

In Campania. Hinc *alicariae meretrices, et alicariorum pistrina in Campania*, auctore Festo. Haad.

Fistulosa. Sic ex MSS. emend. Hard. *fistulans* Gronov. et al. Ed. P.

Nec dilui aut madere. Ne si in lutum abiret, non tam facilis essel culturae. H.

Vice succi continet. MSS. omnes *vici fusi.* H.

Seritur toto anno. Strabo idem graece, l. V, p. 242, de Campaniae agro: ἱστορεῖται δ' ἔνια τῶν πεδίων σπείρεσθαι δι' ἔτους, ὅις μὲν τῇ ζέᾳ, τὸ δὲ τρίτον ἐλύμα· τινὰ δὲ καὶ λαχανεύεσθαι τῷ τετάρτῳ σπόρῳ. *Traditum memoriae est quaedam Campaniae arva toto anno conseri: bis zea: tertium panico: quaedam etiam quarto satu olera producere.* Vbi far appellavit zeam perspicue Strabo. H.

Segetes. Seges hic ipsa humus est, quae ad accipiendum semen apta est. Haec Plinius ait in eo tractu, quum interquievit a frugibus, sponte rosam fundere, quae sit odoratior sativa. H.

Plus.... unguenti. Quoniam rosae in unguenta transeunt. H.

Quae et Laboriae. Plinius, lib. III, c. 9, §. 8: *Ibi Laborini campi sternuntur, et in delicias alicae populatur messis.* Vide quae ibi diximus in Notis. H.

graeum Graeci appellant. Finiuntur Laboriae via ab utroque latere consulari, quae a Puteolis, et quae a Cumis Capuam ducit.

4 Alica fit e zea, quam semen appellavimus. Tunditur granum eius in pila lignea, ne lapidis duritia conterat. Nobilius, ut notum est, pilo, vinctorum poenali opera. Primori inest pyxis ferrea. Excussis inde tunicis, iterum iisdem armamentis nudata conciditur medulla. Ita fiunt alicae tria genera: mini-

Phlegraeum. Phlegraeum vocant ἀπὸ τοῦ φλέγειν, quod toto illo tractu passim ignis emicet, scaturiant calidi fontes, sulphur conficiatur, tanquam accenso sub terris sulphure deflagret ea regio: illic pugnasse cum gigantibus Herculem narrant, gente fera, et in peregrinoa saevissima, ac inter praeliandum tonuisse crebro, iactaque de caelo fulmina, unde fabulae occasio. Alii id gestum ad Pallenan Thraciae, quae et Phlegra vocata est, malunt. Rhod. lib. XXX, cap. 38. Dal. — *Phlegraeum.* Campos Phlegraeos egregio opere illustravit Clar. Hamilton, recteque observavit terram illam superne pulveruleam, inferne bibulam, et pumicis instar fistulosam, trahere suam fertilitatem a volcanicis ignibus quibus olim conflagravit. Tot post annos durat adhuc illa fertilitas. Brot.

Finiuntur. Laborini campi finiuntur, inquit, utrimque via gemina consulari: quarum altera a Capua Puteolos, altera Cumas ducebat. Plinium hoc loco carpit immerito Cluverius, Ital. Antiq. IV, 2. H.

Alica. Alica Plinio genus sorbitionis ac pultis est, cuiusmodi fere nos ex oryza conficimus. H.

Fit e zea, quam semen. Cap. 19. Zeam Strabonis farrem esse Plinianum iam ante monuimus. Idem Strabo loc. cit. fieri alicam e tritico ait in hoc ipso Campaniae tractu, omni oryza potiorem: Αἴγω δὲ τὸν πύρινον σῖτον, ἐξ οὗ καὶ ὁ χόνδρος κρείττων ὢν πάσης καὶ ὀρύζης. Diosc. lib. II, cap. 118, e zea: Ο δὲ χόνδρος γίνεται μὲν ἐκ τῆς καλουμένης ὀικόκκου ζέας, etc. H.

In pila lignea. Pila, sive mortarium, *un mortier*, vas concavum, quo Antiqui siccata frumenta pinsebant, ac contundebant. Cato, cap. XIV, in rustico instrumento recenset: *paululum latam pilum, ubi triticum pinsant, unam: fullonicam, unam:* et c. X: *Pilam ligneam unam, fullonicam unam* dixerat. Marcell. Empir. c. XXVI, ad calculosos: *Hoc medicamentum*, inquit, *tunditur, vel componitur in pila lignea, et pilo ligneo.* H. — *Ne lapidis.* Ne duritia lapideae pilae, ferreique pili farinae in modum grana conterat: quae nunc satis est ita contundi, ut suis truncis, aut folliculis spolientur, solaque medulla supersit, detritis utriculis. H.

Primori. In extrema pili ferrei parte. Haro.

Conciditur medulla. Non conteritur, ut farina, ad laevorem usque: sed in particulas quaternas, quinasve grana singula franguntur, *concasser.*

mum, ac secundarium: grandissimum vero aphaerema appellant. Nondum habent candorem suum quo praecellunt: iam tamen Alexandrinae praeferuntur. Postea (mirum dictu) admiscetur creta, quae transit in corpus, coloremque et teneritatem affert. Invenitur haec inter Puteolos et Neapolim, in colle Leucogaeo appellato: exstatque Divi Augusti decretum, quo annua vicena millia Neapolitanis pro eo numerari iussit e fisco suo, coloniam deducens Capuam: adiecitque causam afferendi, quoniam negassent Campani alicam confici sine eo metallo posse. In eodem reperitur et sulphur; emicantque fontes Oraxi oculorum claritati, et vulnerum medicinae, dentiumque firmitati.

II. — Zea, *l'épeautre*, non in farinam redigebatur, sed in partes concidebatur... Partes minimae suppeditabant aliculam, a Martiale, XII, epigr. LXXXIII, memoratam: minores, secundariam alicam: maiores, alicam, seu *aphaerema*. Brot.

Ita... tria genera. Infra, quod in farinario cribro primum remansit, grandissimum est: quod arctiore deinde cernitur, secundarium vocatur: quod angustissimo, cribrarium ac minimum. Nunc vero grandissimum alicae genus appellatur, quod leviter tusum est, cui excussae modo sunt lunicae: secundarium, medulla ipsa in crassiores partes concisa: minimum, in tenuiores. H.

Aphaerema. Αφαίρεμα, forte a cortice, seu lunicis zeae ablatis. H.

Transit in corpus. Nempe in corpus et naturam alicae, cui colorem et teneritatem affert. Sic in fine huius capitis, candorem alicae, conferre lactis incocti mixtura, vice cretae, dicitur. H. — *Creta, quae transit in corpus.* Non ita mirum cretam esse edulem, et quae in corpus transeat, quum pisces vermesque terra vescantur. Immo edulis terra videtur ubique diffusa. Vidit Cl. Adansonius Africanos, *les Nègres*, qui terram comederent. Nostras in insulas translati edulem aliam terram reperere, quae in insula Martinica appellatur *caouac*, et publice venalia est. Brot. — *Transit.* In alicam scilicet. Vnde vir alias perspicax Broterius didicit, cretam humano corpori *teneritatem* et *colorem* afferre? Ed. P.

Leucogaeo. A terrae seu cretae albedine id ei colli nomen. Vide Camill. Pellegrin. in Campania Felice, pag. 245 et 266. Haan.

Annua vicena. In MSS. *anno ad vicena.* Forte *annua ducena.* H.

Sine eo metallo. Quidquid e terrae visceribus effoditur, id metallum dicitur. Multa afferi exempla Rosweydus noster, in Noll. ad Paullin. pag. 859. Haan.

Fontes Oraxi. MSS. *Araxi*, et ita Broterius edidit. Ed. P.

6 Alica adulterina fit maxime quidem e zea, quae in Africa degenerat. Latiores eius spicae, nigrioresque, et brevi stipula. Pisunt cum arena, et sic quoque difficulter deterunt utriculos, fitque dimidia nudi mensura: posteaque gypsi pars quarta inspargitur; atque ut cohaesit, farinario cribro subcernunt. Quae in eo remansit, exceptitia appellatur, et grandissima est. Rursus quae transit, arctiore cernitur, et secundaria vocatur. Item cribraria, quae simili modo in tertio remansit cribro angustissimo, et tantum arenas transmittente. Alia ratio ubique adulterandi. Ex tritico candidissima et grandissima eligunt grana, ac semicocta in ollis, postea arefaciunt sole ad initium, rursusque leviter aspersa molis frangunt. Ex zea pulchrius, quam ex tritico, fit granum, quamvis id alicae vitium sit. Candorem autem ei pro creta lactis incocti mixtura confert.

Alica adulterina. Prorsus hunc alicae conficiendae modum Geop. Auctor expressit, lib. III, cap. 7, p. 90, tit. Χόνδρου ποίησις. H.

Fitque dimidia. Nudati tunicis suis grani mensura dimidio minor est, quam erat circumvestiti.

Gypsi. Tenuissime cribrati Geop. Auct. l. c. H.

Vt cohaesit. Vbi cum farina probe permixta est, et in unum corpus veluti coiit. H.

Farinario, etc. Lepide Plautus in Poen. III, 1, 10, in lentos et tardius ambulantes: *Nam iste quidem gradus succretu' est cribro pollinario, Nisi cum pedicis condidicistis sic hoc grassari gradu.* Dalec.

Et tantum arenas. Admixtas scilicet, ut dictum est prius: *Pisunt cum arena*, etc. H.

Ad initium. MSS. Reg. Colb. Chiffl. *ad initum.* Forte, *ad molum.* Hard.

Fit granum. Vel potius graneum, quod pultis vel ptisanae genus e tritico fuisse videtur. — *Granum.* MSS. Reg. 1, Colb. 1, *granacum.* Reg. 2, et Thuan. *gracum.* Colb. 2, omnium optime, *granaeum.* Cato, cap. LXXXVII: *Granum triticeum sic facito: Scilibram tritici puri in mortarium purum indat, lavetque bene, corticemque deterat bene, eluatque. Postea in ollam indat*, etc. Turnebus, Advv. II, 12, pag. 1027, legendum putabat, *Fit tragum.* Sed de trago iam superius pronuntiatum a Plinio est, cap. 16: *Simili modo e tritici semine tragum fit*, etc. Hard.

Quamvis id alicae. Quamvis haec sit alica inferioris notae, minusque nutriat. H.

XXX. (XII.) Sequitur natura leguminum, inter quae maximus honos fabae: quippe ex qua tentatus sit etiam panis. Lomentum appellatur farina ea, aggravaturque pondus illa, et omni legumine. Iam vero et pabulo venalis fabae multiplex usus omnium quadrupedum generi, praecipue homini. Frumento etiam miscetur apud plerasque gentes, et maxime panico solida, ac delicatius fracta. Quin et prisco ritu fabacia suae religionis Diis in sacro est, praevalens pulmentari cibo, et hebetare sensus existimata, insomnia quoque facere.

XXX. *Honos fabae.* Quae faba Velerum fuerit, haud ita est proclive statuere: palam enim est non esse eam quam eo nomine vulgus indigitat, *feve:* cui faseoli nomen accommodari verius ceuset Dodonaeus, Pempt. 4, lib II, cap. 505. Certe Graecorum κύαμον, Latinorumque fabam, et rotundam esse, et exiguae molis, ex variis Antiquorum testimoniis perspicuum est: quae dos utraque a faba nostra vulgari abest. Hard. — *Faba vulgaris* (*Diadelph. decand.* L. *Legum.* Juss.) Eo. P.

Lomentum. Farina fabacea, ἰρέγμινον ἄλευρον, et ἄλευρον. H.

Aggravaturque pondus. Frumenti, vel panici, cui immiscetur in panificio. H.

Iam vero et pabulo. Pellicerius coniiciebat in Nott. sinceriorem forte lectionem fore: *Iam vero et pabulo venalium, fabae*, etc. Nos vix assentimur. Hard.

Frumento. Quem morem hodiequa Allobroges tenent, ut fiat solidior panis. Hard.

Et maxime panico. Vide quae diximus c. 25. Hard.

Delicatius. Levius, molliusque fracta, nec in tenuem omnino farinam. Hard.

Fabacia A iactandis fabis deducta vox, ut suspicari quidem licet ex eo Varronis loco, de vita populi rom. ap. Nonium, I, 2: *Quibus temporibus*, inquit, *in sacris fabam iactant noctu, ac dicunt se Lemures domo extra ianuam iacere.* Fabacia pulte Carnae deae, Iani uxori, sacrificari solitum, kalendis innis, quas fabarias appellabant, auctor est Macrobius, Saturn. I, 12, hunc ritum instituente Tarquinio post exactos reges. In MSS. Reg. Colb. Thuan. non *fabacia*, sed *fabata* legitur: et Graeci recentiores fabas coctas hodieque φάβατον vocant: et pultem fabatam Festus appellat, verbo *Refriva.* Apicius tamen, V, 6, fabacias virides, fabacias frictas, fabacias Baianas in obsonium parandi modum edocet. H.

In sacro est. Cato cap. CXXXIV, in sacro porcae praecidaneae far, triticum, hordeum, fabam, semen rapicium adhibet. In Vinalibus pollucebantur suffimenta ex faba, milioque molito, et mulso consperso. Dal.

Pulmentari cibo. Pulmentarii vice. Vide quae diximus cap. 19. H.

Et hebetare. Didymus in Geop. l. II, cap. 33, pag 69: Οἱ δὲ φυσικοὶ φασι τοὺς κυάμους ἀμβλύνειν τὰς καρ-

Ob haec Pythagorica sententia damnata: ut alii tradidere, quoniam mortuorum animae sint in ea. Qua de causa parentando utique assumitur. Varro et ob haec Flaminem ea non vesci tradit quoniam in flore eius litterae lugubres reperiantur. In eadem peculiaris religio; namque fabam utique e frugibus referre mos est auspicii causa, quae ideo referiva appellatur.

δίας τῶν ἐσθιόντων αὐτούς· διὸ καὶ ἐμποδίζειν τὰς εὐθυονειρίας νομίζονται, εἰαὶ γὰρ πνευματώδεις. Hard.

Pythagorica sententia. Fabae nomine a Pythagora quidam intellectum *ovum* putant, quod in *ea* sit ἡ τῶν ζώων κύησις, animalium fetura, ac inde dictum κύαμον Par scelus Pythagoras esse dicebat ἐσθίειν κυάμους κεφαλάς τε τοκήων. Rhod. XXVII, 17; Cato CXXXIV. Dal. — *Pythagorica.* Pythagorici huiusce placiti quae sententia fuit, fuse disputatur a Gellio IV, 11, pag. 296. Facit cum Plinio Apollonius, Hist. comm. c. 46, et Tullius de Divin. lib. I, c. 30: *Iubet Plato*, inquit, *sic ad somnum proficisci corporibus affectis, ut nihil sit, quod errorem animis, perturbationemque afferat. Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quod habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis, quaerentis vera, contrariam.* Et lib. II, n. 119: *Faba quidem Pythagorici utique abstinere; quasi vero eo cibo mens, non venter inflatur.* Trahit alio eam Pythagorae sententiam Plutarch. de Educ. puer. p. 12, rursumque in Qu. Rom. p. 286. H. — *Pythagorica sententia.* Broterius ex MSS. Regg 1 et 2, *Pythagoricae sententiae.* Ea. P.

Parentando utique. In Lemuribus, quae maio per trinoctium fiebant, fabam nigram lotis manibus pedibusque nudis, per ora versantes, aere tinniente, post terga reiiciebant, Lemures *dama* se eiicere clamantes, et ut abireat novies *araates*, expiari sic Manes arbitrati: in parentalibus, faba vescebantur: in pervigiliis, cicere: pro ferali, coena nudo silici sepulchrorum affam ex lente imponebat, quum inferias solverent. Alex ab Alex. II, 12. Dal. — *Parentanda.* Parentalibus sacrificiis fabas adhiberi solitas, Festus affirmat. Parentalia autem epulae erant, in parentum aut propinquorum funeribus datae. Hard.

Flaminem. Gellius, X, 15, pag. 530, ex Fabii Pictoris Annalibus, *Fabam neque tangere Diali mos est, neque nominare.* Quae verba Festus transcribens, etiam causas adiicit: *quod ea putatur ad mortuos pertinere: nam et lemuralibus iacitur larvis, et parentalibus adhibetur sacrificiis, et in flore eius litterae apparere videntur.* Vide Erasm. Chil. I, Cent. 1, pag. 15, Adag. *A fabis abstineto.* Adde auctorem Geop. II, 33, p. 70. H.

Quae ideo referiva. Ita MSS. Reg. Colb. Th. non *refriua.* Festus: *Refrina* (vel *referiva* potius) *faba dicitur, ut ait Cincius, quae ad sacrificium referri solet donum ex segete auspicii causa, quasi revocet fruges. Aelius dubitat an ea sit, quae prolata in segetem damum referatur, an quae refrigatur, quod est, torreatur. Sed*

Et auctionibus adhibere eam lucrosum putant. Sola certe frugum etiam exesa repletur crescente luna. Aqua marina, aliave salsa non percoquitur. Seritur ante Vergiliarum occasum leguminum prima, ut antecedat hiemem. Virgilius eam per ver seri iubet, Circumpadanae Italiae ritu. Sed maior pars malunt fabalia maturae sationis, quam trimestrem fructum. Eius namque siliquae caulesque gratissimo sunt pabulo pecori. Aquas in flore maxime concupiscit: quum vero defloruit, exiguas desiderat. Solum, in quo sata est, laetificat stercoris vice. Ideo circa Macedoniam, Thessaliamque, quum florere coepit, vertunt arva.

opinionem Cincii adiuvat, quod in sacrificiis publicis, quum puls fabata Diis datur, nominatur refriva. Dictis Plinius adstipulatur. Haao.

Et auctionibus. Et in venditionibus publicis, si faba simul proponeretur venalis, lucrum ex ea re, et ex eo omine, maximum futurum putabant. Haan.

Sola certe. Didymus loc. cit. Φησὶ δὲ τὸν κυάμον ἐκβρωθέντα ἀναπληροῦσθαι πάλιν τῆς σελήνης αὐξουμένης. Harn.

Aqua marina. Didymus l. c. Et pisa nos observavimus puleana etiam aqua vix, fluviali haud aegre coqui. Harn.

Seritur ante. De Vergiliarum occasu, cap. 59. Pallad. lib. XI, in Novemb. tit. I, pag. 61: *In principio novembris fabam spargimus*, etc. H.

Virgilius. Georg. I, 215: *Vere fabis satio.* Seneca, epist. 86, § 15: *An uno tempore (vere) ista ponenda sint, et an utriusque (fabae et medicae) verna sit satio, hinc aestimes licet. Iunius mensis est, quo tibi scribo, iam proclivus in Iulium: eodem die vidi fabam metentes, milium serentes.* Dalec.

Fabalia. Siliquas fabales, seu grandiores culmos, ex quibus siliquae pendent. Colum. lib. II, cap. 10, de faba: *Post brumam parum recte seritur: pessime vere: quamvis sit etiam trimestris faba, quae mense februario seratur... sed exiguas paleas, nec multam siliquam facit. Veteres itaque rusticos plerumque dicentes audio, malle se matura fabalia, quam fructum trimestrem.* Haan.

Aquas in flore. Theophrast. Hist. VIII, 6. Haao.

Solum, in quo. Theophrast. Hist. VIII, 9. Colum. II, 10, p. 57: *Sunt etiam qui putent in arvis hanc eamdem vice stercoris fungi: quod sic ego interpretor, ut existimem non sationibus eius pinguescere humum, sed minus hanc quam caetera semina vim terrae consumere. Nam certum habeo frumentis utiliorem agrum esse, qui nihil, quam qui istam siliquam proximo anno tulerit.* Vide etiam Pallad. in Nov. tit. I, p. 161. H.

Ideo circa. Theophr. l. c. H.

Nascitur et sua sponte plerisque in locis, sicut septemtrionalis Oceani insulis, quas ob id nostri Fabarias appellant: item in Mauretania silvestris passim, sed praedura, et quae percoqui non possit. Nascitur et in Aegypto spinoso caule: qua de causa crocodili oculis timentes refugiunt. Longitudo scapo quatuor cubitorum est amplissima crassitudo: nec genicula habet, molli calamo: simile caput papaveri, colore roseo: in eo fabae non supra tricenas: folia ampla: fructus ipse amarus et odore: sed radix perquam lauta incolarum cibis, cruda, et omnino decocta, arundinum radicibus similis. Nascitur et in Syria, Ciliciaque, et in Torone Chalcidis lacu.

XXXI. Ex leguminibus autem novembri seruntur

Fabarias. Vide lib. IV, 17.

Nascitur et in Aegypto. Haec Teophr. IV, 10, quae transcripsit Athenaeus, III, pag. 27. A solo, in quo provenit, faba Aegyptia vocitatur: sed colocasiam esse cave credas. H.

Spinoso caule. Theophr. l. c. non *caule spinoso* dixit, sed *radice spinosa.* Ἰσχυρὰ γὰρ ἡ ῥίζα, καὶ οὐ πόῤῥω τῆς τῶν καλάμων, πλὴν ἐπακανθίζουσα· καὶ κροκόδειλος φεύγει, μὴ προσκόψῃ τῷ ὀφθαλμῷ, τῷ μὴ ὀξὺ καθορᾶν. Legisse Plinius videtur apud scriptores alios, κυλὸς δ' ἐπακανθίζων. H. — Quae sit illa faba spinoso caule, definire omnino non possumus; nisi ad quamdam acaciae aut similis cuiusdam generis speciem aculeatam referamus. Eo. P.

Longitudo. Theophr. l. c. H.

Crassitudo. Digitalis, πάχος δὲ δακτυλαῖος. Theophr. H.

Nec genicula. Non habet genicula, sed calamum mollem: ὁμοιος δὲ καλάμῳ μαλακῷ ἀγονάτῳ. Theophrast. Haso.

Simile caput papaveri, etc. Caput simile vesparum rotundo favo: flos duplo maior quam papaveris, colore omnino roseo, Theophr. In medio, cuiusque fabae amarum quidpiam et viride est, contortum, e quo faba sata caulis prodit laudatum Dioscoridi, Galeno, Celso ad oculorum et aurium dolores, non autem faba tota amara. Dal. — *Simile caput.* Flos scilicet. Τὸ δὲ ἄνθος διπλάσιον, ἢ μήκωνος· χρῶμα δὲ ὅμοιον ῥόδῳ κατακορές. Theophr. H.

Non supra tricenas. Πλῆθος δὲ οἱ πλεῖστοι τριάκοντα. H.

Sed radix. Theophr. l. c. et Athen. Haro.

Nascitur et in. Theophr. et Athen. ll. cc. Haro.

XXXI. *Ex leguminibus.* In MSS. Reg. Colb. Th. *Ex leguminibus autumno vere seruntur*, forte pro *autumno et vere.* Nam lentis duas sationes agnoscit Columella, II, 10: *Sationes eius duas*, inquit, *servamus; alteram maturam, per mediam sementim: se-*

lens: et in Graecia, pisum. Lens amat solum tenue magis, quam pingue, caelum utique siccum. Duo genera eius in Aegypto, alterum rotundius nigriusque, alterum sua figura. Vnde vario usu translatum est in lenticulas nomen. Invenio apud auctores, aequanimitatem fieri vescentibus ea. Pisum in apricis seri debet, frigorum impatientissimum. Ideo in Italia, et in austeriore caelo non nisi verno tempore, terra facili ac soluta.

XXXII. Ciceris natura est igni cum salsilagine: ideo solum urit; nec nisi madefactum pridie, seri debet. Differentiae plures, magnitudine, figura, colo-

riorem alteram, mense februario. De februario etiam subscribit Palladius in Febr. III, tit. 4, pag. 51: Hoc etiam mense lenticulam seres, etc. Harn.

Lens amat. Ita Colum. II, 10, p. 59: *Lentem sementi media, crescente luna usque in duodecimam, soli tenui et resoluto, vel pingui et sicco maxime loco seri convenit: nam in flore facile luxuria et humore corrumpitur.* H. — *Ervum Lens* (*Diadelph. decand.* gen. 699 L. *Legum.* Juss.), *lentille.* En. P.

In Aegypto. De ea lente Virgil. G. I, 228: *nec Pelusiacae circum adspernabere lentis.* Et Martial. XIII, ep. 9: *Accipe Niliacam, Pelusia munera, lentem.* H.

Sua figura. Qualis est lenti vulgari. Harn.

In lenticulas. Maculas in facie quas et lentigines vocant: Graeci φακίας: ut lentem ipsam, cuius a similitudine deductum lenticulae nomen. φακόν. Haro.

Aequanimitatem. Auctor Geop. II, 35, pag. 71: Η δὲ Αἰγυπτία φάκη, εὐθυμίαν παρέχει τοῖς ἐσθίουσι, *Aegyptia lens in cibo sumpta laetitiam affert vescentibus ea.* Lenticulam videri volunt sic appellatam, quoniam lenes, et lentos, et moderatos reddit eos, qui eam in cibos adhibent. Harn.

Pisum, etc. Colum. II, 10, p. 57: *Similis quoque ratio est pisi: quod tamen facilem et solutam terram desiderat, tepidumque locum, et caelum frequentis humoris.* Vulgo, *pois.* Hard.

XXXII. *Cum salsilagine.* Cum quodam liquuore salis, qui ei leguminl peculiari et insitus: quem *si* nimii imbres abluant, ipsum tabe interit, et ab erucis erosum perit, inquit Theoph. Histor. VIII, 6: Ἐρίβινθοι ἀποκλυσθείσης τῆς ἅλμης σφακελίζοντες, καὶ ὑπὸ καμπῶν κατεσθιόμενοι. H. — *Cicer arietinum* (*Diadelph. decand.* L. gen. 700. *Legum.* Juss.), *pois chiche.* En. P.

Ideo solum. Colum. II, 10, p. 60. Harn.

Nec nisi. Colum. l. c. Pallad. in Mart. IV, tit. 4, pag. 85, et auctor Geop. II, 34, pag. 78. H.

Differentiae plures. Plinius hoc in-

re, sapore. Est enim arietino capite simile, unde ita appellatur, album nigrumque. Est et columbinum, quod alii Venerium vocant, candidum, rotundum, leve, arietino minus, quod religio pervigiliis adhibet. Est et cicercula minuti ciceris, inaequalis, angulosi, veluti pisum. Dulcissimum autem id, quod ervo simillimum; firmiusque quod nigrum et rufum, quam quod album.

XXXIII. Siliquae rotundae ciceri, caeteris legu-

considerate. Cicerum tria genera. arietinum, nigrum, Etruriae frequentissimum; in quo genere nullum candidum est: orobiaeon, columbinum Plinio: malim orobinum aut ervinum, colore, non magnitudine orobi, sicut urinarum ὀροβοειδῆ ὑπόστασιν dixit Hippocrates, in cuius specie nullum album est: tertium ἀνὰ μέσον, colore inter nigrum et orobiaeon medio. Praeter haec omnia et album dulcissimum, inquit Th. ἐπὶ πᾶσι: quae voces Plinium fefellerunt, putantem significari, in omnibus generibus album reperiri, quum significent potius, praeter omnia genera memorata candida inveniri. Orobiaeon Columella lib. II, cap. 10, *puniceum* vocat, non, ut vulgo legitur, *Punicum*. Dalec. — *Differentiae*. Theophr. Hist. VIII, 5. H.

Vnde ita appellatur. Cicer arietinum, Columellae l. c. Theophrast. κριοὶ ἐρέβινθοι. Athen. II, pag. 54: τῶν ἐρεβίνθων τινὰς καλοῦσι κριούς. Iconem arietini ciceris habet Dodonaeus pag. 515. H.

Album nigrumque. In his regionibus non sunt arietini ciceris differentiae ullae ex colore: est enim omne ex purpura subnigrum. Neque vero Theophrasti verba ista, quibus similia Plinius hoc loco habet, in arietino genere nigrum candidumque esse persuadent: Οἱ δὲ ἐρέβινθοι καὶ.... τοῖς χρώμασι, καὶ ταῖς μορφαῖς διαφέρουσιν· οἷον οἱ κριοὶ ὀροβιαῖοι.... ἐπὶ πᾶσι δὲ τὰ λευκὰ γλυκύτερα. Nam ἐπὶ πᾶσι non in omni genere ciceris, album reperiri significat, sed in omni leguminum genere, ut in cicere, lente, aliisque, album nigro antecellere. H.

Est et cicercula. Dioscoridi, II, 126, ἐρέβινθος ὁ ἥμερος, cicer sativum, ut dicemus XXII, 72. Colum. II, 10, p. 60: *Cicercula, quae piso est similis*. Harn.

Quod ervo simillimum. Ὀροβίκον et ὀροβιαῖον Graeci vocant. Hoc ciceris genus Galen. lib. VI. Simpl. et reliqui medici, acre, calidum, et amarum esse tradunt; sed arietinum caeteris διουρητικώτερον εἶναι. Dal. — *Quod ervo*. Vnde ὀροβιαῖος ἐρέβινθος a Theophr. appellatur, ab ervi similitudine, quod Graeci ὄροβον vocant. Harn.

Firmiusque. Theophr. Hist. VIII, 6. Hard.

XXXIII. *Siliquae*, etc. Theophr. Histor. lib. VIII, 5, totidem verbis: Καὶ οἱ καλούμενοι λοβοὶ, σχεδὸν ἀκόλουθοι τοῖς σπέρμασίν εἰσιν, etc. H.

minum longae, et ad figuram seminis latae: piso cylindratae: faseolorum cum ipsis manduntur granis. Serere eos qua velis terra licet ab idibus octobris in kalendas novembres. Legumina, quum maturescere coeperunt, rapienda sunt, quoniam cito exsiliunt, latentque quum decidere, sicut et lupinum; quanquam prius de rapis dixisse conveniat.

XXXIV. (XIII.) In transcursu ea attigere nostri, paulo diligentius Graeci, et ipsi tamen inter hortensia: si iustus ordo fiat, a frumento protinus aut certe faba dicendis, quando alii usus praestantior ab his non est. Ante omnia namque cunctis animalibus nascuntur, nec in novissimis satiant ruris alitum quoque genera, magisque si decoquantur aqua. Quadrupedes et fronde eorum gaudent. Et homini non minor rapaciorum suis horis gratia, quam cymarum: flavi-

Cylindratae. Theoph. κυλινδρώδεις, id est, ad similitudinem cylindri. Hard.

Faseolorum. Subintellige, *siliquae.* Faseolos porro eos intellige de quibus egimus XVI, 92, vulgo *féveroles.* Dioscoridi, II, 176, σμίλαξ κηπαία est, cuius siliquam cum semine, asparagi modo elixam, oleris instar edi pariter prodidit. Graeci scriptores alii δολίχους et φασήλους vocant. Virgilius, vilem faselum, uti ex Plinio liquet, faseolos appellante libri huius cap. 56, quos poëta faselos vocat. H. — *Phaseolus vulgaris*, de quo iam egimus sup. vol. V, p. 639, ex India oriundus; nunc in hortis olitoriis colitur. Eo P.

Quanquam prius. Quam de lupino dicamus. Hardu.

De rapis. Rapa Varroni, de Ling. Latina, IV, quasi *ruapa*, quod e terra ruuntur. Verisimilius est etymon a graeco ῥάπυς, confer Athen. lib. IX. Dalec.

XXXIV. *Quando alii.* Quum aliud nullum sit legumen praestantioris usus, quam rapa: de iis statim post frumentum fabamque instituenda videbatur oratio. Rapa Graecis γογγύλις et γογγύλη, nostris *une rave.* H.

Ante omnia. Colum. II, 10, *Boves pascunt*, inquit, *praecipue in Gallia*, etc. H.

Rapaciorum. Rapacia, sive rapicia, cauliculi sunt teneri raparum, qui decocti sumuntur in cibis: sicuti cymae, ipso teste Plinio, XIX, 41, sunt brassicae caulium teneriores pariter, delicatioresque cauliculi. De rapaciis Cato cap. XXXV: *Rapinam et caules rapicii unde fiant, et raphanum in loco stercorato bene, aut in loco crasso serito.* H.

Flavidorum. Ita MSS. omnes, non *flaccidorum.* Vide quae de voce *fla-*

dorum quoque, et in horreis enecatorum, vel maior quam virentium. Ipsa vero durant et in sua terra servata; et postea passa, paene ad alium proventum, famemque sentiri prohibent. A vino, atque messe, tertius hic Transpadanis fructus. Terram non morose eligit, paene ubi nihil aliud seri possit. Nebulis, et pruinis ac frigore ultro aluntur, amplitudine admirabili. Vidi XL libras excedentia. In cibis quidem nostris pluribus modis commendantur: durantque ad alia sinapis acrimonia domita, etiam coloribus picta, praeter suum, sex aliis, purpureo quoque: neque
4 aliud in cibis tingi decet. Genera eorum Graeci duo prima fecere, masculum, femininumque, et ea serendi modo ex eodem semine: densiore enim satu masculescere, item in terra difficili. Semen praestantius, quo subtilius. Species vero omnium tres. Aut enim in latitudinem fundi, aut in rotunditatem glo-

vescere, quae Plinio familiaris est, congessimus lib. XV, c. 36. H.

Postea passa. Sub dio siccata. H.

Ad alium. Vsque ad aliam messem. Hard.

Ac frigore ultro. Martial. lib. XIII, ep. 46: *Haec tibi brumali gaudentia frigore rapa Quae damus, in caelo Romulus esse solet.* Adde Nicandrum in Georg. II, cuius carmen recitat Athenaeus XIV, pag. 133. H.

Amplitudine. Quoniam incrementum omne, non in folia, sed in radicem vertitur, ut ait Theoph. Hist. lib. VIII, cap. 4. H.

Vidi XL. Matthiolus in lib. II Dioscor. cap. 104, vidisse se innumera scribit, quae XXX libras penderent, et quibusdam locis centenas: magno certe naturae miraculo, e tam exiguo semine, tribus fere mensibus tantas radices gigni. H.

Sinapis acrimonia domita. De conditura illorum vide Columellam lib. XII, cap. 54. Muria condiri tradit Dioscorides. Dal. — *Sinapis.* Ita Nicander in Georg. l. c. H.

Genera eorum. Theophr. l. cit. a quo et Athenaeus accepit IX, 369. Hard.

Densiore enim. Theophr. totidem verbis: Γίνεσθαι δὲ ἐκ τοῦ αὐτοῦ σπέρματος ἄμφω. Πρὸς δὲ τὸ ἀποθηλύνεσθαι, πηγνῦναι δεῖ μανάς. Ἐάν γὰρ πυκνάς, πάσας ἀπαρρένοῦσθαι, τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον, κἂν ἐν γῇ μοχθηρᾷ σπαρῶσι. H.

Semen. Theophr. Βέλτιον λεπτόν. Hard.

In latitudinem. Tale rapi genus, cuius radix oblonga, radiculam nostram imitatur. Itali hodie colunt in hortis. Dalec. — *Aut enim in.* Hanc speciem Nicander praetermisit: reli-

bari. Tertiam speciem silvestrem appellavere, in longitudinem radice procurrente, raphani similitudine, et folio anguloso scabroque, succo acri: qui circa messem exceptus oculos purget, medeaturque caligini, admixto lacte mulierum. Frigore dulciora fieri existimantur et grandiora: tepore in folia exeunt. Palma in Nursino agro nascentibus. Taxatio in libras sestertii singuli, et in penuria bini. Proxima in Algido natis.

quas expressit eo carmine quod Athenaeus recitat l. c. Γογγυλίδος δισσὴ γὰρ ἐ'ὶκ ῥαφάνοιο γενέθλη, Μακρή τε, στιφρή τε φαείνεται ἐν πρασιῇσι, etc. Tria haec raporum genera depicta vide apud Dalecamp. Hist. lib. V, pag. 640. H.

Tertiam speciem, etc. Lapsus hic est Plinii nostri haud dubius, sed memoriae, ob idque venia dignus: nam quod Theophrastus lib. VII, c. 6, et Dioscorides lib. II, tribuunt lactucae silvestri, Plinius rapo silvestri tribuit. Erroris causa fuit, quod de utroque Theophrastus pariter disserit: a quo frequenter in hac plantarum commentatione mutuo accipit Plinius. Eius verba sunt: *Rapa vel radice longa et modo raphani brevique caule consistit. Lactuca folio brevior quam sativa est, idque consummatum aculeatur et caule modo breviore perficitur. Succum acrem ac medicatum habet: nascitur inter arva: liquatur per messem tritici, et purgare aquam inter cutem dicitur, et caliginem arcere ab oculis et argemam auferre cum lacte mulieris.* Pint.

Qui circa messem. Et hanc vim lactucae silvestris folio Theophrastus attribuit l. c. Plinius ex aliis auctoribus, et raporum succo, qui ex caule exciso excipitur. H.

Frigore. Nicander, Georg. II, apud Athen. Theophr. Hist. lib. VII, cap. 4, et Martialis allato paulo ante epigrammate. H.

Grandiora. In radicem alimentum verti. Theophr. Dal.

Tepore. Austrino tempore incrementum omne et succus abit in folio, non in radicem. Theophr.

In folia exeunt. In caulem. Theophr. Dalec.

Palma in Nursino. Columell. In Hortulo: *Quin et Tardipedi sacris iam rite solutis, Nube nova seritur, caeli pendentibus undis, Gongylis illustri mittit quam Nursia campo, Quaeque Amiterninis defertur bunias arvis.* Hard.

In penuria bini. Bini sestertii, monetae nostrae asses sunt quaterni. Mille aureis rapum emisse a Conone rustico Ludovicum XI, regem Galliarum, ferunt. H.

In Algido. Mons est in agro Tusculano, coniunctus Albano monti, ab urbe Roma xv mill. pass. quem ab algendo dictum Grammatici volunt. Vide Strabonem V, pag. 257. Hard.

XXXV. Napi vero Amiternini, quorum eadem fere natura, gaudent aeque frigidis. Seruntur et ante kalendas martias, in iugero sextarii quatuor. Diligentiores quinto sulco napum seri iubent, rapa quarto, utrumque stercorato. Rapa laetiora fieri, si cum palea seminentur. Serere nudum volunt, precantem sibi et vicinis serere se. Satus utrique generi iustus, inter duorum numinum dies festos, Neptuni atque Vulcani: feruntque subtili observatione, quota luna praecedente hieme nix prima ceciderit, si totidem luminum die intra praedictum temporis spatium serantur, mire provenire. Seruntur et vere in calidis atque humidis.

XXXVI. (XIV.) Lupino est usus proximus, quum sit

XXXV. *Napi*, etc. Columella lib. II, cap. 10. Dal. — *Napi vero.* Martialis XIII, ep. 20, cuius lemma, *Napi*: «Nos Amiternus ager felicibus educat hortis; Nursinas poteris parcius esse pilas.» Nursinae pilae rapa sunt in rotunditatem globata, de quibus dictum est proximo capite. Napus Graecis, et Columellae paulo ante laudato, βουνιάς; nostris, *un navet.* Pingitur a Dodonaeo pag. 663. Vt olim porro Nursinis, sic modo Sabaudis rapis, Lemovicisque palma tribuitur. H. — *Brassica Napus* (*Tetradyn. siliq.* gen. 1245 Willd. *Crucif.* Juss.) Ed. P.

In iugero sextarii. Colum. II, 10, pag. 61. H.

Quinto sulco. Terram ante quinquies arandam, quam napus seratur. Vide infra cap. 49: *Quarto seri sulco*, etc. H.

Satus utrique generi iustus. In locis riguis Columella seri iubet a solstitio: siccis vero ultima parte mensis Augusti, vel prima septembris. Dal.

Neptuni atque Vulcani. In kalendario rustico apud Gruterum pag. 139, Augusto mensi Neptunalia: Vulcanalia septembri dicantur. Et pag. 133, Vulcanalia decimo kalend. sept. Neptunalia decimo kal. Aug. Harn.

Quota luna. Si tot diebus post Neptuni festum serantur, quota luna fuerat praecedente hieme, quum nix prima cecidit. H.

XXXVI. *Lupino.* Nostri *lupin*, Graeci θερμὸν ἥμερον vocant. H. — *Lupinus albus* (*Diadelph. decand.* L. gen. 675 Decand. *Leguminos.* Juss.) Ed. P.

Vsus proximus. Post rapa, quae cunctis pariter animalibus nasci diximus cap. 34: *Boves enim lupinum*, inquit Colum. II, 10, pag. 56, *per hiemem coctum maceratumque probe alit: Famem quoque, si sterilitate annonae incessit hominibus, commode propulsat.* Qui *promiscuus* hoc loco quam *proximus* legi malunt, et a MSS. fide, et a Plinii mente desciscunt. H.

et homini, et quadrupedum generi ungulas habenti, communis. Remedium eius, ne metentes fugiat exsiliendo, ut ab imbre tollatur. Nec ullius, quae seruntur, natura assensu terrae mirabilior est. Primum omnium cum sole quotidie circumagitur, horasque agricolis etiam nubilo demonstrat. Ter praeterea floret: terram amat, terraque operiri non vult. Et unum hoc seritur non arato. Quaerit maxime sabu- 2
losa, et sicca, atque etiam arenosa. Coli utique non

Et homini. Praesertim Cynicis olim, de quibus Horat. Ep. I, VII, 23, *quid distent aera lupinis.* Legumen enim id in pera semper gestare solebant. Vode Aristoteles, οὐκ ἀνρῶς γὰρ Κράτης, οὐκ οἶδα, φησίν, πήρα δύναμιν ἡλίκην ἔχει, θερμῶν τε χοίνιξ. Turneb. lib. XXV, cap. 29. Dal.

Remedium eius. Lupinum, inquit Theophr. Hist. VIII, 10, non prius metunt, quam imber incesserit: quoniam alioqui inter metendum e vaginulis exsiliret, atque ita periret semen. Sic etiam auctor Geopon. II, 37, p. 72. Post dies ferventes, sëre madefacto, mane demeti oportere scribit Theophr. de Causs. IV, 14, p. 318. Haro.

Ne metentes fugiat, etc. Theophrast. Hist. lib. IX, cap. 10. Servius, *Nonnulli proprie calamos lupinorum alas dici putant, ut Aelius: alae ex lupino, surculi sine foliis. Cato in Originibus, ala ex lupino. Memini tamen Varronem de Lingua Latina, alam culmum fabae dicere.* Haec Servius. Dal.

Nec ullius, quae seruntur, natura assensu terrae mirabilior est. Duo illa verba *assensu terrae*, opinor non esse legitima. Pint. — *Nec ullius.* Nec ullius *eorum* quae seruntur natura, terra ei admodum favente, mirabilior est. H.

Assensu terrae. MSS. *adsensu terraeque.* Haro.

Primum omnium. Haec totidem verbis Geop. auct. ex Apuleio, loco citato. Haro.

Ter praeterea. Geop. l. c. H.

Terram amat. Theophr. lib. IX, cap. 10, et lib. I, c. 12. Dal.

Terraque operiri. Theophr. Hist. lib. VIII, cap. 11: Καὶ τὸ ὅλον δὲ οὐκ ἐθέλει θέρμος κρύπτεσθαι τῇ γῇ· διὸ καὶ οὐχ ὑπαροῦντες σπείρουσι. Vide et eiusdem scriptoris Hist. lib. I, cap. 12. H.

Non arato. Subintellige, solo. Sic etiam Geop. auct. l. c. Colum. II, 10: *Crudis novalibus licet ingeras: et qualitercumque obruas, sustinet coloni negligentium.* H.

Quaerit. Hoc iterum inculcat cap. 46, ut et Theophr. Hist. VIII, 11. Haro.

Etiam arenosa. Infra, cap. 47, ultimo huius libri: *In solo autem rubricoso, vel pullo, vel arenoso, si non sit aquosum, lupinum serendum.* Dalec.

Coli. Theophr. et Geop. auct. ll. cc. Haro.

vult. Tellurem adeo amat, ut quamvis frutectoso solo coniectum inter folia vepresque, ad terram tamen radice perveniat. Pinguescere hoc satu arva vineasque diximus. Itaque adeo non eget fimo, ut optimi vicem repraesentet: nihilque aliud nullo impendio constat, ut quod ne serendi quidem gratia opus sit afferre. Protinus seritur ex arvo: ac ne spargi quidem po-
3 stulat decidens sponte: primumque omnium seritur, novissimum tollitur: utrumque septembri fere mense: quia si non antecessit hiemem, frigoribus obnoxium est. Impune praeterea iacet, vel derelictum etiam, si non protinus sequuti obruant imbres, ab omnibus animalibus amaritudine sua tutum. Plerumque tamen levi sulco integunt. Ex densiore terra rubricam maxime amat. Ad hanc alendam post tertium florem
4 verti debet, in sabulo post secundum. Cretosa tan-

Tellurem. Theophr. l. c. II.

Vineasque diximus. Lib. XVII, cap. 6, 7. Colum. II, 10, de lupino: *Maxime ex iis quae seruntur, iuvat agrum. Nam vineis iam emaciatis, et arvis optimum stercus praebet*, etc. Hard.

Itaque adeo. Auctor Geop. loco cit. Hard.

Protinus seritur arvo. Scribo *area*, non *arvo*. Theophrastus lib. VIII, cap. ultimo, *Lupinum*, inquit, *licet robustissimum sit, tamen nisi protinus ab area terrae mandaveris, male provenit, quemadmodum dictum est.* Et Columella lib. XI, cap. 10. Pint. — *Ex arvo.* Vnde metitur. Ita MSS. omnes, librique editi: non *ex area*, uti reponere nititur Pintianus, contra scriptoris sententiam; etsi emendationi suffragari Columella videtur, II, 10, pag. 56: *Spargitur*, inquit, *statim ex area. Atque id solum omnium leguminum non desiderat requiem in horreo, sive septembri mense.* etc. Hard.

Primumque omnium. Theophr. VIII, 1. Hard.

Septembri. Colum. loco cit. *Sive septembri mense ante aequinoctium, seu protinus a kalendis octobris crudis novalibus ingeras, qualitercumque obruas sustinet coloni negligentiam: teporem tamen autumni desiderat, ut celeriter confirmetur. Nam si non ante hiemem convaluerit, frigoribus affligitur.* Adde Geop. l. c. II.

Amaritudine sua. Theophr. Histor. lib. VIII, cap. 7; auct. Geop. l. cit. Hard.

Ex densiore. Colum. II, 10, pag. 57: *Lupinum exilem amat terram, et rubricam praecipue: nam cretam reformidat, limosoque non exit agro.* Hard.

tum, limosaque odit, et in iis non provenit. Maceratum calida aqua homini quoque in cibo est. Nam bovem unum modii singuli satiant, validumque praestant: quando etiam impositum puerorum ventribus, pro remedio est. Condi in fumo maxime convenit, quoniam in humido vermiculi umbilicum eius in sterilitatem castrant. Si depastum sit in fronde, inarari protinus solum opus est.

XXXVII. (xv.) Et vicia pinguescunt arva, nec ipsa agricolis operosa: uno sulco sata, non sarritur, non stercoratur, nec aliud quam deoccatur. Sationis eius

Maceratum. Galen. de Fac. simpl. med. VI, pag. 177: Θερμὸς ἐσθίεται μὲν ἑψηθείς τε, καὶ πολλαῖς ἡμέραις ἐναποθέμενος ὕδατι τὴν πικρότητα. *Lupinum edi potest coctum, multis ante diebus per macerationem amarore in aqua deposito.* Auctor Geop. l. c. farina hordei sui frumenti admixta, panificio aptum esse prodidit. Multum alere id cibi genus, Diphilus Siphnius medicus, apud Athenaeum, II, pag. 55. H.

Nam bovem unum. Annuo bovis cibario modios lupini sexaginta Cato requirit, cap. LX, pag. 44. H.

Puerorum ventribus. Marcellus Emp. cap. XXVIII, pag. 199: *Farina lupinorum decocta ex aqua, et more cataplasmatis ventri imposita lumbricos vel tineas necat.* Sic etiam auct. Geop. loco cit. Τοὺς ἕλμινθας ἐκβάλλουσιν. Galenus autem, non impositum modo, sed etiam ex melle potum, ei morbo mederi scribit, l. cit. Ἀναιρεῖ δὲ καὶ ἕλμινθας ἐπιπλαττόμενός τε, καὶ μετὰ μέλιτος ἐκλειχόμενος etc. Hard.

Condi in fumo. Colum. II, 10, pag. 56: *Reliquum, quod seminis superest, in tabulatum, quo fumus pervenit, optime reponis; quoniam si humor invasit, vermes gignit, qui simul atque oscilla lupinorum ederunt, reliqua pars nasci non potest.* Palladius quoque lib. VII, in Iunio, tit. 3, pag. 123. Rodunt igitur vermes umbilicum (*le germe*) et sterilem reddunt. Hard.

XXXVII. *Et vicia.* Varro de R. R. I, 31: *Vicia dicta a vincendo, quod item capreolos habet, ut vitis, quibus cum sursum versum serpit, ad scapum lupini, aliumve; quem ut haereat, id solet vincere.* Vide plura apud Vossium in Etym. Gallis, *de la vesce.* Arva ea pinguescere iam diximus, XVII, 7. H. — *Vicia sativa* (*Diadelph. decand.* L. gen. 697 Decand. *Legum.* Juss.) Ed. P.

Uno sulco. Terra semel tantum proscissa. Hard.

Deoccatur. Glebae confringuntur, et comminuuntur. Varro loco citato. *Occare, id est, comminuere, ne sit gleba: quod ita occidunt, occare dicunt.* Rura nostra vulgo, *herser.* H.

Sationis. Duo priora serendi tempora agnoscit etiam Colum. II, 11, pag 63; alterum, circa aequinoctium

tria tempora: circa occasum Arcturi, ut decembri mense pascat: tunc optime seritur in semen. Aeque namque fert depasta. Secunda satio mense ianuario est: novissima martio: tum ad frondem utilissima. Siccitatem ex omnibus, quae seruntur, maxime amat: non aspernatur etiam umbrosa. Ex semine eius, si lecta matura est, palea caeteris praefertur. Vitibus praeripit succum; languescuntque, si in arbusto seratur.

XXXVIII. Nec ervi operosa cura est. Hoc amplius, quam vicia, runcatur: et ipsum medicaminis vim obtinens. Quippe per ervum Divum Augustum curatum, epistolis ipsius memoria exstat. Sufficiunt singulis boum iugis modii quini sati. Martio mense satum,

autumnale; ianuario mense alterum, vel serius etiam. H.

Arcturi. De quo cap. 74. H.

Vt decembri .... pascat. Vt eo mense viciam tenera depascat in herba molle pecus, ut cecinit Virg. Georg. I, 112. H.

Tunc optime. Circa Arcturi occasum. Hard.

Siccitatem. Colum. de R. R. II, 11, p. 63: *Id genus praecipue non amat vores, quum seritur: itaque post secundam diei horam, vel tertiam, spargendum est, quum iam omnis humor sole ventove detersus est: nempe amplius proiici debet, quam quod eodem die possit operiri: nam si nox incessit, quantulocumque humore, prius quam obruatur, corrumpetur.* H. — *Si in arbusto.* Si in loco seranlur, ubi vites sunt arboribus applicitae. H.

XXXVIII. *Nec ervi.* Ervum Graecis ὄροβος, Gallis *ers*, a Dodonaeo ciceris sativi nomine describitur, pag. 544; a Dalecampio, Hist. Plant. IV, 48, pag. 468. H.

Runcatur. Runcare segetes, est herbas e segetibus expurgare, quod Graeci ὑποτίλλειν et βοτανίζειν vocant: runcationem ipsam βοτανισμόν, ipso teste Plinio, cap. 47. *Nétoyer les blés, en arracher les méchantes herbes.* Hard.

Et ipsum medicaminis vim, etc. Ervi medicinas, inde de ervo quaedam, et deinceps. Dal. — *Medicaminis.* Vide lib. XXII, cap. 73. H.

Sufficiunt. Colum. de R. R. lib. II, cap. 11, pag. 64. H.

Martio mense. Colum. l. c. *Mensem martium universum negant agricolae huic leguminii convenire: quod eo tempore satum pecori sit noxium, et praecipue bubus, quos pabulo suo cerebrosos reddat.* Pallad. in Febr. lib. III, tit. 7: *Martio ervum serendum non est, ne pastu suo pecoribus noceat, et boves reddat insanos.* Theophr. Hist. II, 5, primo vere satum ait esse innoxium: autumno gravedinosum. H.

noxium esse bubus aiunt, item autumno gravedinosum: innoxium autem fieri primo vere satum.

XXXIX. (XVI.) Et silicia, hoc est, fenum graecum, scarificatione seritur: non altiore quatuor digitorum sulco: quantoque peius tractatur, tanto provenit melius. Rarum dictu, esse aliquid, cui prosit negligentia. Id autem quod secale ac farrago appellatur, occari tantum desiderat.

XL. Secale Taurini sub Alpibus asiam vocant, deterrimum, et tantum ad arcendam famem: fecunda, sed gracili stipula, nigritia triste, sed pondere praecipuum. Admiscetur huic far, ut mitiget amaritudinem eius; et tamen sic quoque ingratissimum ventri est. Nascitur qualicumque solo cum centesimo grano; ipsumque pro laetamine est.

XLI. Farrago ex recrementis farris praedensa se-

Noxium esse bubus. Pabulo suo eos reddere cerebrosos Columella tradit, lib. II, cap. 11, id est, gravedinosos. DALEC.

XXXIX. *Et silicia.* In Indice, *silicia.* Columella lib. II, cap. 11, *siliqua.* Plinio ipsi, lib. XXIV, cap. 120, ex MSS. omnibus, *silica.* Gallis, *senegré* vel *fenugreo.* Pingitur a Dodonaeo, pag. 526. H. — *Trigonella Fenum Graecum* (*Diadelph. decand.* L. gen. 1386 Willd. *Legum.* Juss. ED. P.

Scarificatione. Hoc est, proscissa leviter tellure, nec alte arata. Columella, loco cit. de feno greco: *Datur opera, ut spisse terra aretur, nec tamen alte: nam si plus quatuor digitis adobrutum est, semen eius non facile prodit: propter quod nonnulli prius quam serant, minimis aratris proscindunt, atque ita iaciunt semina, et sarculis adobruunt.* H.

Secale ac farrago. Res sunt duae diversissimae, quod Plinius evidenter ostendit, utriusque historiam seorsim persequutus: et de utroque diversissima prodens. H. — *Secale.* Apud Gallos veteris nomenclaturae vestigia retinet, *le seigle:* ut recte Dodonaeus, a quo pingitur p. 290, et Ioh. Ruellius, aliique. H. — *Secale Cereale.* (gen. 188 Decand. *Gramin.* Juss.) ED. P.

XL. *Deterrimum et tantum ad arcendam famem utile. Teterrimum,* non *deterrimum,* rectius credo, ut protinus sequentia indicant. PINT.

Admiscetur. In panificio. H.

Pro laetamine. Fimi loco est. Nam laetamen pro fimo dicitur, quod agros laetos, hoc est, pingues et uberes facit. Vsus est ea voce Pallad. in Febr. tit. 20, aliique. H.

XLI. *Farrago.* De ea disimus c. 10. Ex hordeo quoque eantherino,

ritur, admixta aliquando et vicia. Eadem in Africa fit ex hordeo. Omnia haec pabularia: degeneransque ex leguminibus quae vocatur cracca: in tantum columbis grata, ut pastas ea negent fugitivas illius loci fieri.

XLII. Apud antiquos erat pabuli genus, quod Cato ocymum vocat, quo sistebant alvum bubus. Id erat e pabulis, segete viridi desecta, antequam gelaret. Sura Mamilius id aliter interpretatur, et tradit fabae modios decem, viciae duos, tantumdem erviliae in iu-

sive hexasticho, fieri Colum. lib. II, cap. 11, admonet. H.

Recrementis. Purgamentis. H.

Pabularia. Pabulo animalium nata. Haan.

Cracca. Sic. MSS. omnes, tum hoc loco, tum in Indice. Viciae id genus adulterinum videtur. H. — *Vicia cracca.* (gen. 697 Decand.) Ed. P.

XLII. *Quod Cato.* Cap. LIV et LX, atque alibi passim. De ocymo egimus lib. XVII, cap. 35. H.

Quo sistebant. Ita libri omnes: at Varro, de Re Rust. lib. I, c. 31, *quo ciebant.* Varronis verba retulimus lib. XVII, cap. 35. Forte *citabant* hic agnoscendum: aut, quod aliis quoque accidit, alia vis ei inest, si parcius: alia, si sumatur largius. Hard.

Id erat e pabulis, segete viridi, etc. *Id erat e fabali segete viridi desecta antequam gignat siliquas.* Ex Varrone ad verbum lib. I Rei Rust. cap. 31, ocymum Graecis dictum, vel quod crescat et desecetur celeriter, vel quod alvum citet pecudibus. Latinis, farrago, quasi *ferrago*, quod ferro praepropere demetatur, vel a farre, quod far in eum usum principio satum sit. Est autem pabulum quadrupedum, praesertim equorum, mulorum, boum, vere collectum e segete viridi praecisa: Monspessulanis *ferrage.* Fiebat olim a fabali segete sola. Quidam, ut Manilius scripsit, addiderunt viciam et erviliam, utriusque partem quintam: quidam avenam graecam. Varro miscet hordeum, viciam, et alia legumina. Monspessuli tritici, avenae, hordei, et siliginis, quam *Paumole* vocant, purgamenta mista seruntur: quum seges in tantum adolevit, ut propemodum caulis tenellus articulis incipiat distingui, pecus alligata fune, et ad statutum palum vel arborem revincta, immittitur quod depascat, ea medicina toto anno, ut credunt, valitura, et a morbis tuta immunisque futura. Dalec.

Antequam gelaret. Ita MSS. at ex Varrone sincerius, *antequam siliquaret*, vel *generaret siliquas.* Itaque ocymum ex fabali caule, ervo, vicia, caeterisque eiusmodi parabatur, quae siliquas habent. H.

Modios decem. Modius, sive modium, ea mensura est, quam Parisienses vocant, *un boisseau.* H.

gero autumno misceri et seri solitum. Melius et avena graeca, cui non cadit semen, admixta. Hoc vocitatum ocymum, boumque causa seri solitum. Varro appellatum a celeritate proveniendi, e graeco quod ὠκέως dicunt.

XLIII. Medica externa etiam Graeciae est, ut a Medis advecta per bella Persarum, quae Darius intulit: sed vel in primis dicenda, tanta dos eius est; quum ex uno satu amplius quam tricenis annis duret. Similis est trifolio: caule, foliisque geniculata: quidquid in caule assurgit, folia contrahuntur. Vnum de ea et cytiso volumen Amphilochus fecit, confusum. Solum, in quo seratur, elapidatum purgatumque subigitur autumno: mox aratum, et occatum,

Avena graeca. Non silvestri, quam sterilem Virgilius appellavit. Avena graeca bromos: avena cui semen cadit, aegilops. Dal. — *Avena sativa* (gen. 174 Decand. *Gram.* Juss.) Ed. P.

Vocitatum ocymum. Apud Nonium in Cogere. Varro, Virgula Divina, pancarpinion vocat: *Sed pancarpinio ocymo subacto, Libamenta legens caduca veris.* Sic autem vocatum fuit, quod ex quovis frugis, ac leguminis genere seratur. Dal.

Varro. Loco proxime citato.

XLIII. *Medica externa etiam*, etc. Theophrastus, Hist. lib. VIII, c. 8. Columella lib. II, cap. 12. Dalec. — *Medica.* Nunc trifolium magnum vocant, fenumque Burgundicum, *grand trèfle*, vel *foin de Bourgogne*, vel *luzerne:* vulgatiore vero nomenclatura, *sainfoin.* A Clusio pingitur rarior. Plant. VI, p. 242, vocaturque Medica Legitima. H. — *Medicago sativa* (*Diadelph. decand.* gen. 1387 Willd. *Leguminos.* Juss.) Ed. P.

Quae Darius. Darius Hystaspae F. vel Xerxes, si credimus Isidor. Origg. lib. XVII, cap. 4: *Medica dicta, quia a Medis translata est in Graeciam tempore quo eam Xerxes, rex Persarum, invasit.* H.

Tanta dos. Vide Columellam lib. II, cap. 11, p. 62, ex quo Isidorus accepit loc. cit. et Pallad. in Aprili tit. 1. Non hi *tricenis*, sed *denis* habent. H. — Medicaginem *denis* durare annis certum est: de *tricenis*, dubitandum. Ed. P.

Similis est. Dioscorides l. II, cap. 177. Hard.

Quidquid in caule. Caule crescente fiunt angustiora folia, προάγουσα δὲ στενοφυλλότερα γίνεται, etc. Diosc. loc. cit Hard.

Folia contrahuntur. Id porro est, quod ait Dioscorides, quum recens prodit, pratensi trifolio similem esse: quum assurgit, foliis angustioribus fieri. Dal.

Solum, in quo. Iisdem fere verbis Columella loc. cit. Hard.

Subigitur autumno. Proscinditur circa kal. octobr. Colum. Dal.

integitur crate iterum ac tertium, quinis diebus interpositis, et fimo addito. Poscit autem siccum succosumque, vel riguum. Ita praeparato seritur mense maio: alias pruinis obnoxia. Opus est densitate seminis omnia occupari, internascentesque herbas excludi. Id praestant in iugera modia vicena. Movendum ne aduratur, terraque protinus integi debet. Si sit humidum solum herbosumve, vincitur, et desciscit in pratum. Ideo protinus altitudine unciali herbis omnibus liberanda est, manu potius, quam sarculo. Secatur incipiens florere, et quoties refloruit. Id sexies evenit per annos, quum minimum, quater. In semen maturescere prohibenda est, quia pabulum utilius est usque ad trimatum. Verno seri debet, liberarique caeteris herbis: ad trimatum, marris ad solum radi. Ita reliquae herbae intereunt sine ipsius damno propter altitudinem radicum. Si evicerint herbae, remedium unicum est aratio, saepius vertendo, donec omnes aliae radices intereant. Dari non ad satietatem debet, ne deplere sanguinem necesse sit. Et viridis utilior est. Arescit surculose, ac postremo in pulve-

Mense maio. Mense ultimo aprili, Colum. et Pallad. lib. V in Aprili tit. 1. HARD.

Movendum. Semen scilicet, terrae commissum. Ita MSS: non *cavendum*, ut editi. Columella loc. cit. *Ligneis rastris: id enim multum confert, statim iacta semina obruantur, nam celerrime sole aduruntur.* H.

Id sexies. Colum. et Pallad. ll. cc. HARD.

Verno seri debet. Nullo modo videtur legi posse *seri*: nam dictum ante est seri mense maio, qui aestatis mensis est, non veris: quapropter *sarriri* legendum esse arbitror, non *seri*. PINT. — *Verno seri.* Ita etiam MSS. sed *sarriri* malim. HARD.

Marris. Columella loc. cit. *Atque, ut dixi, ligneis rastris sarriendus, et identidem runcandus est, ne alterius generis herba invalidam medicam perimat.* H.

Dari non ad. Columella loc. cit. pag. 63: *Teneram iumentis praebeas, sed inter initia parcius, dum consuescant, ne novitas pabuli nocent: inflat enim, et multum creat sanguinem.* Sic etiam Palladius loc. cit. HARD.

Arescit surculose. Utilior est, In-

rem inutilem extenuatur. De cytiso, cui et ipsi principatus datur in pabulis, affatim diximus inter frutices. Et nunc frugum omnium natura peragenda est; cuius in parte de morbis quoque dicatur.

XLIV. (XVII.) Primum omnium frumenti vitium avena est: et hordeum in eam degenerat: sicut ipsa frumenti fit instar: quippe quum Germaniae populi serant eam, neque alia pulte vivant. Soli maxime caelique humore hoc evenit vitium. Sequentem causam habet imbecillitas seminis, si diutius retentum est terra, prius quam erumpat. Eadem est ratio, si cariosum fuit, quum sereretur. Prima autem statim eruptione agnoscitur, ex quo apparet in radice esse causam. Est et aliud ex vicino avenae vitium, quum amplitudine

quit, dum virescit: nam quum coepit arescere, lignosa tota est. H.

De cytiso. Lib. XIII, c. 47. Vide Escurs. de *Cytiso* ad finem lib. XIII, tom V, pag. 261. Ed. P.

XLIV. *Vitium avena* Non *Avena sativa*, ut credidit Hard. sed *Avena fatua*. Vid. not. 3, pag. 202 fin. Ed. P.

Avena. Αἰγίλωψ Theophr. Avena calamina est tibia. Martialis VIII, 3, 22: *Dum tua multorum vincat avena tubas*. Avena est culmus, stipula Virgil. Georg. I, 226: *Exspectata seges vanis elusit avenis* Avena, herba segetes necans eidem Virgil. Eclog. V, 37. Symmachus: *Nec rubigo segetibus obfuit, nec avena fruges necavit*. Turneb. XVII, 3. — *Avena est*. Haec ipsa sativa, ex qua pultem hodieque conficiunt rustici. Graecis βρόμος, ut disimus cap. 20, *l'avoine*. Aliunde certe haec Plinius hausit, quam a Theophrasto: nam quae ille de aegilope retulit, Hist. lib. VIII, cap. 8, quae spectari nunc a Plinio nonnulli putant, eadem, sed aliunde accepta, recitat, aegilopem appellans: quam festucam verius appellari latine ipse monet. Hard.

Et hordeum in eam, etc. Nusquam id Theophrast. sed de Caus. lib. IV, cap. 4, triticum et hordeum sola in lolium degenerare scribit. Dal.

Sequentem. Secunda causa, *cur in avena semen degeneret*, oritur ex imbecillitate seminis. H.

Si cariosum. Si vetustum, aut exesum fuit. H.

Est et aliud. Avena haec silvestris est, quae sativae similis, asperiores tantum, longioresque aristas habet, et in folliculis fere vacuis semen evanidum. De hac Virg. Ecl. V, 37, cecinit: *Infelix lolium, et steriles dominantur avenae*. *Steriles*, inquit Servius, *ad discretionem earum, quae seruntur*. Avenam hanc inter frumenti vitia Naso quoque enumerat, Fastor. lib. I, v. 691: *Et careant loliis*

inchoata granum, sed nondum matura, prius quam roboretur corpus, afflatu noxio cassum et inane in spica evanescit quodam abortivo.

2 Venti autem tribus temporibus nocent frumento et hordeo: in flore, aut protinus quum defloruere, vel maturescere incipientibus. Tum enim exinaniunt grana: prioribus causis nasci prohibent. Nocet et sol creber e nube. Nascuntur et vermiculi in radice, quum sementem imbribus sequutis, inclusit repentinus calor humorem. Gignuntur et in grano, quum spicae pluviis calor infervescit. Est et cantharis dictus scarabaeus parvus, frumenta erodens. Omnia ea ani-

oculos vitiantibus agri; Nec sterilis culto surgat aveua solo. H.

Quodam abortivo Ita MSS. omnes; hoc est, quodam abortivo partu, quodam abortu. H.

Venti autem. Haec Theophr. Hist. l. VIII, c. 10. H.

Maturescere incipientibus Augescente fructu, συναδρυνομένου τοῦ καρποῦ: quum magna et diuturna flatuum vis fuerit. Theophrastus. D. — *Vel maturescere.* Εν τῷ ἀδρύνεσθαι, quum crassescunt, inquit Theophrastus. H.

Exinaniunt. Exsiccat et arefacit grans vis venti vehementior, quae tunc ingruit, quum maturescere ea coeperunt: ξηραίνει καὶ ἀφαυαίνει. Theophrast. Hard.

Prioribus causis. Quum vel in flore, vel protinus ubi defloruerint, venti vehementiores incidunt. H.

Nocet et sol Theophrastus loc. cit. Απόλλυσι δὲ καὶ ἥλιος ὁ ἐκνέφελος ἄμφω, hordeum scilicet, triticumque. H.

Nascuntur. Altera ratione, inquit, vermis ingignitur, quum humor imbrium effundi nequit conclusus siccitate aëris circumfusi. Tunc enim calor confecta putredine animal contrahit. Theophrastus, de Causs. lib. III, cap. 27, p. 293. H.

Imbribus sequutis. Theophr. Caus. lib. III, cap. 27, quum post sementem Auster crebro spiraverit. Rationem, quam hic Plinius reddit, Theophrastus affert, cur in ervilia, cicercula et piso vermes nascantur, ὅταν, inquit, ὑγρανθῶσι, καὶ θερμημερίαι γένωνται. Dal.

Quum... pluviis. Quum calore imbres sequuto spica fervescit. H.

Est et cantharis. Hoc tantum Theophrastus, Hist. l. VIII, c. 10: Επιγίνεται καὶ ἡ μὲν κανθαρὶς ἐν τοῖς πυροῖς. At sane simile veri est, erodendo plus, quam insidendo, animal id officere frugibus. Est autem id non muscarum generis, quas vulgo cantharidss dicimus: sed scarabaeorum, de quibus l. XI, c. 34. Hard.

Frumenta erodens. Theophr. quidem Hist. l. VIII, c. 10, in ervo phalangium, in tritico nasci cantharidem scribit, sed nusquam a cantharide triticum rodi. Dal.

Omnia... cum cibo. Cibo consumpto ac deficiente interecunt. H.

malia cum cibo deficiunt. Oleum, pix, adeps, contraria seminibus, cavendumque ne contacta eis serantur. Imber in herba utilis tantum: florentibus autem frumento et hordeo nocet leguminibus innocuus, praeterquam ciceri. Maturescentia frumenta imbre laeduntur, et hordeum magis. Nascitur et herba alba, panico similis, occupans arva, pecori quoque mortifera. Nam lolium, et tribulos, et carduos, lap- 4
pasque, non magis quam rubos, inter frugum morbos potius, quam inter ipsius terrae pestes numeraverim. Caeleste frugum vinearumque malum, nullo minus noxium est rubigo. Frequentissima haec in roscido tractu, convallibusque, ac perflatum non habentibus: e diverso carent ea ventosa et excelsa. Inter vitia segetum et luxuria est, quum oneratae fertilitate procumbunt. Commune autem omnium satorum vitium urica, etiam ciceris, quum salsilaginem eius abluendo imber dulcius id facit.

Imber in herba. Haec totidem verbis Theophr. Hist. VIII, 6. H.

Maturescentia. Theophr. l. c.

Nam lolium. Habuit hoc Virgilii carmen ante oculos, e Georg. lib. I, vs. 150: *Mox et frumentis labor additus: ut mala culmos Esset rubigo, segnisque horreret in arvis Carduus: intereunt segetes; subit aspera silva, Lappaeque, tribulique, interque nitentia culta Infelix lolium et steriles dominantur avenae.* H. — De tribulis, carduis, etc. lib. XXII, suo nempe loco fusius agemus. Ed. P.

Rubos. Spinas, sentes, quibus terra occupatur, horrescit, squalet, et stat. His pestibus addit Festus scandulacam volvuli genus, frugibus inimicum, quod eas ederae modo implicando necat: quidam orobanchen interpretantur. Idem Festus seuliceta ea vespices appellari dixit, quoniam spicatae sunt, id est, aculeis munitae et armatae. Dal.

Caeleste frugum vinearumque. Theophrastus, Hist. lib. VIII, cap. 10, et de Caus. lib. III, cap. 27. Dal.

Rubigo. Vitii genus, quo culmi nigrescunt: *nielle.* E rore nascitur, quum solis superventu excalefactus putrescit. Hard.

Frequentissima. Tradidit haec et Theophrastus, Hist. VIII, 10.

E diverso. Theophrastus loc. citat. Harn.

Luxuria est. Non foliorum modo, quod Theophrastus, Hist. lib. VIII, cap. 7, φυλλομανεῖν vocat: sed et spicarum, quum *gravidis procumbit culmen aristis,* ut Virgilius canit, Georg. I, v. 111. H.

Urica. Σφακελισμός, Theophrasto.

5 Est herba, quae cicer enecat et ervum, circumligando se: vocatur orobanche: triticum simili modo aera: hordeum festuca, quae vocatur aegilops: lentem herba securidaca, quam Graeci a similitudine

Locus ex cap. 10 hic est: Τῶν δὲ σπερμάτων νοσήματα, τὰ μὲν κοινὰ πάντων ἐστὶν, οἷον ἐρυσίβη, τὰ δ' ἴδια τινῶν οἷον σφακελισμὸς τοῦ ἐρεβίνθου καὶ τὸ ἀπὸ καμπῶν ἐσθίεσθαι, καὶ ὑπὸ ψυλλῶν θηρίων, etc. Dalec. — *Vrica.* Ita Veteres appellavere, quam nos erucam dicimus, Graeci κάμπην, nostri *chenille*, ut ante monuimus l. XI, c. 37. Haan.

Etiam ciceris. Vide quae diximus cap. 32. H.

Est herba. Sic Theophr. Hist. lib. VIII, cap 8, et Geopon. auct. l. II, c. 41, p. 75: Η ὀροβάγχη φθείρει τοὺς κυάμους καὶ τοὺς ἐρεβίνθους περιπλεκομένη. H.

Orobanche. Orobanches circumplexu necari cicer, et ervum tradit Plinius auctoritate Theophrasti nixus, de Caus. lib. V, cap. 22. Alia orobanche est Dioscoridis, ut eius descriptio monstrat. Hic tamen ex Theophrasti loco supra citato, contra quam multi putant, censendum est, lolium complexu suo triticum minime necare, sed quod, ut idem diserte ait, simul cum eo proveniat. Vide Histor. lib. VIII, cap. 8. Dalec. — *Orobanche.* Quod ὄροβον ἄγχει, ervum necat, ὀροβάγχη dicta. Sed alia est Dioscoridis ὀροβάγχη, quae a Dodonaeo pingitur, pag. 543, ut recte admonuit Anguillara, part. 5, p. 89, et post eum Dodonaeus loc. cit. Hanc quae ervi pestis est, Dodonaeus idem delineavit sub aphacae nomine, p. 535. Nam et ἀφάκη Dioscoridis est, non Theophrasti. Est autem haec, ut arbitror, quae Festo *scandulaca* dicitur, *genus herbae frugibus inimicae.* H. — An *Polygonum convolvulus* (*Octandr. trig.* gen. 785. W. *Polygon.* Decand.?) Ed. P.

Triticum... aera. Hoc est lolium, quae Graecis αἶρα. Vtralibet voce Plinius promiscue utitur, Geopon. auct. loc. cit. Τὸ ζιζάνιον τὸ λεγόμενον αἶρα, φθείρει τὸν σῖτον. H. — *Aera.* Theophrastus, de Causs. lib. V, cap. 22. Lolium non complexu triticum necat, sed, ut ait idem auctor, quia simul provenit. Dal. — *Lolium temulentum* (*Triand. dig.* L. gen. 147 Willd. *Gramin.* Juss.) Ed. P.

Hordeum... aegilops. Theophrastus, Hist. lib. VIII, cap. 8: Καὶ ὁ αἰγίλωψ δοκεῖ μᾶλλον ἐν ταῖς κριθαῖς. Geopon. auct. loc. cit. Τὰς δὲ κριθὰς βλάπτει αἰγίλωψ. In eam rem multa egregie Galenus de Alim. fac. tom. VI, cap. 37, p. 333. Rustici in Gallia *coquiole* vulgo vocant. Avenam spica refert, unde et ei aliquando apud Latinos id nomen: glossae Philoxeni: Αἰγίλωψ, *avena.* Et in Nothis Dioscoridis, p. 472: Αἰγίλωψ, οἱ δὲ βρόμος, Ρωμαῖοι ἀβένα. Haan. — *Avena sterilis* (*Triand. digyn.* gen. 142 Willd. *Gram.* Juss.) Ed. P.

Lentem herba. Auctor Geop. loc. cit. Φακὴν (lego ex Plinio φακὸν) βλάπτει ἡ πελεκῖνος καλουμένη βοτάνη. In MSS. *securiclata.* Haan.

Securidaca. Theophrasto, Hist. lib. VIII, cap. 8, securidaca aphacam necat, non lentem. Dal. — *Biserrula pelecinus* (*Diadelph. decand.* gen

pelecinon vocant. Et hae quidem complexu necant. Circa Philippos ateramnon nominant in pingui solo herbam, qua faba necatur: teramnon, qua in macro, quum udam quidam ventus afflavit. Aerae granum minimum est in cortice aculeato. Quum est in pane, 6
celerrime vertigines facit; aiuntque in Asia et Graecia balneatores, quum velint turbam pellere, carbonibus id semen iniicere. Nascitur et phalangion in

1380 Willd. *Legumin.* Juss.), inter lathyros spontanea. Eo. P.

A similitudine. Quoniam eius siliquae sunt instar securicularum, quas Graeci πελέκεις vocant. Diosc. lib. III, cap. 146. Hard.

Complexu necant. Non quidem quod circumligent se, ut orobanche: sed quod densitate sua fruges complectantur et obruant. Hard.

Circa Philippos. Hoc loco Plinium supinae negligentiae arguit Dalecampius, eumque sequutus Salmasius, in eo libro, quem sic inscripsit, *Praefatio ad Plinium.* Ruelius utrique praeivit, de Natura stirpium, lib. II, p. 337. Censent enim il descriptum ac perperam ab eo acceptum hunc locum Theophrasti e lib. IV de Causs. c. 11, p. 316: Μαρτυρεῖ καὶ τὸ περὶ Φιλίππους συμβαῖνον περὶ τοὺς τεράμους. Ἐκεῖ γὰρ σφόδρα ψυχρὸν πνεῦμα καὶ ἀτεράμονές τινες γίνονται. *Testatur et illud quod apud Philippos venit fabis: ventus enim eo loco vehementer frigidus est, ideoque fabae incoctiles nonnullae efficiuntur.* Id quod Plutarchus quoque narrat Sympos. VII, quaest. 2, pag. 701: Ἐνιαχοῦ δὲ καὶ πνεῦμα λεκμωμένοις ἐπιγινομένων, ἀτεράμονας ποιεῖ, διὰ τὸ ψύχος ὥσπερ ἐν Φιλίπποις τῆς Μακεδονίας ἱστοροῦσιν. *Quum ventus quidam ventilantibus supervenit, frigore suo fruges praeduras et incoctiles facit, quod Philippis Macedoniae oppido aiunt evenisse.* Itaque quum fabas ii dicant alias coctiles esse, alias incoctiles, sive quae coqui nisi admodum aegre non possent: τεράμονας et ἀτεράμονας Graeci vocant: ex his duabus vocibus herbarum duo nomina, vel Plinium, vel libertum eius, qui graeca volumina scriberet, pueriliter somniasse promuntiant. At longe ex alio fonte haec hausisse Plinium quam ex Theophrasto, duo praeter alia apertissime produnt: primum est, macri pinguisque soli discrimen, cuius apud eum scriptorem nullum vestigium exstat: alterum, quod teramnon ex indiviso pariter, et ateramnon ex vitio dicatur esse: quum fabas coctiles sive τεράμονας ille palam in pretio ponat, nec sane immerito. Hard.

Aerae granum. Lolii, ut modo diximus. H.

Quum est in pane. Auctor Geop. lib. II, cap. 41, pag. 75, de aera seu lolio: ἄρτοις δὲ μιγνυμένη, σκοτοῖ τοὺς ἐσθίοντας, *panibus admixtum obducit tenebras vescentium oculis.* H.

Nascitur et phalangion. Theophrastus, Hist. lib. VIII, cap. 10. Aelianus quoque Hist. Anim. IX, 39, ὁράδῳ γεννᾶται φάλαγγια ἄττα. De phalangio lib. XI, cap. 28. H.

ervo, bestiola aranei generis, si hiems aquosa sit. Limaces nascuntur in vicia; et aliquando e terra cochleae minutae, mirum in modum erodentes eam. Et morbi quidem fere hi sunt.

XLV. Remedia eorum, quaecumque pertinent ad herbas, in sarculo: et quum semen iactatur, cinere. Quae vero in semine et circa radicem consistunt, praecedente cura caventur. Vino ante semina perfusa minus aegrotare existimant. Virgilius nitro et amurca perfundi iubet fabam: sic etiam grandescere promittit. Quidam vero, si triduo ante satum urina et aqua maceretur, praecipue adolescere putant. Ter quidem sarritam modium fractae e modio solidae reddere. Reliqua semina cupressi foliis tusis si misceantur, non esse

XLV. *Remedia eorum.* Colum. lib. II, cap. 9. Dal.

In sarculo. Instrumentum rusticum, quo purgantur et sarriuntur segetes. *Un sarcloir, un instrument à sarcler.* Haro.

Et quum semen. Et quando simul cum semine cineres iactantur. Ad illud Virgilianum alludit, Georgic. I, vs. 80: *Ne saturare fimo pingui pudeat sola; neve Effetos cinerem immundum iactare per agros.* H.

Praecedente cura. Adhibita cura ante sationem. H.

Vino ante. Apuleius in Geop. lib. II, cap. 16, pag. 54: Τὰ οἴνῳ ἐπιρρανθέντα σπέρματα, ἔλαττον νοσήσει, etc. Haro.

Virgilius. Georg. I, vs. 193: *Semina vidi equidem multos medicare serentes, Et nitro prius, et nigra perfundere amurca: Grandior ut fetus siliquis fallacibus esset.* Fabarum nempe siliquis. Columella lib. II, cap. 10, *Priscis rusticis*; etc. Vide locum iam laudatum a Pintiano in animadversione praecedente. Et Palladius lib. XII in Novemb. tit. 1, p. 161: *Graeci asserunt fabae semina... nitrata aqua respersa, coctuam non habere difficilem.* H.

Quidam vero. Auctor Geop. lib. II, cap. 16, p. 15. H.

Praecipue adolescere putant. Praecipuius forma comparativa, et quidem notanda, in nostro codice legitur. Dal.

Modium fractae. E modio fabae integrae cum tenui cuticula qua involvitur, modium fractae seu molitae, sive furfuribus redituram. Columella lib. II, cap. 12: *Adeoque fabam sarriendam censeo, ut existimem debere ter sarriri. Nam sic cultam comperimus non solum multiplicare fructum, sed exiguam portionem in valvulis habere: fresaeque eius et expurgatae modium paene tam plenum esse, quam integrae, quum vix minuatur mensura detractis putaminibus.* Haro.

Reliqua semina. Auctor Geop. toli-

vermiculis obnoxia : nec si interlunio serantur. Multi ad milii remedia, rubetam noctu arvo circumferri iubent, prius quam sarriatur, defodique in medio inclusam vase fictili: ita nec passerem, nec vermes nocere: sed eruendam prius quam metatur, alioqui amarum fieri. Quin et armo talpae contacta semina uberiora esse. Democritus succo herbae, quae appellatur aizoon, 3 in tegulis nascens tabulisve, latine vero sedum, aut digitellum, medicata seri iubet omnia semina. Vulgo vero, si dulcedo noceat, et vermes radicibus inhaereant, remedium est, amurca pura, ac sine sale spargere, deinde sarrire: si in articulum seges ire coeperit, runcare, ne herbae vincant. Pestem a milio atque panico sturnorum passerumve agmina, scio abigi herba, cuius nomen ignotum est, in quatuor angulis segetis defossa: mirum dictu, ut omnino nulla

dem verbis loc. cit. pag. 53: Εἰ δὲ φύλλα κυπαρίσσων κόψας, ἀναμίξεις τοῖς σπέρμασιν, ἄβρωτα ταῦτα φυλαχθήσεται. Simile quiddam refert Columella lib. II, cap. 9, H.

Nec interlunio. Geop. auctor. loco cit. nec si luna semiplena: ἄβρωτα δὲ μένει καὶ τὰ ἐν διχομηνίᾳ σπειρόμενα. Interlunium de coitu silentis lunae accipiendum. H.

Ad milii remedia. Ne vermiculi aut passeres milio noceant. Habet haec totidem fere verbis auctor Geopon. loco cit. pag. 55. Sed uti circumferendam ait arvo rubetam, priusquam arvum fodiatur, sic et eruendam monet, prius quam seratur, ne fructus amarescat. MSS. omnes, *ad milia*, unde quidam *ad similia* augurantur, male. H.

Democritus. Tradit hoc rursum, cap. 19. De aizoo dicemus lib. XXV, cap. 102, Colum. XI, 3: *Veteres quidam auctores, ut Democritus, praecipiunt semina omnia succo herbae, quae sedum appellatur, medicare, eodemque remedio adversus bestiolas uti: quod verum esse experientia nos docuit.* Iterumque lib. II, c. 9, p. 53: *Quaedam etiam subterraneae pestes adultas radicibus subsectis enecant. Id ne fiat, remedio est aquae mixtus succus herbae, quam rustici sedum appellant: nam hoc medicamine una nocte semina macerata iaciuntur.* Adde et Geop. auct. XII, 7, et II, 46. H.

Si dulcedo. Soli dulcedo, vermes generans. H.

Remedium est. Colum. I. c. H.

Si in articulum. Quum genicula seu nodos culmi ostendunt. Colum. lib. II, cap. 12, de sarritione: *Transacto aequinoctio vertio statim peragi oportet intra dies viginti, ante quam seges in articulum eat: quoniam serius*

avis intret. Mures abiguntur cinere mustelae, vel felis diluto, et semine sparso, vel decoctarum aqua. Sed redolet virus animalium eorum etiam in pane. Ob id felle bubulo semina attingi utilius putant. Rubigo quidem, maxima segetum pestis, lauri ramis in arvo defixis, transit in ea folia ex arvis. Luxuria segetum castigatur dente pecoris in herba dumtaxat, et depastae quidem, vel saepius, nullam in spica iniuriam sentiunt. Retonsarum etiam semel omnino certum est granum longius fieri, sed inane cassumque, ac satum non nasci. Babylone tamen bis secant, tertio depascunt: alioqui folia tantum fierent. Sic quoque cum quinquagesimo fenore messes reddit exilitas soli: verum diligentioribus cum centesimo. Neque est cura difficilis; quam diutissime aquari gau-

sarrita corrumpitur insequentibus aestivis siccitatibus et caloribus. H.

Vel decoctarum. Mustelae et felis. Hard.

Ob id felle. Sic radices arborum felle taurino oblini auctor Geopon. iubet, X, cap. ult. ut nec senescat cito, nec vermes producat. Apuleius, ibidem XIII, 5, felle bubulo semina illinit, ne mures attingant. Hard.

Rubigo. Apuleius in Geopon. lib. V, cap. 34, pag. 150: Ἐὰν δάφνης ἐν τῇ ἀρούρᾳ κλάδους βάλῃς, μεταβαίνειν εἰς αὐτοὺς τὴν βλάβην τῆς ἐρυσίβης. *Si lauri ramos in arvum proieceris, transit in ipsos rubiginis noxa.* Hard.

Luxuria segetum. Sunt et haec apud Theophr. Hist. lib. VIII, 7, descripta ex Virg. Georg. I, 111: *Quid, qui, ne gravidis procumbat culmus aristis, Luxuriem segetum, tenera depascit in herba, Quum primum sulcos aequant sata?* H.

Retonsarum etiam. Theophr. loco cit. Hard.

Babylone. Theophr. l. c. H.

Tertio depascunt. Hoc est, in segetes pecus immittunt: τὰ πρόβατα ἐπαφίασιν. Sic enim caulem mittit, alinquin foliis tantum luxuriat, φυλλομανεῖ, Theophr. H.

Exilitas soli. Vbi maxime exile solum, et leviter cultum H.

Cum centesimo. Theophr. Γίνεται δὲ μὴ καλῶς ἐργασαμένοις πεντηκοντόχοα· τοῖς δὲ ἐπιμελῶς, ἑκατοντόχοα. Hard.

Neque est cura difficilis. Culturae modus, inquit Theophr. ut quam diutissime restagnet, et maneat aqua, eiusque mora multus limus fiat, etc. ὥστε πηλὸν (non ὕλην) ποιήσῃ πολύν. Dalec.

Aquari gaudet. Nempe solum, quod quum per se crassum et pingue sit, dilui copiosa aqua necesse est. — Multo id sincerius visum, uti est in editione Parmensi, quam *aqua ri-*

det, ut praepinguis et densa ubertas diluatur. Limum autem non invehunt Euphrates Tigrisque, sicut in Aegypto Nilus. Nec terra ipsa herbas gignit. Vbertatis tamen tantae sunt, ut sequente anno sponte restibilis fiat seges, impressis vestigio seminibus: quae tanta soli differentia admonet terrae genera in fruges describere.

XLVI. Igitur Catonis haec sententia est: in agro 1
crasso et laeto frumentum seri: si vero nebulosus sit idem, raphanum, milium, panicum. In frigido et aquoso prius serendum, postea in calido. In solo autem rubricoso, vel pullo, vel arenoso, si non sit aquosum, lupinum. In creta et rubrica, et aquosiore agro, adoreum. In sicco et non herboso, nec umbro-

gandi, ut in caeteris. Favet enim admodum tum ipsa per se orationis structura, tum ipse etiam Theophrastus. Sic enim ille, Hist. VIII: Ἡ δὲ ἐργασία, τὸ ὡς πλεῖστον χρόνον ἐμμένειν τὸ ὕδωρ ... πειρᾶν γὰρ οὖσαν καὶ πυκνὴν τὴν γῆν, δεῖ ποιῆσαι μανήν. *Cultura omnis in eo est, ut quam diutissime aqua permaneat: quum enim ea terra crassa, spissaque sit, raram atque solutam reddere opus est.* Harn.

Limum autem non invehunt. Theophr. l. cit.

Nec terra. Theophr. H.

Vbertatis. Theophr. l. c. H.

Restibilis. Seges restibilis ager appellatur, cuius fecunditas non uno anno exhausta, in sequentem etiam annum perseverat, etiam si segnius aretur. Hard.

Impressis vestigio. Vel conculcatis, inquit, depressisque seminibus: ut cum exercitu transeunte decussa semina in terram corruunt. Theophr. l. cit. Hard.

XLVI. *Igitur Catonis.* Cap. VI, pag. 12. H.

Si vero nebulosus sit item, raphanum, milium, panicum. Adde verbum *rapa*, ex Catone cap. VI: *Idem rapa, raphanos, milium, panicum*, etc. Pint. — Vid. not. seq.

In frigido. Haec a superiore sententia, quicum temere connectebantur antea, divelli seiungique, ex Catone liquet. Sic enim ille, cap. VI, pag. 12: *Vbi ager crassus et laetus est siue arboribus, quum agrum frumentarium esse oportet: idem ager, si nebulosus est, rapa, raphanos, milium, panicum, id maxime seri oportet.* Haec tantum eo loci affert. Mox legimus cap. XXXIV: *Redeo ad sementim. Vbi quisque locus frigidissimus, aquosissimusque erit, ibi primum serito. In calidissimis locis sementim postremum fieri oportet.* H.

In solo. Cato cap. XXXIV. H.

In creta. Cato l. c. H.

Adoreum. Far, frumentum. Haec

so, triticum. In solo valido, fabam. Viciam vero quam
2 minime in aquoso herbidoque. Siliginem et triticum in loco aperto editoque, qui sole quam diutissime torreatur. Lentem in frutectoso et rubricoso, qui non sit herbidus. Hordeum in novali, et in arvo, quod restibile possit fieri: trimestre, ubi sementem maturam facere non possis, et cuius crassitudo sit restibilis. Subtilis et illa sententia: Serenda ea in tenuiore terra, quae non multo indigent succo, ut cytisus: et cicere excepto, legumina quae velluntur e terra, non subsecantur. Vnde et legumina appellata, quia ita
3 leguntur. In pingui autem, quae cibi sunt maioris, ut olus, triticum, siligo, linum. Sic ergo tenue solum hordeo dabitur: minus enim alimenti radix poscit: lenior terra, densiorque tritico. In loco humili

quae antea, cap. VI, edixerat, cap. XXXIV Cato repelit. DAL.

In sicco. Cato, l. c. H.

In solo valido. Quae deinceps sequuntur, sunt et apud Catonem, c. XXXV, usque ad ea verba, *Subtilis et illa sententia.* H.

Hordeum in novali. Plutarchus libro de Causis naturalibus proverbium rusticorum memorat, σῖτον ἐν πηλῷ, κριθὴν δ' ἐν κόνει. In luto triticum, hordeum in pulvere, id est, levi ac solubili terra. DAL.

Q. restibile. Quod ango etiam sequente ferre fruges possit. H.

Subtilis. Varronis sententia, loco mox citando, et auctoris Geop. lib. II, cap. 10, pag. 49. H.

Non multo... succo. Succum et Plinius, et Varro appellant alimentum quod seges ad nutritionem attrahit, sugitque e terra. Τροφὴν appellat Theophr. de Caus. III, 26: Αἱ μὲν γὰρ ἐλάττονος καὶ κουφοτέρας οἶονται τροφῆς αἱ δὲ πλείονος καὶ σωματωδεστέρας. Plinius etiam mox *cibum* vocat. H.

Et cicere excepto. Haec leguntur et apud Varronem. — Perturbata admodum sententia prius legebatur, *et cicer exceptis leguminibus*, etc. Admonuit erroris Varro: sunt enim haec illius verba de Re Rust. I, 23: *Neque in pingui terra omnia seruntur recte, neque in macra nihil. Rectius enim in teneriore terra ea, quae non multo indigent succo, ut cytisum, et legumina, praeter cicer: hoc enim quoque legumen, et caetera, quae velluntur, legumina dicta. In pingui rectius, quae succi sunt maioris, olus, triticum, siligo, linum.* H.

In pingui. Varro de Re Rust. I, 23. HARD.

Lenior terra densiorque tritico. Scribendum puto *laetior*, non *levior*, ut paulo ante dixit ex Catone seri. Nam *levior* et *densior* videntur inter se repugnare. PINT. — *Lenior terra.* Magis tractabilis. — *Lenior.* Ita recte

far adoreum, potius quam triticum, seretur: temperato, et triticum, et hordeum. Colles robustius, sed minus, reddunt triticum. Far et siligo, et cretosum, et uliginosum solum sortiuntur. (XVIII.) Et frugibus ostentum semel (quod equidem invenerim) accidit, P. Aelio, Cn. Cornelio coss. quo anno superatus est Hannibal: in arboribus enim tum nata produntur frumenta.

XLVII. Et quoniam de frugum terraeque generibus abunde diximus, nunc de arandi ratione dicemus, ante omnia Aegypti facilitate commemorata. Nilus ibi coloni vice fungens, evagari incipit, ut diximus, sol-

MSS. R. caeterique, non nti prius legebatur in editis, *levior*. Nam pugnant inter se *levior*, *densiorque*. Adde Theophr. Hist. lib. VIII, cap. 9, emendationi huic mire suffragantem: Πυρός, inquit, ἀγαθὴν ζητεῖ χώραν, ἡ δὲ κριθὴ δύναται καὶ ἐν ταῖς ψαφαρωτέραις ἐκφέρειν. Multo expressius Plutarchus in Quu. Natl. Διὰ τί πυροφόρος ἡ πίων καὶ βαθεῖα χῶρα, κριθοφόρος δὲ μᾶλλον ἡ λεπτογέως; *Quare pinguis et profunda terra tritici ferax est: hordei ea potius quae tenuior est?* Quum praesertim, eodem Plutarcho teste, illud agricolis in ore sit: Σῖτον ἐν πηλῷ φυτεύεται, τὴν δὲ κριθὴν ἐν κόνει. *Triticum in coeno serito, hordeumque in pulvere*. Lenior autem terra, uda est, et [illegible]lida hoc loco, et aqua copiosa diluta, solutaque. H.

In loco humili. Atque adeo humido: namque in loca depressa aquae confluunt. Colum. II, 6, pag 49: *Triticum autem sicco loco melius coalescit: adoreum minus infestatur humore*. Et Varro, I, 9: *Itaque periti in loco humidiore far adoreum potius serunt*. Quare videndum an in contextu Pliniano *humido* quoque sincerius fuerit. Nam *temperato*, quod proxime sequitur, non humile, sed humidum opponitur. MSS. tamen omnes, *humili*. Hard.

Colles. Colum. II, 9, p. 52: *Collis enim, quamvis robustius aliquanto, minus tamen tritici reddit*. H.

Far et siligo. Colum I. c. *Densa, cretosaque, et uliginosa humus, siliginem et far adoreum non incommode alit*. H.

Et frugibus... semel. At etiam postea, quo tempore in Numantia res male gestae, Bononiae fruges in arboribus natas refert Iulius Obseq. c. LXXXV, p. 45. Iterumque c. XC, pag. 49. Et Iulius Capitolinus in Antonino Pio, inter ostenta, p. 20: *Hordeum*, inquit, *in Moesia in culminibus arborum natum est*. H.

P. Aelio. P. Aelio Paeto, Cn. Corn. Lentulo coss. ann. Vrb. 553, quo finitum esse bellum Punicum secundum, auctor est Livius, lib. XXX, pag. 367, victo Hannibale a Scipione Africano maiore. H.

XLVII. *Ut diximus*. Lib. V, c. 10. Nilus hic caute coloni vice fungi

stitio, et nova luna: ac primo lente, deinde vehementius, quandiu in Leone sol est. Mox pigrescit in Virginem transgresso, atque in Libra residet. Si duodecim cubita non excessit, fames certa est. Nec minus, si sedecim exsuperavit. Tanto enim tardius decedit,
2 quanto abundantius crevit, et sementem arcet. Vulgo credebatur, ab eius decessu serere solitos mox sues impellere vestigiis semina deprimentes in madido solo: et credo antiquitus factitatum. Nunc quoque non

dicitur, non tamen haberi pro deo dicitur. Itaque cave te fallat nummus ex aere minimo, qui est in Thesauro regio sic inscriptus, DEO SANCTO SERAPIDI. Caput Serapis, cui modius est impositus ⁂. DEO SANCTO NILO. Fluvii decumbentis effigies, qua urnae innititur, arundinem dextra tenet, sinistra Cornu Copiae. Infra, ALE. Flavii Claudii Iuliani Augusti gratia cusus hic nummus est, non Aegyptiae certe, sed prorsus perelegantis fabricae, hoc est, Gallicanae. Cusus, inquam, ALE; hoc est, *Primae Lugdunensis Edicto*, ad amnem Rhodanum. Sententia prioris inscriptionis haec est: *Dudum Expetitum Orbi, Servator Primae Narbonensis, Civitatum Tutator Omnium*, SERAPIS *Iulianum Dedit Imperatorem*. Ista posterioris: *Dudum Expetitum Orbi, Serapis Primae Narbonensis Civitatum Tutator, Omnibus Negotiatoribus Iulianum Liberatorem Obtulit*. Fluvius hic depictus certe Nilus non est, quum crocodilus hippopotamusque absit: sed Rhodanus est, Ararisve, qui Lugdunensem primam alluunt, vel secant. Nihil vatem moramur, qui apud Athenaeum, V, pag. 503, cecinit Αἰγύπτιε Ζεῦ Νεῖλε. Nec *Deus Sanctus* quid sit, intellexere falsorum numinum cultores, ac ne sic quidem eorum aliquis verba haec duo copulavit. Et gravi demum errore ducuntur recentes Grammatici, qui sine teste idoneo scriptore latino, produnt aut ab *Apis* in genitivo casu *Apidis*, aut a *Serapis*, *Serapidis* posse deduci. *Apis* in eo casu Plinius habet, VIII, 71. Strabonem, similesque Graeculos, qui Σεραπίδος scripsere, nec tamen ausi sunt Απιδος sic inflectere, haud magni facimus, quum Plinius ipse, XXXVI, 11, *templum Serapis* scribat, non *Serapidis*. Tamen aevo Gallieni et Postumi video nummos inscriptos, SERAPIDI COMITI AVG. sed ex inscitia fortassis Grammaticorum posterioris illius aevi. HARD — *Solstitio, et nova*. Brot. ex MSS. et edit. principe, *a solst. aut nova*. Eo. P.

Si duodecim. Vide quae diximus loco mox citato lib. V: De Nili fluentis, quum intra duodecimum tantum cubitum excrevisset, ullam aquae partem elici ruptis aggeribus, sub ignis poena vetuit Arcadius Imperator anno Christi 409, l. 1, de Nili aggeribus lib. IX Cod. Theod. tit. 23, quo anno fames, seu annonae penuria ingens Constantinopoli fuit, teste Marcellino, in Chron. II.

Et credo.... factitatum. Ita sane prodidit Herodotus, Euterpe, lib. II,

multo graviora opera: sed tamen inarari certum est abiecta prius semina in limo digressi amnis, hoc est, novembri mense incipiente: postea pauci runcant, quod botanismon vocant. Reliqua pars non nisi cum falce arva visit paulo ante kalendas aprilis. Peragitur autem messis maio, stipula nunquam cubitali: quippe sabulum subest; granumque limo tantum continetur. Excellentius Thebaidis regioni frumentum; quoniam 3 palustris Aegyptus. Similis ratio, sed felicitas maior Babyloniae Seleuciae, Euphrate atque Tigri restagnantibus, quoniam rigandi modus ibi manu temperatur. Syria quoque tenui sulco arat, quum multifariam in Italia octoni boves ad singulos vomeres anhelent. In omni quidem parte culturae, sed in hac quidem maxime, valet oraculum illud: Quid quaeque regio patiatur.

XLVIII. Vomerum plura genera: culter vocatur, 1 praedensam, priusquam proscindatur, terram secans,

pag. 95, n. 14. Diodorus Siculus Biblioth. I, pag. 52, immitti pecora ait, τὰ βοσκήματα. Hard.

Graviora opera. Sic MSS. quos vidi, editique: Dalec. in suis, *graviore opera*, quod non displicet. H.

Botanismon. Βοτανίζειν dixit etiam Theophrast. ὑποτίλλειν τὴν βοτάνην. Rustici Lugdunenses, *herboriser*. Victor. lib. XXXVI, c. 8. Dalec.

Reliqua pars. Reliqui, inquit, ne runcant quidem segetes: nec arva revisunt post sementem, nisi cum falce, ad messem. H.

Granumque... continetur. Alitur, nutritur, sustinetur. H.

Aegyptus. Pars Aegypti inferior, quae proprie Aegyptus, et nomine alio Delta. H.

Syria quoque. Theophrast. de Caus. III, 25, et aliud adiicit: καὶ μικροῖς ἀρότροις οἱ Σύροι χρῶνται.

Octoni boves ad singulos vomeres anhelent. Non illi quidem sub iugum unum missi, hoc est, alii post alios iuncti. H.

Quid quaeque. Ad illud Virgilii Georg. I, 53: *Et quid quaeque ferat regio, et quid quaeque recuset.* Haec multo tractat uberius Colum. in praef. operis. Hard.

XLVIII. *Vomerum.* Vomer, id ferrum dicitur, quod in aratro liras facit, et utrimque vomit: unde nomen. *Soc de charrue.* H.

Culter vocatur. Brevioris vomeris genus, quod nostri agricolae vocant *coutre*. In lege Salica, tit. 29, §. 12, cultellus dicitur: *Si quis alienum cultellum furaverit*, etc. Hinc *cultellare*

futurisque sulcis vestigia praescribens incisuris, quas resupinus in arando mordeat vomer. Alterum genus est vulgare, rostrati vectis. Tertium in solo facili, nec toto porrectum dentali, sed exigua cuspide in rostro. Latior haec quarto generi, et acutior in mucronem fastigata, eodemque gladio scindens solum,
2 et acie laterum radices herbarum secans. Non pridem inventum in Rhaetia Galliae, ut duas adderent alii rotulas, quod genus vocant planarati. Cuspis effigiem palae habet. Serunt ita non nisi culta terra, et fere nova. Latitudo vomeris cespites versat. Semen

agrum Frontino de limitibus agrorum, est *agrum eminentiorem ad planitiem redigere*, et quasi cultello decidere tumures. H. — *Praedensam.* Brot. ex MSS. et edit. principe, *inferius praedensam.* Eo. P.

Rostrati vectis. Seu pali e ferro rostrati. Haro.

Dentali. Dentale lignum illud est, ad quod vomer includitur, inquit Servius ad illud Virgilii Georg. I, 172: *Binae aures duplici aptantur dentalia dorso.* Vsus ea voce Columella, II, 2: *Celsus*, inquit, *reformidans impensam, quae scilicet largior est amplioribus armentis, censet exiguis vomeribus ac dentalibus terram subigere, quo minoris formae bubus administrari id possit.* H.

Latior haec quarto generi. Cuspis videlicet. H

In Rhaetia Galliae. In parte Rhaetiae, quae Galliae Togatae adscripta est, uti Verona, etc.

Planarati. Rectius *plaustrarati*, ob rotulas aratro additas, similitudinemque plaustri vel currus. — Sic libri fere omnes editi, tantum post Frobenium: priores *plammorati* habent. MSS. Reg. Colb. aliique, *Plamorati.* Goropius Becanus Gallicorum lib. p. 11, mavult *Plomerat* legi: quod Cimbrorum lingua, seu vetere Gallica, *Plograt* aratri rotam notet, *Plog met rat* aratrum cum rota. Nos simplicius *Plaustra rati* malumus. Servius ad Georg. I, v. 173, Mantuae, quae in Gallia Togata et Cisalpina exsistit, aratra habuisse rotas, ex eo Virgilii versu colligit: « Caeditur et tilia ante iugo levis, altaque fagus. Stivaque, quae currus a tergo torqueat imos. » « Currus autem dixit, inquit Servius, propter morem provinciae suae, in qua aratra habent rotas, quibus iuvantur. Vt minime mirum sit, gentes eas latine composita voce, quae significatum eius ac usum exprimeret, *Plaustrati* extulisse. Rhaeti enim, ut Galli Togati, latina lingua, vel Plinii certe tempore, utebantur. Verum non uni huic dumtaxat voculae, sed et sententiae integrae medicinam attulimus, quae prius ita legebatur: *Id non pridem inventum in Rhaetia. Galliae duas addiderunt tali rotulas, quod genus vocant planarati.* Haro. — Brot ex MSS. et edit. principe, *plammorati.* Eo P.

protinus iniiciunt, cratesque dentatas supertrahunt. Nec sarrienda sunt hoc modo sata. Sed protelis binis ternisque sic arant. Vno boum iugo censeri anno facilis soli quadragena iugera, difficilis tricena, iustum est.

XLIX. (XIX.) In arando magnopere servandum est Catonis oraculum: Quid est primum? Agrum bene colere. Quid secundum? Bene arare. Quid tertium? Stercorare. Sulco vario ne ares. Tempestive ares. Tepidioribus locis a bruma proscindi arva oportet: frigidioribus ab aequinoctio verno; et maturius sicca regione, quam humida. Maturius densa terra, quam soluta: pingui, quam macra. Vbi siccae et graves

Cratesque. Crates pro ocea accipitur, *une herse.* Quid sit occare diximus c. 37. Virgilius, Georg. I, 94: *Multum adeo rastris glebas qui frangit inertes, Vimineasque trahit crates, iuvat arva.* Hard.

Sed protelis. Ita rescripsimus ex MSS. Reg. Colb. etc. pro *porcellis.* Sic Plinius Ipse, IX, 17, *protelis boum extrahi pisces vastae molis* dixit: ubi vide quae sunt a nobis adnotata. Hard.

Vno boum iugo censeri anno fac. soli, etc. Vnum boum iugum arandis iugeribus quadragenis, si solum est facile, par est: si difficile, tantum tricenis. Hard.

XLIX. *Catonis.* Cap. LXI, ex veteri cod. Meursii, *Quid est primum? Agrum bene colere. Quid secundum? Arare. Quid tertium? stercorare.* H.

Sulco. Varro de Re Rust. II, cap. 36: *Qua aratrum vomere lacunam fecit, sulcus vocatur* (un rayon). *Quod est inter duos sulcos, dicitur porca* (un sillon). Sulcum varium dicit, qui in terra varia inprimitur, id est, superne tantum et leviter in superficie irrorata, penitius et inferne sicca, quam describit Colum. II, 4, disertissime: *Sed quandocumque arabitur,* inquit, *observabimus, ne lutosus ager tractetur, neve exiguis nimbis semimadidus, quam terram rustici variam cariosamque appellant. Ea est quum post longas siccitates levis pluvia superiorem partem glebarum madefecit, inferiorem terram non attingit,* etc. Vide quae de cariosa diximus lib. XVII, cap. 3. Theophrast. de Caus. III, 28, pag. 293, id terrae genus ἀμφίτρογον vocat et vehementer improbat. Catonis verba sunt loc. citat. *Agrum frumentarium quum aras, bene et tempestive ares: sulco vario ne ares.* Hard.

Tepidioribus. Virgil. Georg. I, 43: *Vere novo, gelidus canis quum montibus humor Liquitur, et Zephyro putris se gleba resolvit, Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro Ingemere, et sulco attritus splendescere vomer.* Vide Colum. lib. II, cap. 4: *quo anni tempore campi arandi sint.* H.

A bruma proscindi. Theophrast. de Caus. lib. III, cap. 35; Cato, cap.

aestates, terra cretosa aut gracilis, utilius inter solstitium et autumni aequinoctium aratur. Vbi leves aestus, frequentes imbres, pingue herbosumque solum, ibi mediis caloribus. Altum et grave solum etiam hieme moveri placet: tenue valde et aridum, paulo ante sationis tempus.

2 Sunt et hic suae leges: Lutosam terram ne tangito. Vi omni arato: prius quam aras, proscindito. Hoc utilitatem habet, quod inverso cespite herbarum radices necantur. Quidam utique ab aequinoctio verno proscindi volunt. Quod vere semel aratum est, a temporis argumento, vervactum vocatur. Hoc in novali aeque necessarium est. Novale est, quod alternis annis seritur. Araturos boves quam arctissime iungi

xxxv; Colum. lib. III, cap. 2, libro II, capite 4; Virgilius, Georg. I. *D.*

Lutosam. Palladius lib. II in Ian. cap. 3, pag. 38: *Observandum est, ne lutosus ager aretur... Nam terra, quae lutosa tractatur in primordio, fertur toto anno non posse tractari.* Columellam sequitur lib. II, cap. 4: *Quandocumque arabitur, observabimus ne lutosus ager tractetur, neve exiguis nimbis semimadidus, quam terram rustici variam cariosamque appellant. Nam quae limosa versantur arva, toto anno desinunt posse tractari; nec sunt habilia sementi, aut occationi, aut sationi. At rursus quae varia subacta sunt, continuo triennio sterilitate afficiuntur.* Hard.

Proscindito. Varro, I, 19: *Terram quam primum arant, proscindere appellant.* Hard.

Vervactum. Rudis terra Varroni lib. I, cap. 44, quae iam diu culta non est: *restibilis*, quae quotannis obsita fuerit: vervactum in exemplaribus Columellae manuscriptis *veteretum*, quae requiescit interdum. Dalec. — *Vervactum.* Quasi vere actum, id est, aratum. H.

Novale est, quod alternis, etc. Ager novalis proprie is est, qui numquam antea proscissus, numquam cultus. Sic Plinius ipse alibi vocat agrum novalem, unde vetus silva excisa est: sed usu tamen auctorum iam vox traducta est ad significandum agrum illum, qui alternis cessat, alternis seritur. Gaius lib. L Dig. tit. de verb. sign. leg. *Silva: Novalis est terra praecisa, quae anno cessavit, quam Graeci νέαστν vocant.* Lege, νέαστν. Glossae: νέαστς, *novalia, novalis terra.* Festus: *Novalis ager, novae relictus sementi.* Isidor. *Novalis ager est primum proscissus, sive qui alternis vacat, novandarum sibi virium causa. Novalia enim semel cum fructu erant, et semel vacua.* H.

Araturos boves, etc. Varro lib. I, cap. 19 et 20. Dalec. — *Araturos.* Colum. de Re Rust. II, 2, pag. 42:

oportet, ut capitibus sublatis arent; sic minime colla contundunt. Si inter arbores vitesque aretur, fiscellis capistrari, ne germinum tenera praecerpant. Securi- 3
culam insitivam pendere, qua intercidantur radices. Hoc melius, quam convelli aratro, bovesque luctari. In arando versum peragi, nec strigare in actu spiri-

Igitur in opere boves arcte iunctos habere conveniit, quo speciosius ingrediantur sublimes, et elatis capitibus, ac minus colla eorum labefactentur: iugumque melius optum cervicibus insideat: hoc enim genus iuncturae maxime probatum est. H.

Fiscellis. Sunt veluti sportae quaedam e viminibus funiculiave contextae, quibus ora boum, equorum, mulorumque cernimus capistrari. Cato, cap. LIV: *Boves fiscellas habere oportet, ne herbam sectentur, quum arabunt.* Graecis φιμὸς dicitur. H.

Securiculam, etc. Falculam rustariam Cato vocat, qua ruri secantur rubi per agrum serpentes. Turn. lib. XIII, cap. 26. *Insitivam* hic quidam exponunt, urvo aut clavo insertam, ut ex eo pendeat. Quidam legunt *incisitivom* ab incidendo, sive, ut ait, intercidendo. DAL. — *Securiculam.* Dolabram vocat Columella l. c. pag. 45: «*Nec minus dolabra*, inquit, *quam vomere bubulcus utatur, et proefractas stirpes, summasque radices, quibus ager arbusto consitus implicatur, omnes refodiat, ao persequatur.* MSS. omnes, *sericulam*, forte pro *serriculam*, quam serrulam minorem in instrumento rustico Palladius vocat, l. c. ult. H. — *Insitivam.* Ita MSS. quidem: sed cum Pintiano malim *in stiva.* Eo. P.

Bovesque luctari. Graeci ἀμπορεύειν id dicunt, nempe maximo nisu trahere, ἀπὸ τοῦ ἄμπρονος, fune quo boves trahunt, vel ligno iugali, cui collum inserunt. Vide Rhodig. lib. XXVI, c. 18. DALEC.

Versum peragi. Versus peragitur, quum sulco ad finem perducto, iterum eo reditur, unde arationis principium est susceptum, qua ratione μεταφορικῶς Varro dixit solstitium esse, quum sol ad versum proxime stat: et Pausanias βουστροφηδὸν γράφειν dixit eo modo scribere, contra quam nobis mos sit. DAL. — Colum. II, 2. HARD.

Nec strigare. Nec requiescere, aut cessare imperfecto sulci versu, qui uno veluti spiritu agendus est. Scripserat Hermolaus contra omnium codicum fidem, editionumque Parm. aliarumque vetustarum: *Neo striare in actu saepius.* Antiquam sinceramque lectionem repraesentamus, ex Reg. 4, 2, Colb. aliisque exemplaribus: eamdem V. Cl Guil. Pellicerii iudicio defendimus, cuius haec verba Turnebus recitat, Advv. XXIV, 4: «*Est*, inquit, *strigare in octu spiritus, in agendo sulco interquiescere: nam strigo, Hygino auctore in libello de castrorum metatione, ordo est et series equorum in castris tendentium. Vt autem in striga quiescunt equi, et ut in strigom dum collocantur, strigare dicuntur: ita quoque quum in versu, qui uno spiritu agendus est ad interspirandum requiescunt, strigare dicuntur.* Vtitur in eumdem paene sensum de labore strenuo, sed gravi, metapho-

tus. Iustum est proscindi sulco dodrantali iugerum uno die, iterari sesquiiugerum, si sit facilitas soli: si minus, proscindi semissem, iterari assem, quando et animalium labori natura leges statuit. Omne arvum rectis sulcis, mox et obliquis subigi debet. In collibus transverso tantum monte aratur, sed modo in superiora, modo in inferiora, rostrante vomere: tan-

rice strigandi verbo Senec. ep. 31: *Quid ergo bonum? Laboris contemptio. Itaque in vanum operosos culpaverim: rursus ad honesta nitentes, quanto magis incubuerint, minusque sibi vinci ac strigare permiserint, admirabor: et clamabo, Tanto melior surge, et respira: et clavum istum una, si potes, spiritu exsupera.* Adiicimus et nos ad ea, ne videamur ἀσύμβολοι, lepidam Phaedri fabellam, e tertio libro depromptam: *Musca in temone sedit*, etc. quam ibi consule. Hoc illud est quod pariter praecipit Columella II, 2, sub finem: *Ne in media parte versurae* bubulcus *consistat; detque requiem in summa, ut spe cessandi tatum spatium bos agilius enitatur. Sulcum autem ducere longiorem, quam pedum* CXX, *contrarium pecori est, quoniam plus aequo fatigatur, ubi hunc modum excessit. Quum ventum erit ad versuram, in priorem partem iugum propellas, et boves inhibeas, ut colla eorum refrigescant, quae celeriter conflagrant, nisi assidue refrigerentur*, etc. II.

Sulco dodrantali. Sulco novem pollicibus alto, seu pedis unius, ut vocant, tribus quartis. Inter duos porro sulcos terra eminens, id enim monere, operae pretium est, parca vocatur: hoc est, *medius cumulus, qui inter duos latius distantes sulcos*, ut ait Colum. I, 4, *siccam sedem frumenti praebet.* H.

Proscindi semissem. Hoc est, iugeri partem mediam proscindi: iterari totum. As enim pro integra quacumque re accipitur, quam in semisses duas, unciasque duodecim, et partes alias, ita ut assem antiqui dividebant. Hard.

Omne arvum. Praeceptum illud Virgilianum est, e Georg. I, 95: *neque illum Flava Ceres alio nequidquam spectat Olympo; Et qui, proscisso quae suscitat aequore terga, Rursus in obliquum verso prorumpit aratro, Exercetque frequens tellurem, atque imperat arvis.* Adi et Colum. II: *Bubulcum autem per proscissum ingredi aportet, alternisque versibus obliquum tenere aratrum, et alternis recto plenoque sulcare: sed ita necubi crudum solum relinquat et inmotum, quod agricolae scamnum vocant.* II.

In collibus. Aliquanto planius Columella idem II, 4: *Sed in arando maxime est observandum, semper ut transversus mons sulcetur. Nam hac ratione difficultas acclivitatis infringitur, laborque pecudum et hominum commodissime sic minuitur. Paulum tamen quotiescumque iterabitur, modo in elatiora, modo in depressiora clivi, obliquum agi sulcum oportebit, ut in utramque partem rescindamus, nec eodem vestigio terram maliamur.* H.

Rostrante vomere. Rostrum oblique impingente vomere. Vel rostrato forte vomere dixit, hoc est, simplici, non

tumque est laboris homini, ut etiam boum vice fungatur. Certe sine hoc animali montanae gentes sarculis arant. Arator, nisi incurvus, praevaricatur. Inde translatum hoc crimen in forum. Ibi itaque, caveatur ubi inventum est. Purget vomerem subinde stimulus cuspidatus rallo. Scamna inter duos sulcos cruda ne relinquantur, glebae ne exultent. Male aratur arvum, quod satis frugibus occandum est. Id demum recte subactum erit, ubi non intelligetur utro vomer ierit. In usu est et collicias interponere, si ita locus poscat, ampliore sulco, quae in fossas aquam educant.

aurito, quo utuntur in planis, auctore Palladio, l. c. ext. etc. H.

Sarculis arant. Vt ante dictum est, cap. 18. Hard.

Arator nisi. Proverbii speciem, inquit Erasmus, Chil. 4, Cent. 5, adag. 85, habet quod refert Plinius: Arator, nisi incurvus, praevaricatur. Praecipit ut arator arvum primum rectis sulcis proscindat: mox et obliquis subigat: id fieri via potest, nisi toto corpore incumbat labori, unde et Virgilio dictus *curvus arator*. Caeterum praevaricari est a recto sulco divertere. Vnde et in causis praevaricari dicuntur, qui causam diversam adiuvant. Videlicet hoc est illud quod ait Plinius: *Inde translatum hoc crimen in forum.* Hard.

Ibi itaque. In agro, unde in forum translata paroemia. Hard.

Cuspidatus rallo. Hoc est, rallo praefixus. Est autem rallum ferramentum, quo raditur vomer, et inhaerente terra liberatur, atque purgatur, ut Turnebus admonet, Advv. XXIV, 1. Hard.

Scamna. Agricolae scamna appellant grandiores glebas, quae soleat excitari prima aratione, quum in proscisso crudum solum immotumque relinquitur: quod cavendum esse praecipit lex rusticationis. Hac voce utitur Columella, II, 2, ut paulo ante retulimus, et alibi passim. Hard.

Male aratur. Colum. II, 4: *Sed et compluribus iterationibus sic resolvatur vervactum in pulverem, ut vel nullam, vel exiguam desideret occationem, quum seminaverimus. Nam veteres Romani dixerunt male subactum agrum, qui satis frugibus occandus sit.* Hard.

Id demum. Colum. l. c. *Pingues campi tam frequentibus densisque sulcis arandi sunt, ut vix dignoscatur in utram partem vomer actus sit: quoniam sic omnes radices herbarum perruptae necantur.* Hard.

Et collicias. In agris colliciae sunt sulci ampliores, qui et porcae dicti, per quos aquam delibrabant. In urbibus colliciae, sive conliciae, sive colliquiae, dicebantur olim canales, qui aquam e stillicidio defluentem excipiebant. Colum. II, 8: *Cavebitur, ut patentes lirae, crebrosque sulcos aquarios, quos nonnulli elices vocant, fa-*

2 (xx.) Aratione per transversum iterata, occatio sequitur, ubi res poscit, crate vel rastro; et sato semine iteratio. Haec quoque ubi consuetudo patitur, crate dentata, vel tabula aratro adnexa, quod vocant lirare, operiente semina: unde primum appellata deliratio est. Quarto seri sulco Virgilius existimatur voluisse, quum dixit optimam esse segetem, quae bis solem, bis frigora sensisset. Spissius solum, sicut ple-

eiamus, et omnem humorem in colliquias, atque inde extra segetes derivemus. Festus: *Elices, sulci aquarii, per quos aqua collecta educitur e liris.* Simili forma et *iulices* dicti canales, *in quos aqua confluit in viis lapide stratis, ab eliciendo dicti*, ex eodem Festo. Hard.

Aratione.... iterata. Offringi autem *terra dicitur*, auctore Festo, *quum iterum transverso sulco aratur.* Hard.

Occatio. Occare Verrio ab occaedendo, quod grandes glebas caedant et comminuant, quod etiam Varroni lib. I de Re Rust. scriptum est. Ciceroni vero in Catone maiore, et Sereno apud Nonium, ab occaecando, quod iactas satasque fruges occulat, abdet, tegat, et quasi occaecet. Prius etymon sequutus Gaza in vertendo Ciceronis Catone βωλοκοπίαν appellavit. Plautus in Captivis: *Sartor satorque scelerum, et messor maxime. B. Non occatorem prius audebas dicere, Nam semper occant priusquam sarriunt rustici.* Victor. l. II, c. 24. Scaliger in Festum *occare* dictum putat ab occa, id est, rastro. Dal. — *Occatio sequitur. Occare*, Galli *herser*: occa, *wie herse*: unde *hercia* et *herciare*: de quibus V. Cl. Du-Cangius in Glossario consulendus. H.

Crate dentata. Hinc *bidentare.* Veteres occare dicebant quod occa dentata infringebantur iterum glebae. Glossae Philoxeni: Σκαφετός. *Fossura, bidentatio, occatio, iteratio.* H.

Quod vocant lirare. Varro de Re Rust. lib. I, cap. 29: *Tertio quum arant iacto semine, boves lirare dicuntur, id est, cum tabellis additis ad vomerem, simul et satum frumentum operiunt in porcis, et sulcant fossas, quo pluvialis aqua delabatur.* H.

Deliratio. Delirare quasi a lira, rectoque sulco discedere. H.

Quarto seri sulco. Hoc est, post quartam arationem, ut dictum est cap. 35. Virgilii locus est e Georgic. I, vers. 47: *Illa seges demum votis respondet avari agricolae, bis quae solem, bis frigora sensit.* Qua loquendi forma, nihil aliud voluit is intelligi, quam quater sive quatriduo proscindi terram oportere: ut his diurnum vernae tempestatis teporem; bis nocturnum eiusdem frigus sentiat. Sed longe aliter hunc poëtae locum vulgus interpretum accipit. Sic Colum. I, c. 11, *primo vel altero sulco seri eicceram dixit, mense martio.* Hoc est, terra semel iterumve arata. Plinius ipse supra, de napis, cap. 35: *Diligentiores quinto sulco napum seri iubent, rapa quarto.* Et cap. 37: *Vicia uno sulco sata non sarritur*, etc. Atque hoc ipso loco plane statim, *quinto sulco seri*, etc. H.

rumque in Italia, quinto sulco seri melius est, in Tuscis vero nono. At fabam et viciam non proscisso serere sine damno, compendium operae est.

Non omittemus unam etiamnum arandi rationem, 6
in Transpadana Italia bellorum iniuria excogitatam. Salassi quum subiectos Alpibus depopularentur agros, panicum miliumque iam excrescens tentavere. Postquam respuebat natura, inararunt. At illae messes multiplicatae docuere, quod nunc vocant artrare, id est, aratrare, ut credo tunc dictum. Hoc fit vel incipiente culmo, quum iam is bina ternave emiserit folia. Nec recens subtrahemus exemplum, in Treverico agro tertio ante hunc annum compertum. Nam quum hieme praegelida captae segetes essent, reseverunt, resarientes campos mense martio, uberrimasque messes habuerunt. Nunc reliqua cultura tradetur per genera frugum.

L. (XXI.) Siliginem, far, triticum, semen, hordeum, 1
occato, sarrito, runcato, quibus dictum erit diebus. Singulae operae cuique generi in iugero sufficient. Sarculatio induratam hiberno rigore soli tristitiam laxat temporibus vernis, novosque soles admittit. Qui sarriet, caveat ne frumenti radices suffodiat. Triticum,

Tentavere. Subintellige, depopulari, immisso, ut fil, exercitu. H.

Artrare. Hoc est, segeles iam natas rursus arando proscindere. H.

Ante hunc annum. Qui Vrbis annus erat 830, ut diximus XIV, 5. Hard.

L. *Quibus dictum erit.* Cap. 65. H.

Singulae operae. Paulo aliter Columella, lib. II, cap. 13, cui titulum fecit, *Pro modo cuiusque agri quot operae desiderentur.* H.

Sarculatio Sive sarritio. H.

Soli tristitiam laxat temporibus vernis. Teporibus verior lectio, quam *temporibus* i praecessit enim *hiberno rigore.* Pint.

Qui sarriet. Columella, lib. II, c. 12. Palladius, lib. II in Ianuar. cap. 9. *Sarculanda frumenta: quod opus plerique negant fieri debere, quia radices eorum detegantur, aut incidantur, et necentur, frigore subsequuto: mihi autem videtur herbosis locis tantum esse faciendum.* H.

hordeum, semen, fabam bis sarrire melius. Runcatio, quum seges in articulo est, evulsis inutilibus herbis, frugum radicem vindicat, segetemque discernit a cespite. Leguminum cicer eadem, quae far, desiderat. Faba runcari non gestit: quoniam evincit herbas lupinum, runcatur tantum. Milium, et panicum occatur, et sarritur: non iteratur, non runcatur: silicia
2 et faseoli occantur tantum. Sunt genera terrae, quarum ubertas pectinari segetem in herba cogat (cratis et hoc genus, dentatae stilis ferreis): eademque nihilominus et depascuntur. Quae depasta sunt, sarculo iterum excitari necessarium. At in Bactris, Africa, Cyrene, omnia haec supervacua fecit indulgentia coeli,

Fabam bis sarrire. Ter sarriendam monet Columella, l. II, c. 12, pag. 66. Palladius, bis: lib. II in Ian. tit. 9. Harn.

Runcatio. Columella, lib. II, cap. 12: *Subiungenda sarritioni runcatio*, etc. De runcatione dixi cap. 38. H.

Quum seges in articulo. Quum seges in articulum ierit, ut loquitur Columella, loc. cit. hoc est, quum nodum fecerit. Plinius ipse supra, cap. 45: *Si in articulum seges ire coeperit.* Harn.

Leguminum cicer eadem quae far desiderat. Faba, non *far*, vetus exemplar. Pint.

Faba runcari. Cur porro faba runcari non gestiat, in causa est, inquit Columella, lib. II, cap. 12, ex Corn. Celsi sententia, quod internatae herbae sero reserventur. At Columella frugibus his detrahi plurimum scribit, si runcatio relinquitur. — *Faba.* Locum hunc sic interpunximus, adducti tum re ipsa, tum scriptorum veterum auctoritate Columella enim, l. II, c. 12: *Excepto lupino*, inquit, *cidus semini contraria est sarritio: quoniam unam radicem habet, quae sive ferro succisa est, seu vulnerata, totus frutex emoritur. Quod etiamsi non fieret, supervacuus tamen esset cultus, quum sola haec res adeo non infestetur herbis, ut ipsas herbas perimat.* Palladius in Ianuar. lib. II, tit. 9: *Lupinus vero, qui unam radicem habet, si sarculetur extinguitur: quod nec desideras: quia herbas praeter auxilium cultoris affligit.* Sic locus ille prius legebatur, ut ea verba, *quoniam evincit herbas*, priori affigerentur sententiae, quae de faba est. H.

Runcatur tantum. Non sarculatur. Harn.

Silicia. Hoc est fenum graecum, de quo cap. 39. H.

Pectinari. Dentata crate agitari. Ovidius, a quodam citatus in hanc rem: *Et tonsam raro pectine verrit humum.* H.

Nihilominus et depascuntur. Immissis, ut dictum est, in arva pecudibus. H.

et a semente non nisi messibus in aream redeunt; quia siccitas coërcet herbas, fruges nocturno tactas rore nutriens. Virgilius alternis cessare arva suadet: et hoc, 3
si patiantur ruris spatia, utilissimum procul dubio est. Quod si neget conditio, far serendum, unde et lupinum, aut vicia, aut faba sublata sint, et quae terram faciant laetiorem. In primisque et hoc notandum, quaedam propter alia seri obiter; sed parum provenire priori diximus volumine, ne eadem saepius dicantur: plurimum enim refert soli cuiusque ratio.

LI. (XXII.) Civitas Africae in mediis arenis, peten- 1
tibus Syrtes Leptinque magnam, vocatur Tacape, felici super omne miraculum riguo solo: ternis fere millibus passuum in omnem partem fons abundat,

Non nisi messibus. Hoc est, messis tempore. — *Et a semente.* In libris hactenus editis, *nonnisi nonis mensibus.* At vox ea *nonis* abest a MSS. exemplaribus, Reg. Colb. Chiffl. etc. palamque est crevisse eam ex superioris vocabuli *nonnisi*, perquam importuna repetitione. *Messibus* vero haud eunctanter rescribendum esse, ut fecimus, suadet tum Plinius ipse, tum Colum. Is enim lib. II, c. 12, ubi de sarritione agit: *Sed nec istud ubique*, inquit, *fieri censemus; verum incolarum consuetudine uti. Sunt enim regionum propria munera, sicut Aegypti et Africae, quibus agricola post sementem, ante messem segetem non attingit, quoniam caeli conditio, et terrae bonitas ea est, ut vix ulla herba exeat, nisi ex semine iacto: sive quia rari sunt imbres, seu quia qualitas humi sic se cultoribus praebet.* Praeterea facit, ut dixi, id quod ipse Plinius superius insinuavit de Aegypti incolis c. 47: *Reliqua pars*, inquit, *non nisi cum falce arva visit, paulo ante kalendas apriles: peragitur autem messis maio.* Quid quod et in MSS. iisdem non *in aream*, sed *in area* legimus? ut *in arva* legi probabilius merito cuipiam videatur. H.

Virgilius. Georg. I, vers. 71 sq. *Alternis idem tonsas cessare novales, Et segnem patiere situ durescere campum. Aut ibi flava seres, mutato sidere, farra, unde prius laetum siliqua quassante legumen, aut tenues fetus vicinae, tristisque lupini Sustuleris fragiles calamos, silvamque sonantem.* H.

Priori diximus. Libro super. initio cap. 7: *Nec non et satis quibusdam ipsis pasci terram dixit. Segetem stercorant fruges, lupinum, faba, vicia*, etc. Hard.

LI. *Tacape.* Supra lib. XVI, cap. 27, vites etiam triferas esse docens. *Hoc autem*, inquit, *evenit perpetuo*

largus quidem, sed certis horarum spatiis dispensatur inter incolas. Palmae ibi praegrandi subditur olea, huic ficus, fico Punica, illi vitis: sub vite seritur frumentum, mox legumen, deinde olus, omnia eodem anno; omniaque aliena umbra aluntur. Quaterna cubita eius soli in quadratum, nec ut a porrectis metiantur digitis, sed in pugnum contractis, quaternis denariis venumdantur. Super omnia est, biferam vitem bis anno vindemiare. Et nisi multiplici partu exinaniatur ubertas, pereunt luxuria singuli fructus. Nunc vero toto anno metitur aliquid; constatque fertilitati non occurrere homines. Aquarum quoque differentia magna riguis. Est in Narbonensi provincia nobilis fons, Orge nomine est: in eo herbae nascuntur in tantum expetitae bubus, ut mersis capitibus totis eas quaerant. Sed illas in aqua nascentes certum est non nisi imbribus ali. Ergo suam quisque terram aquamque noverit.

LII. (XXIII.) Si fuerit illa terra, quam appellavimus teneram, poterit sublato hordeo milium seri: eo condito rapa: his sublatis, hordeum, vel triticum, sicut in Campania; satisque talis terra aratur, quum seritur. Alius ordo, ut ubi adoreum fuerit, cesset quatuor mensibus hibernis, et vernam fabam recipiat, ita ut ante hiemalem ne cesset. Nimis pinguis alternari po-

in Tacapensi Africae agro, de quo plura alias: ea est soli fertilitas. DAL.

Quaterna cubita. Petita mensura ex hominis vendentis cubito, ac ne porrectis quidem digitis, sed iisdem in pugnum contractis. H.

Quaternis denariis. Id est, monetae nostrae 2 fr. 80 c. ED. P.

Vt mersis capitibus. In Ligeri amne, qua per Vellaunios fluit, passim hoc idem boves faciunt, et in Sebusianorum piscinis. DAL.

LII. *Quam appellavimus teneram.* Conf. supra lib. XVII, cap. 3. H.

Ita ut ante hiemalem. Ita ut ante hiemalis fabae proventum duret. Hiemalis faba ea est, quam superius dixit cap. 30, seri ante Vergiliarum occasum, ut antecedat hiemem. Verna, quam Virgilius seri iubet per

test ita, si frumento sublato, legumen tertio seratur. Gracilior, et in annum tertium cesset. Frumentum quidam seri vetant, nisi in ea quae proximo anno quieverit.

LIII. Maximam huius loci partem stercorationis obtinet ratio, de qua et priori diximus volumine. Hoc tantum enim in confesso est, nisi stercorato seri non oportere, quanquam et hic leges sunt propriae. Milium, panicum, rapa, napus, nisi in stercorato non serantur. Non stercorato frumentum potius quam hordeum serito. Item in novalibus, tametsi in illis fabam seri volunt, eamdem ubicumque quam recentissime stercorato solo. Autumno aliquid saturus, septembri mense fimum inaret post imbrem. Vtique si verno erit saturus, per hiemem fimum disponat. Iustum est vehes octodecim ingero tribui: dispergere autem prius quam arescat, aut iacto semine. Si haec

ver, Circumpadanae Italiae ritu. — *Ita ut.* Sic rescripsimus ex cod. MSS. fide, ita etiam loci eius postulante sententia. Legebatur ante in editis, *Aut ante hiemalem ne cesset. Nec non minus pinguis*, etc. Sed vocula *nec non* nusquam in MSS. exstat: et de pingui nimium terra nunc agi vel ex eo liquet, quod vel tergeminae anno uno sationi par esse dicitur: et mox gracilior eidem opponitur, quae in tertium usque annum e contrario cessare praecipitur. H.

LIII. *Priori diximus.* L. XVII, c. 6. Hard.

Non stercorato. Theophrastus, Hist. lib. VIII, cap. 6. H.

Fimum inaret. Columella lib. II: *Disiectum protinus fimum inarari et obrui convenit, ne solis halitu vires remittat: et ut permixta humus praeducto alimento pinguescat*, etc. H.

Iustum est. Columella loc. cit. *Iugerum autem desiderat, quod spissius stercoratur, vehes quatuor et viginti: quod rarius, duodeviginti.* Idem lib. XI, cap. 2 in Novembri subdit: *Vehes autem stercoris habet modios octoginta.* Vehis aliud nihil fuit quam plaustri onus, *une charrettée*, et quidem quantum protelo boum vehi solet. Cod. Theod. lib. XIV, tit. 6, leg. 1: *Coctoribus calcis per ternas vehes singulae amphorae vini praebeantur: Vecturariis vero amphora..... A Vecturariis etiam trecentos boves praecipimus dari.* H.

Prius quam arescat. Ne solis halitu, ut dictum est, vires remittat: *Itaque*, ut subdit Columella, loc. cit. *quum in agro disponentur acervi stercoris, non debet maior modus eorum dissipari, quam quem bubulci eodem die possint obruere. Sed disiectum*

omissa sit stercoratio, sequens est, priusquam sarriat, aviarii pulvere. Quod ut hanc quoque curam determinemus, iustum est singulas vehes fimi denario ire, in singulas pecudes minores: in maiores denas: nisi contingat hoc, male substravisse pecori colonum appareat. Sunt qui optime stercorari putent, sub dio nunc retibus inclusa pecorum mansione. Ager si non stercoratur, alget: si nimium stercoratus est aduritur; satiusque est id saepe, quam supra modum facere. Quo calidius solum est, eo minus addi stercoris, ratio est.

protinus fimum inarari et obrui convenit, ne solis halitu vires amittat, et ut permixta humus praedicto alimento pinguescat. H.

Sequens est. Secunda stercoratio fiet ante sarritionem, iacto pulvere ex aviariis. — *Si haec.* In MSS. Reg. 1, *priusquam seriat*; Reg. 2, *sariat*. In editis, *priusquam serat, ante pulverem*, nulla penitus sententia. At Columella lib. II, cap. 61: *Si tamen aliqua causa*, inquit, *tempestivam stercorationem fieri prohibuerit, secunda ratio est, antequam sarrias, more seminantis ex aviariis pulverem stercoris per segetem spargere. Si et is non erit, caprinum manu iacere, atque terra sarculis permiscere: ea res laetas segetes reddit.* Quamobrem non iam ullus de nostra emendatione dubitandi locus, quum haec stercoratio, quae nunc praecipitur, in subsidium sit prioris, quae praetermissa fuerit. Nam quum illa prior peracta iam satione fieri opportune potuerit, haec quae sequens appellatur, qui fieri tandem possit, priusquam seras? H.

Quod ut hanc. Hoc est, *sed ut hanc.* Cicero lib. XVI, epist. 4: *Quod utinam minus vitae cupidus fuissem.* Harn.

Denario. Hoc est venire denario singulas fimi vehes, quas tricenis diebus singulae pecudes minores efficiunt: denario item denas, quas pecudes maiores pariter mense reddunt. Columella lib. II, cap. 15: *Parum autem diligentes existimo esse agricolas, apud quos minores singulae pecudes tricenis diebus minus quam singulas, itemque maiores denas vehes stercoris efficiunt*, etc. H.

Retibus. Vel, ut fere fit, cratibus. Harn.

Ager. Columella II, 16: *Nec ignorare colonos oportet, sicuti refrigescere agrum, qui non stercoretur: ita peruri, si nimium stercoretur: magisque conducere agricolae frequenter id potius quam immodice facere.* H.

Quo calidius. Columella loc. cit. *Nec dubium quin aquosus ager maiorem stercoris copiam, siccus minorem desideret: alter, quod assiduis humoribus rigens hoc adhibito regelatur: alter, quod per se tepens siccitatibus, hoc assumpto largiore torretur: propter quod nec deesse ei talem materiam, nec superesse oportet.* H.

LIV. (XXIV.) Semen optimum, anniculum, bimum deterius, trimum pessimum, ultra sterile. Et in uno omnium definita genere ratio est: quod in ima area subsedit, ad semen reservandum est. Id enim optimum, quoniam gravissimum: neque alio modo utilius discernitur. Quae spica per intervalla semina habebit, abiicietur. Optimum granum quod rubet, et dentibus fractum, eumdem habet colorem: deterius, cui plus intus albi est. Certum terras alias plus seminis recipere, alias minus: religiosumque inde primum colonis augurium, quum avidius accipiat, esurire creditur, et comesse semen. Sationem locis humidis celerius fieri ratio est, ne semen imbre putrescat: siccis serius, ut pluviae sequantur; ne diu iacens atque non concipiens, evanescat: itemque festinata satione densum

LIV. *S. optimum.* Haec Theophrastus, Hist. lib. VIII, cap. 11. Eadem habet auctor Geop. lib. II, cap. 14. HARD.

Quod in imo. Tractat hoc diserte Columella lib. II, cap. 9: *Optimam quamque spicam legere oportet... et semper quod propter magnitudinem ac pondus in imo subsederit, ad semen reservandum ... Neque enim dubium est, ex robusto semine posse fieri non robustum: quod vero protinus exile natum sit numquam robur occipere manifestum est. Ideoque Virgilius, quum et alia, tum et hoc de seminibus praeclare disseruit: Vidi ego lecta diu, et multo spectato labore, Degenerare tamen, ni vis humano quotannis Maxima quaeque manu legeret: sic omnia fatis In peius ruere, ac retro sublapsa referri.* H. — *Discernitur.* Vet. Dalec. cod. *dispergitur*; et mox pro *dentibus fractum*, exhibet *dein froctum.* Eo. P.

Optimum granum. Columella l. II, cap. 9: *Granum autem rutilum, si quum diffissum est, eumdem colorem interiorem habet, integrum esse non dubitamus. Quod extrinsecus albidum, intus etiam conspicitur candidum, leve oc vonum intelligi debet*, etc. HARD.

Certum terras. Theophrastus, Hist. lib. VIII, cap. 6. H.

Plus seminis recipere. Colum. II, 13. DAL.

Religiosumque inde primum colonis augurium. Scribendum reor, *Religiosumque id et pessimum colonis augurium.* Theophrastus lib. VIII, cap. 6: *Quanquam dici soleat alias plus, alias minus eamdem recipere segetem, infaustoque augurio capiant quum plus receperit. Terram enim esurire atque esitare protinus semen existimant.* Addit autem exemplar antiquum verbum *videtur*; « Religiosum id videtur, et pessimum,

spargi semen, quia tarde concipiat: serotina rarum, quia densitate nimia necetur. Artis quoque cuiusdam est, aequaliter spargere. Manus utique congruere debet cum gradu, semperque cum dextro pede. Fit quoque quorumdam occulta ratione, quod sors genialis atque fecunda est. Non transferendum est ex frigidis locis semen in calida, neque ex praecocibus in serotina; idque in contrarium praecepere quidem falsa diligentia.

LV. Serere in iugera temperato solo iustum est, tritici aut siliginis modio v farris, aut seminis (quod frumenti genus ita appellamus) x; hordei VI; fabae quintam partem amplius quam tritici: viciae XII; ciceris et cicerculae, et pisi, III; lupini x; lentis III,

etc. a Pint. — *Religiosumque.* Ridet id merito Theophrastus loc. citat. Hard.

Aequaliter spargere. Vt in terram aequali copia cadant, et tempore, tam curiosa in hoc Veterum diligentia, ut quae in proiectu vel cornua boum ferirent (κεραστόλα vocabant) existimarent ἄφορα, ἀτελῆ, dura, ἀτέραμνα, et minime bonae frugis. Theophr. Plutarchus, Rhodigin. lib. XXX, cap. 1, qua ratione et Plato κεραστολόν hominem appellavit horridum, agrestem, inconditum. Hoc aequalitate cavent et ἐπισπορίαν, malum ingens, quum exceptum iam terrae semen, alterum iniicitur. Dal.

Fit quoque. Fit ex arte quadam occulta, inditoque a natura solerti membrorum motu, satio laeta et fecunda. H.

LV. *Serere in iugera.* Colum. lib. II, cap. 9: *Iugerum agri pinguis, plerumque modios tritici quatuor: mediocris, sive temperati, quinque postulat: adorei modios novem, si est laetum solum*, etc. Idem de hordeo: *Iugerum sex modios postulat.* Vide et Varronem, de Re Rust. lib. I, c. 44. H.

Ita appellamus. Appellavimus sane cap. 19. H.

Fabae. Ita fere Columella II, 10. Hard.

Viciae XII. Subintellige modios, ut in sequentibus. H.

Cicerculae, etc. Columella II, 10: *Cicerculae, quae piso est similis... tres modios iugerum implent.* Ac paulo post de cicere: *Iugera modii tres abunde sunt.* De lupino, *Iugerum decem modii occupant.* Et de lente: *Iugerum agri paulo plus quam modius occupat.* Et de faseolis idem cum Plinio sentit: de milio quoque et panico vide rursus eumdem Columellam in Octobri l. XI, c. 2. H.

Lupini X. Columella lib. II, cap. 10 de lupino: *Iugerum decem modii occupant.* Et mox de ipso: *Eadem*

sed hanc cum fimo arido seri volunt: ervi VI; siliciae VI; faseolorum IIII; pabuli XX; milii, panici sextarios quatuor. Pingui solo plus, gracili minus. Est et alia distinctio: in denso aut cretoso, aut uliginoso solo, tritici aut siliginis modios sex: in soluta terra nuda, et sicca, et laeta, quatuor. Macies enim soli nisi 2
rarum culmum habeat, spicam minutam facit et inanem. Pinguia arva ex uno semine fruticem numerosum fundunt, densamque segetem e raro semine emittunt. Ergo inter quatuor et sex modios pro natura soli, alii quinque non minus seri, pluresve praecipiunt: item in consito, aut clivoso, ut in macro. Huc pertinet oraculum illud magnopere custodiendum: Segetem ne defruges. Adiecit iis Accius in Praxidico, ut sereretur, quum luna esset in Ariete, Geminis, Leone, Libra, Aquario. Zoroastres sole duodecim partes Scorpionis transgresso, quum luna esset in Tauro.

mensura iugerum, vel modio minus quam phaselum, licet obserere. H.

Ervi VI. Quinque dumtaxat modios desiderat Palladius, lib. II in Ianuar. c. 8 de ervo. H.

Siliciae VI. Hoc est, feni graeci. Ita Palladius, l. e. cap. 7. H.

In denso. Defendit hanc scripturam librorum omnium mira consensio, contra Pintianum, cui *modios quinque* legi verius videtur, quoniam Columella, lib. II, c. 9: *Siliginis autem,* inquit, *vel tritici, si mediocriter cretosus, uliginosusque ager est, etiam paulo plus quam, ut prius iam dixi, quinque modiis ad sationem opus est. At si siccus et resolutus locus, idemque vel pinguis, vel exilis est, quatuor,* etc. Sed suo ipsius telo perimitur Pintianus: nam quum paulo plus quinque modiis Columella exposcat: mox vero Plinius inter quatuor et sex pro ratione soli sationis modum definiendum pronuntiet, quis non intelligit *modios sex* hoc loco scribi oportuisse? H.

Macies enim. Columella, II, c. 9: *Et e contrario macer locus tantumdem seminis poscit. Nam nisi rare conseritur, vanam et minutam spicam facit. Ac ubi ex uno semine pluribus culmis fruticavit, et ex rara segete densam facit.* H.

Segetem ne defruges. Cato de Re Rust. lib. I, c. 5: *Segetem ne defruget: nam id infelix est.* Defrugare segetem videtur, inquit Hermolaus, qui vel nimia fetura exinanivit agros, vel per inscitiam, aut negligentiam perdit. MSS. quidem omnes, *defruges,* prae se ferunt. At Catonis, ut quidam aiunt, antiqui libri, *defrudet.* Atque ut defrugat, sive defraudat genium suum homo, qui sibi non in-

2 LVI. Sequitur huic dilata et maxima indigens cura de tempore fruges serendi quaestio, magnaque ex parte ratione siderum connexa. Quamobrem sententias omnium in primis ad id pertinentes exponemus. Hesiodus, qui princeps omnium de agricultura praecepit, unum tempus serendi tradidit a Vergiliarum occasu. Scribebat enim in Boeotia Helladis, ubi ita seri diximus. Inter diligentissimos convenit, uti in alitum quadrupedumque genitura, esse quosdam ad conceptum impetus et terrae: hoc Graeci ita definiunt: quum sit calida et humida. Virgilius triticum et far a Vergiliarum occasu seri iubet, hordeum inter aequinoctium autumni et brumam: viciam vero, faseolos et lentem, Boote occidente: quo fit, ut horum siderum aliorumque exortus et occasus digerendi sint in suos dies. Sunt

dulget, et misere vivit, et lamquam demenso suo detrahit: idem facit, inquiunt, qui segeti et agro culturam et opera iusta non tribuit: sed vel de aratione, vel laetamine, vel sementie, deducit. H.

LVI. *Ita seri diximus.* Initio c. 10. Hard.

Virgilius. Et eum sequutus Columella, lib. II, cap. 8: *Placet nostro poëtae adoreum, atque etiam triticum, non ante seminare, quam occiderint Vergiliae: quod ipsum numeris sic edisserit: «At si triticeam in messem, robustaque farra Exercebis humum, solisque instabis aristis: Ante tibi Eoae Atlantides abscondantur.» Abscondunt ur autem altero et trigesimo die post autumnale aequinoctium, quod fere conficitur nono kalend. octobris*, etc. Hard.

Hordeum inter. Virg. Georgic. I, vs. 208: *Libra die somnique pares ubi fecerit horas, Et medium luci atque umbris iam dividit orbem: Exercete, viri, tauros; serite hordea campis Usque sub extremum brumae intractabilis imbrem.* H.

Viciam vero. Idem, vs. 227: *Si vero viciamque seres, vilemque faselum, Nec Pelusiacae curam adspernabere lentis: Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes: Incipe, et ad medias sementem extende pruinas.* Hoc est ab occasu Bootae ad brumam usque seri vicia, lens, faselus potest. Bootae porro occasum, Arcturi intelligo, quae stella in Boote est. Dicemus de occasu eo, c. 74. H.

Exortus et occasus, etc. Hieme sicca et suda, vere pluvio et humido fecundam segetem esse monstrat hoc carmen veteris poëtae apud Festum: *Hiberno pulvere, verno luto, grandia farra, Camille, metes.* Expressit et Virgilius illam sententiam his versibus: .... *hiberno laetissima pulvere farra, Laetus ager; nullo tantum se Mysia cultu Iactat, et ipsa suas mirantur Gargara messes.* Cato: *Agro*

qui et ante Vergiliarum occasum seri iubeant, dumtaxat in arida terra, calidisque provinciis: custodiri enim semen, corrumpente humore, et a proximo imbre uno die erumpere. Alii statim ab occasu Vergiliarum sequi imbres, a septimo fere die. Aliqui in frigidis ab aequinoctio autumni: in calidis serius, ne ante hiemem luxurient. Inter omnes autem convenit 3 circa brumam serendum non esse: magno argumento, quoniam hiberna semina, quum ante brumam sata sint, septimo die erumpant: si post brumam, vix quadragesimo. Sunt qui properent, atque ita pronuntient, festinatam sementem saepe decipere, serotinam semper.

sicco per sementim, laeto per ver. Plutarchus in Quaest. nat. Διὰ τί λέγεται, σῖτον ἐν πηλῷ φυτεύστε, τὴν δὲ κριθὴν ἐν κόνει; ratio est, quod πυρφόρος χώρα πίων καὶ βαρεῖα, κριθοφόρος δὲ μᾶλλον λεπτόγεως. Camillus, παῖς ἀμφιθαλής, puer patrimus matrimusque. Dal.

Custodiri. Custodiri enim *in arida terra* semen, *quemadmodum e contrario* humore corrumpitur. H.

Corrumpente humore. Quod alioqui ab humore corrumperetur. Sunt haec apud Columellam, l. II, cap. 8: *Si seri sunt imbres, quamvis sitienti solo recte semen committitur: idque etiam in quibusdam provinciis, ubi status caeli talis est, usurpatur. Namque quod sicco solo ingestum et inoccatum est, perinde ac si repositum in horreo, non corrumpitur. Atque ubi venit imber, multorum dierum sementis uno die surgit.* Eodem fere sensu legi hic possel, *non corrumpente humore.* H.

Inter omnes autem convenit circa brumam serendum non esse. Legendum videtur alterutro modo, aut *citra brumam serendum esse*, aut *ultra brumam serendum non esse.* M. Varro, lib. I, c. 34: *Post brumam nisi qua necessaria causa coëgerit non serere: quod tantum intersit, ut ante brumam sata quadragesimo die vix exeant.* Plin. — *Circa brumam.* Emendat hunc locum Fulv. Vrsinus in Noll. ad Varr. pag. 46, ac *citra brumam*, ex Varrone de Re Rust. lib. I, c. 34, legi praecipit. At quidquid demum aut senserit Varro, aut sentire porro debuerit, defendit egregie librorum omnium constantem scripturam Columellae locus e lib. II, c. 8, *Quod si seminandi tempus: Sic enim servant*, inquit, *prudentes agricolae, ut quindecim diebus prius quam conficiatur bruma, totidemque post eam confectam, neque arent, neque vitem, aut arborem putent*, etc. Idem Varro, I, 35, diebus ante et post brumam quindecim, quidquam seri vetat, praeter ulmos. H.

Sunt qui properent. Columell. de Re Rust. lib. XI, c. 2: *Sed tum omnia in agricultura strenue facienda sunt, tum maxime sementis. Vetus agricolarum proverbium: Maturam sationem saepe decipere solere: seram numquam, quin mala sit.* H.

E contrario alii, vel vere potius serendum, quam malo autumno; atque ubi fuerit necesse, inter Favo-
4 nium et vernum aequinoctium. Quidam omissa caelesti cura, ut inutili, temporibus definiunt. Vere linum, et avenam, et papaver: atque uti nunc etiam Transpadani servant, usque in Quinquatrus: fabam, siliginem novembri mense: far septembri extremo usque in idus octobris. Alii post hunc diem in kalendas novembris. Ita his nulla naturae cura est: illis nimia, et ideo caeca subtilitas: quum res inter rusticos geratur, litterarum-
5 que expertes, non modo siderum. Et confitendum est caelo maxime constare ea: quippe Virgilio iubente praedisci ventos ante omnia, ac siderum mores: neque aliter, quam navigantibus, servari. Spes ardua et immensa, misceri posse caelestem divinitatem imperitiae: sed tentanda tam grandi vitae emolumento. Prius tamen sideralis difficultas, quam sensere etiam periti, subiicienda contemplationi est: quo deinde laetior mens discedat a caelo, et facta sentiat, quae futura praenosci non possint.

1 LVII. (xxv.) Primum omnium dierum ipsorum anni solisque motus prope inexplicabilis ratio est. Ad CCCLXV adiiciunt etiamnum intercalarios diei noctisque

Inter Favonium. Quo tempore Favonii spirent, disimus II, 47. H.

Vere linum. Virgilius tamen Georg. I, v. 212, lini ac papaveris sationem autumno adiudicat. H.

Quinquatrus. Dies festus Minervae fuit: sic dictus, quod esset post diem quintum idus martias, hoc est, XIV kalend. aprilis. Vide Vossium in Etymol. De his multa Ovidius, Fastor. lib. III, vs. 810. Festus verbo *quinquatrus*, aliique. HARD.

Ad siderum mores. Locus Virgilii est Georgic. I, vers. 204: *Praeterea tam sunt Arcturi sidera nobis Haedorumque dies servandi, et lucidus Anguis, Quam quibus in patriam ventosa per aequora vectis Pontus, et ostriferi fauces tentantur Abydi.* H.

Miscere posse caelestem divinitatem imperitiae. Addendum verbum *rusticae*, ex codice scripto, *imperitiae rusticae.* PINT. — *Sed tentanda tam grandi*, etc. Sic quoque Gron. et libri ante Hard. editi. Brotierius ex codd. Regg. 1 et 2, et editione pr. *sed contemplanda tam*, etc. ED. P.

LVII. *Intercalarios.* Dies intercala-

quadrantes. Ita fit, ut tradi non possint certa siderum tempora. Accedit confessa rerum obscuritas, nunc praecurrente, nec paucis diebus, tempestatum signignificatu, quod προχείμασιν Graeci vocant: nunc postveniente, quod ἐπιχείμασιν: et plerumque alias citius, alias tardius caeli effectu ad terram deciduo: vulgo serenitate reddita, confectum sidus audimus. Praeterea quum omnia haec statis sideribus caeloque affixis constent, interveniunt motu stellarum grandines, imbres, et ipsi non levi effectu, ut docuimus, turbantque conceptae spei ordinem. Idque ne nobis tantum putemus accidere, et reliqua fallit animalia sagaciora circa hoc, ut quo vita eorum constet: aestivasque alites praeposteri aut praeproperi rigores necant, hibernas aestus. Ideo Virgilius errantium quoque side- 2

rius is est, qui quarto cuique anno vertenti accessit, quem sex horae appendices quater ductae, hoc est, diei unius quadrans, seu quarta pars quater repetita colligit. H.

Nunc praecurrente. Nunc maturius et ante sui sideris tempus, ortumve et occasum, hiberna, aestivaque, ac caeterae deinde tempestates antevenerunt: id quod Graeci προχείμασιν: nunc tardius eaedem alio anno recurrunt, quod ἐπιχείμασιν, vel ut alii μεταχείμασιν vocant. Festus, Paulusve: *Praesiderare dicitur, quum maturius hiberna tempestas movetur, quasi ante sideris tempus.* Vegetius lib. IV, cap. 40: *Aut enim circa diem statutum, aut ante, vel postea, tempestates fieri, compertum est: unde praecedentes, προχείμασιν: nascentes die solemni, ἐπιχείμασιν: subsequentes μεταχείμασιν, graeco vocabulo nuncupaverunt.* Eleganter Columella, in Praef. *Neque enim semper eumdem caelum et annus velut ex praescripto habitum gerunt: nec omnibus annis eodem vultu venit aestas, aut hiems,* etc. Hard.

Vulgo serenitate. Quum a sideribus oriri tempestates vulgus existimet, ubi hae praeterière, et sua caelo reddita serenitas est, tunc sidus confectum dicitur. H.

Interveniunt motu stellarum grandines. Lege, *Interveniunt motus stellarum, grandinum, imbrium, et ipsi non levi effectu.* Interveniunt motus stellarum, qui et ipsi non levem effectum habent grandinum et imbrium: nam licet siderum motus maiore effectu sint, non levi tamen et ipsi sunt stellarum motus, in excitandis imbribus et grandinibus. Sal.

Ut docuimus. Lib XVII, c. 2. H.

Sagaciora. In eo praesensionum genere alioqui sagacissima. H.

Ideo Virgilius. Georg. I, 335: *Hoc metuens, caeli menses et sidera serva: Frigida Saturni quo sese stella receptet,* etc Hard.

rum rationem ediscendam praecipit, admonens observandum frigidae Saturni stellae transitum. Sunt qui certissimum veris indicium arbitrentur ob infirmitatem animalis, papilionis proventum. Id eo ipso anno, quum commentaremur haec, notatum est, proventum eorum ter repetito frigore extinctum, advenasque volucres a. d. VI. kalendas februarii spem veris attulisse,
4 mox saevissima hieme conflictatas. Res anceps: primum, omnium a caelo peti legem: deinde eam argumentis esse quaerendam. Super omnia est mundi convexitas, terrarumque globi differentia, eodem sidere alio tempore aliis aperiente se gentibus: quo fit ut causa eius non iisdem diebus ubique valeat. Addidere difficultatem et auctores diversis in locis observando, mox etiam in iisdem diversa prodendo. Tres autem fuere sectae: Chaldaea, Aegyptia, Graeca. His addidit apud nos quartam Caesar dictator, annos ad solis

Id eo ipso anno. Vrbis 830, ut diximus lib. XIV, c. 6. H.

Proventum eorum ter repetito frigore exstinctum. Elegantius et magis ex consuetudine Pliniana casu auferendi, *proventu eorum ter repetito frigore exstincto*, et verba quae paulo ante praecedunt, *ob infirmitatem animalis*, non esse Pliniana existimo, sed expositionem super verbum *exstincto*. PINT.

Advenasque volucres. Hirundines. HARD.

Argumentis. Certis signis. H.

Mundi. Caeli. HARD. — *Convexitas.* Gronov. et al. ante Hard. *convexitate.* ED. P.

Causa. Vis eius et efficientia.

Tres autem fuere. Apud Chaldaeos astrologiae inventorem fuisse Abrahamum, auctor est Eusebius Praep. IX, 17, et Berosus apud ipsum, cap. 18. De Chaldaeis, Aegyptiisque Cicero de Divin. n. 93: *Aegyptii et Babylonii in camporum patentium aequoribus habitantes, quum ex terra nihil emineret, quod contemplationi caeli officere posset; omnem curam in siderum cognitione posuerunt.* Graeci ab utraque gente Calendaria et ἡμερολογεῖα accepere. Sic enim Theon de iis scribit, in Διοσημεῖα Arati: Ἐδέξαντο δὲ αὐτὰ Ἕλληνες παρὰ Αἰγυπτίων, καὶ Χαλδαίων. Chaldaica anni forma, eadem ac Iudaica est. De Aegyptia autem et Graeca vetere, vide Herodotum, lib. II. H.

Caesar dictator. Suetonius in Iulio, cap. XL: *Fastos correxit, iampridem vitio pontificum, per intercalandi licentiam adeo turbatos, ut neque messium feriae aestati, neque vindemiarum autumno competerent, annumque ad cursum solis accommodavit, ut*

cursum redigens singulos, Sosigene perito scientiae eius adhibito. Et ea ipsa ratio postea comperto errore 5 correcta est: ita ut XII annis continuis non intercalaretur, quia coeperat sidera annus morari, qui prius antecedebat. Et Sosigenes ipse trinis commentationibus, quanquam diligentior caeteris, non cessavit tamen addubitare, ipse semet corrigendo. Auctores prodidere ea, quos praetexuimus volumini huic, raro ullius sententia cum alio congruente. Minus hoc in reliquis mirum, quos diversi excusaverint tractus. Eorum qui in eadem regione dissedere, unam discordiam ponemus exempli gratia: occasum matutinum Vergiliarum Hesiodus (nam huius quoque nomine exstat Astrologia) tradidit fieri, quum aequinoctium autumni conficeretur, Thales vigesimo quinto die ab

CCCLXV dierum esset, et intercalario mense sublato unus dies quarto anno intercalaretur, etc. H.

Et ea ipsa ratio comperto errore correcta est. Haec quae angustiore sermone Plinius contraxit, fusius a Macrobio explicantur. Sacerdotes sibi errorem novum ex ipsa emendatione fecerunt. Nam quum oporteret diem, qui ex quadrantibus confit, quarto quoque anno confecto, antequam quintus inciperet, intercalare, illi quarto non peracto, sed incipiente intercalabant. Hic error sex et triginta annis permansit; quibus annis intercalati sunt dies duodecim, quum deberent intercalari novem. Sed hunc quoque errorem sero deprehensum correxit Augustus: qui annos duodecim sine intercalari die transigi iussit: uti illi tres dies, qui per annos triginta et sex vitio sacerdotalis festinationis excreverant, sequentibus annis duodecim, nullo die intercalato, devorarentur. Post hoc unum diem, secundum ordinationem Caesaris, quinto quoque incipiente anno intercalari iussit: et omnem hunc ordinem aereae tabulae ad aeternam custodiam incisione mandavit. Iisdem paene verbis rem narrat Solinus, cap. 1. Vide apud Petav. de Doctr. temp. IV, 3, diagramma, in quo bissextiles dies tam vitiosi, quam emendati apertissime subiicuntur oculis. Haan.

Quos praetexuimus. Supra N. V. Harn.

Astrologia. Laudatur hic Hesiodi liber a Theone, et vocatur Ἀστρικὴ βίβλος: idque Hesiodi genuinum opus fuisse Callimachus docet in Epigrammate, quod exstat in Arati vita, quam Petavius edidit in Vranologio, pag. 20. De hac Hesiodi, Thaletisque et Anaximandri sententia eumdem Petavium consule, Varr. Diss. in Vranol. II, 9. H.

aequinoctio, Anaximander vigesimo nono, Euctemon
6 XLVIII. Nos sequemur observationem Caesaris: maxime haec erit Italiae ratio. Dicemus tamen et aliorum placita: quoniam non unius terrae, sed totius naturae interpretes sumus; non auctoribus positis (id enim verbosum est) sed regionibus: legentes tantum meminerint, brevitatis gratia, quum Attica nominata fuerit, simul intelligere Cycladas insulas; quum Macedonia, Magnesiam, Thraciam; quum Aegyptus, Phoenicen, Cyprum, Ciliciam; quum Boeotia, Locridem, Phocidem, et finitimos semper tractus; quum Hellespontus, Cherronesum, et continentia usque Atho montem; quum Ionia, Asiam, et insulas Asiae; quum Peloponnesus, Achaiam, et ad Hesperum iacentes terras. Chaldaei Assyriam et Babyloniam demonstrabunt. Africam, Hispanias, Gallias sileri non erit mi-
7 rum. Nemo enim observavit in iis, qui siderum proderet exortus. Non tamen difficili ratione dignoscentur in illis quoque terris digestione circulorum, quam in sexto volumine fecimus: qua cognatio caeli, non gentium modo, verum urbium quoque singularum intelligitur, nota ex his terris, quas nominavimus, sumpta convexitate circuli, pertinentis ad quas quisque quaeret terras, et ad earum siderum exortus, per omnium

Euctemon. Εὐκτήμων. De eo in Auctorum Indice. Sic libri omnes. Perperam *Eudaemon* reponere nititur Pithoens, Adv. II, 13. H.

Et ad Hesperum. Eldem, Arcadiam, Messeniam. H.

Non tamen difficili ratione dignoscentur, etc. Tamen in promptu ratio est, qua id noscatur, per segmenta scilicet et circulos, ut est a nobis libro sexto extremo traditum: unde et caeli habitus, et positio non gentium modo, sed quod maioris diligentiae est, singularum urbium, cognoscitur. Assumpta enim per Africam exempli gratia, aliasve terras, quas observator adierit, convexitate circuli, hoc est, delecto segmento, vel ex gnomone, vel ex quantitate diei et noctis: regionem deinde vel urbem desumet, paribus umbris respondentem: unde pares colliget siderum ortus atque occasus. Hard.

circulorum pares umbras. Indicandum et illud, tempestates ipsas ardores suos habere quadrinis annis: et easdem non magna differentia reverti ratione solis: octonis vero augeri easdem, centesima revolvente se luna.

LVIII. Omnis autem ratio observata est tribus modis: exortu siderum, occasuque, et ipsorum temporum cardinibus. Exortus occasusque binis modis intelliguntur. Aut enim adventu solis occultantur stellae et conspici desinunt, aut eiusdem abscessu proferunt se. Emersum hoc melius, quam exortum consuetudo dixisset, et illud occultationem potius, quam occasum. Alio modo, quo die incipiunt apparere vel desinunt, oriente sole, aut occidente, matutini vespertinive

Ardores suos habere quadrinis annis. Legendum reor *cardines*, non *ardores*, ut paulò post: *Cardo temporum quadripartita anni distinctione constat.* Pint. — *Ardores suos*, etc. Regressus, ac vices maiori cum vi et efficientia. Id ex Eudoxi manasse schola ipse aotea prodidit lib. II, cap. 48. Redire vices easdem tempestatum, annorum quaternum circuitu, videtur etiam sensisse Columella lib. III, cap. 6, extremo: *Quo tempore*, inquit, *sol in eamdem partem signiferi per eosdem numeros redit, per quos cursus sui principium coeperat: quem circuitum meatus dierum integrorum mille quadringentorum sexaginta unius ἀποκατάστασιν vocant studiosi rerum caelestium.* Hard.

LVIII. *Cardinibus.* Qui cardines anni vocentur, mox aperit. H.

Aut enim adventu. Aut adventu solis orientis, occultantur stellae, nec tam is occasus stellarum, quam occultatio dici debet. Aut eiusdem solis occidentis abscessu proferunt sese stellae omnes, immenso illo caeli tractu quem cernimus: atque is emersus potius quidam dici debet, quam exortus. Nihil dum Plinius hoc loco de ortu matutino vespertinoque stellarum, seu vero, seu heliaco, et apparente: quanquam ita visum viris alias eruditis. Quum nihil aliud velit auctor, quam quod lib. II, cap. 11, dixit, *affixas caelo stellas solis fulgore non cerni interdiu.* Neque in tota hac concertatione subtilitatem nimiam affert, quum, ut ipse praemonuit c. 56, res inter rusticos geratur, litterarumque expertes. Haan.

Alio modo. Hic alter modus ortus occasusque stellarum, bifariam dividitur. Ortus matutinus dicitur, quum apparere stella incipit, paulo ante solis ortum horizontem superans. Ortus vespertinus, quum occidente sole ab horizonte ortivo stella emergit. Occasus matutinus, quum stella infra occiduum horizontem conditur, sole exoriente. Occasus vespertinus,

cognominati, prout alterutri eorum mane vel crepusculo contingit. Dodrantes horarum quum minimum intervalla ea desiderant ante solis ortum, vel post occasum, ut aspici possint. Praeterea bis quaedam exoriuntur et occidunt: omnisque sermo de his est stellis, quas adhaerere caelo diximus.

LIX. Cardo temporum quadripartita anni distinctione constat, per incrementa lucis. Augetur haec a bruma, et aequatur noctibus verno aequinoctio diebus xc, horis tribus. Deinde superat noctes ad solstitium diebus xciii, horis duodecim, usque ad aequinoctium autumni. Et tum aequata die procedit ex eo ad brumam diebus lxxxix, horis tribus. Horae nunc in omni accessione aequinoctiales, non cuiuscumque

quum paulo post solis occasum, in eumdem occiduum horizontem, demergitur. H.

Dodrantes. Tres horae quadrantes. Harn.

Praeterea bis quaedam. Vt Arcturus maii idibus, iuniisque, occidit matutino, ut dicetur cap. 69. Aquila bis exoritur, ut dicemus cap. 69. Harn.

LIX. *Cardo temporum.* Cardinem vocat, unde anni quarta quaeque pars incipit: ver, aestas, etc. H.

Deinde superat. Ita libri omnes, etiam manu exarati: sed manifestissimo mendo locus hic tenetur. Desideratur enim intervalli circumscriptio, quod a solstitio aestivo ad autumnale pertinet. Legendum itaque: *diebus xciii, horis duodecim: et inde minuitur diebus xcii, horis duodecim, usque ad aequinoctium autumni.* Nam tria intervalla, quae in vulgatis libris exprimuntur, dies conficiunt 262, horas 18. Ea detracta de diebus 365 1/4, residuos faciunt dies 92, horas 12. Quare ex mente Plinii Iulius Caesar annua haec intervalla descripsit: Ab aequinoctio verno ad solstitium dies 93, horas 12. A solstitio ad aequinoctium autumnale d. 92, h. 12. A bruma ad vernum aequinoctium, d. 90, horas 3. Quod si aequinoctium vernum statuatur in xxv martii, ut Columella Pliniusque asseverant, additis diebus 93, calculus desinet in 25 iunii, 1/2. Ab eo die exclusive, ad aequinoctium autumnale, quod coniicietur in 26 septembris, dies 92, horae 12. A die 26 septb. ad brumam in 24 decembr. 1/2 dies 89, horae tres: ut inde exclusive ad vernum aequinoctium 25 martii 1/2, dies reliqui sint 90 2/4, minima aliqua diversitate neglecta. Ita fere Petav. Varr. diss. II, 5, pag. 81; et Riccioli Almag. t. I, lib. III, 135. H.

Aequinoctiales. Duodecim, in quas diem prisci Romani diviserunt, quod ut Gal. scribit lib. de peccatorum cuiusque cognitione, numerus ille sit commodissimus, quia dimidium con-

diei significantur; omnesque eae differentiae fiunt in octavis partibus signorum. Bruma Capricorni, a. d. VIII kalendas ianuarii fere: aequinoctium vernum, Arietis: solstitium, Cancri: alterumque aequinoctium, Librae: qui et ipsi dies raro non aliquos tempestatum significatus habent. Rursus hi cardines singulis etiam- 2
num articulis temporum dividuntur, per media omnes dierum spatia. Quoniam inter solstitium et aequinoctium autumni, Fidiculae occasus autumnum inchoat die XLVI. At ab aequinoctio eo ad brumam,

tineat, duplum, quartum, sextum, duodecimum, quae nullus alius, usque ad vigesimum quartum. Quamobrem in erciscunda haereditate, ponderibus et mensuris, potius quam alius quivis usurpatus est Magius, V, cap. 15. Dal. — *Aequinoctiales.* Graecis ἰσημερινάς vocant, horas inter se aequales, cuiusmodi sunt aequinoctiali die: quum hora quaelibet diurna cuilibet nocturnae per se est aequalis. Aliae praeterea sunt Inaequales dictae, et Temporales, quarum quaelibet duodecima pars est diei cuiusvis, noctisve, seu brevior illa, seu longior sit. Harum in Italia hodieque usus. Ex dierum noctiumque inaequalitate, bruma vel solstitio, die vel nocte, horarum huiuscemodi inaequalitas oritur. Harn.

In octavis partibus. Quum sol octavum signi cuiuspiam gradum perluatrat. Verum quum priscis illis scriptoribus visum est cardines annuos, non in signorum initiis, sed in octavis partibus statuere: non tam eos ad exacta solis aequinoctia, solstitiave, respexisse arbitror, quam uti populo servirent, cui accommodata magis ea ratio fuit, ad tempestatum significatus: quod non in ipso praecise signi rapite, sed aliquantum in eo spatio provectus vim suam efficientiamque monstraret. Audi Colum. IX, 14: *Nec me fallit Hipparchi ratio, quae docet solstitia et aequinoctia, non octavis, sed primis partibus signorum confici. Verum in hac ruris disciplina sequor nunc Eudoxi et Metonis, antiquorumque fastos Astrologorum, qui sunt aptati publicis sacrificiis: quia et notior ista vetus agricolis concepta opinio*, etc. Haad.

A. d. VIII. Hoc est, ante diem octavum kalend. Ita Sosigenes solis ingressum in Arietem, VIII kal. apr. seu XXV martii: in Capricornum, VIII kal. ian. seu XXV dec. et sic de aliis constituendum censuit: quod quamobrem ita censuerit, explicat eruditè Petavius, de Doctr. temp. IV, 27, p. 369. Verus tamen et ἀκριβὴς solis ingressus non in hos dies incidit. Hard.

Rursus hi cardines. Hae quatuor anni partes intervallis aliis et sectionibus singulae dividuntur. H.

Articulis temporum. Intervallis et sectionibus temporum. Varro a c. 27 ad 37 lib. I. Dalec.

Inchoat die XLVI. Ita MSS. Reg. Colb. aliique: sic quoque ratione calculi exposcente. Colum. IX, 2: *Pridie*

Vergiliarum matûtinus occasus hiemem die XLIV. Inter brumam et aequinoctium die XLV flatus Favonii vernum tempus. Ab aequinoctio verno initium aestatis die XLVIII Vergiliarum exortu matutino. Nos incipiemus a sementibus frumenti, hoc est, Vergiliarum occasu matutino. Nec deinde parvorum siderum mentione concidenda ratio est, et difficultas rerum augenda, quum sidus vehemens Orionis iisdem diebus longo decedat spatio.

LX. Sementibus tempora plerique praesumunt, et ab undecimo die autumnalis aequinoctii fruges serunt, adveniente Coronae exortu, continuis diebus certo

idus Augusti, Fidis occidit mane, et autumnus incipit. H.

Hiemem die XLIV. Ita MSS. ipseque Plinius II, 47, ubi et id tempus in III idus novembr. ait incidere. Etsi Colum. lib. XI, 2: *Sexto idus novembris, solis exortu, Vergiliae mane occidunt, significat tempestatem, hiemat. Quinto idus novembris, hiemis initium.* Harn. — *XLIV.* Gron. et al. *XLIII.* Ed. P.

Dies XLV flatus Favonii. Is dies sextus est ante februarias idus, ut dictum est lib. II, cap. 47. H.

Aestatis die XLVIII. Colum. XI, 2: *Septimo idus maias, aestatis initium.... Sexto idus, Vergiliae totae apparent.* De matutino exortu haec accipe. Consule etiam ea quae dicturi sumus c. 66. H. — *Exortu matutino.* Gron. et al. *exortus matutinus.* Ed. P.

Concidenda. Breviter expedienda. Hard.

Sidus vehemens Orionis. Musaeo, θρασὺς Ὠρίων, Homero σθένος Ὠρίωνος. Sic porro vocaverunt poëtae, quod Pleionem matrem Pleiadum eum persequi tradunt, ut vim afferat. De Vergilius vide lib. II, c. 41. Dal. — *Sidus vehemens.* De quo Maro, Aen. I, 539: *Quum subito assurgens fluctu nimbosus Orion.* Et Horat. Od. I, 28, ubi austrum pluvium comitem vocat occidentis Orionis: *Me quoque devexi rapidus comes Orionis, Illyricis Notus obruit undis.* Constat id sidus stellis amplius quingentis, telescopio deprehensis: quarum insignes sex eae sunt, quae in Orionis ense iam pridem adnotatae: aliaeque tres in cingulo, quas S. Iacobi baculum, vel Tres Reges agricolae vulgo vocant. De occasu illius dicetur cap. 74. Harn.

Longo decedat spatio. Decidat, non *decedat,* in antiquo exemplari, hoc est, occidat. Pint. — *Longo.* Longum caeli spatium decurrat, quum occidit. Hard.

LX. *Tempora plerique praesumunt.* Varro, lib. I, cap. 34; Colum. l. II, cap. 2. Dalec. — *Praesumunt.* Antevertunt. H.

Coronae exortu. Borealis scilicet, sive Gnossiae, Thesei, aut Ariadnae. Quo die oriatur dicemus cap. 74. Hunc exortum Coronae matutinum Virgilius intellexit, ac sementis ini-

prope imbrium promisso. Xenophon antequam Deus signum dederit. Hoc Cicero, novembris imbre fieri interpretatus est; quum sit vera ratio non prius se rendi, quam folia coeperint decidere. Hoc ipso Vergiliarum occasu fieri putant aliqui, a. d. III idus novembris, ut diximus: servantque id sidus etiam vestis institores, et est in caelo notatu facillimum. Ergo ex occasu eius de hieme augurantur, quibus est cura insidiandi negotiatoris avaritia. Nubilo occasu 2 pluviosam hiemem denuntiat; statimque augent lacernarum pretia: sereno asperam, et reliquarum vestium

tium esse voluit, Georg. I, 222: *Ante tibi Eoae Atlantides abscondantur, Cnosiaque ardentis decedat stella Coronae, Debita quam sulcis committas semina: quamque Invitae properes anni spem credere terrae.* Democritus tamen in Geop. II, 12, p. 50, circa Coronae occasum seri iubet, quia tunc imbres plurimi: Δημόκριτος δὲ ... περὶ τὴν τοῦ Στεφάνου δύσιν σπείρειν συμβουλεύει· τότε γὰρ οὐ μόνον ὄμβροι ἐκπέμπεσθαι πολλοὶ εἰώθασιν. κ. τ. λ. H.

Xenophon. Legitur in Oecon. pag. 860, de sementis tempore: Ἐπειδὰν γὰρ ὁ μετοπωρινὸς χρόνος ἔλθῃ, πάντες που οἱ ἄνθρωποι πρὸς τὸν θεὸν ἀποβλέπουσιν, ὁπότε βρέξας τὴν γῆν ἀφῇ αὐτοῦς σπείρειν. *Quum autumni tempus advenerit, homines omnes ad Deum respiciunt, quando, terra irrigata, seminandi potestatem eis facturus sit.* H.

Hoc Cicero. In MSS. Reg. 1 et 2, *Cicero NR.* At editiones omnes, Romana an. 1470, Parmensis, Veneta, aliaeque vetustissimae, *novembris imbre*, rectissime, ut suadet quod proxime sequitur, *a. d. III idus novembris.* H.

Vt diximus. Lib. II, 47, Vergiliarum ergo occasus in diem D. Martini festum incidit: qui dies solemnis πιθοιγιών, in quo dolia relinuntur, et potum vini recentis gustandum amici propinant. H.

Vestis institores. Mercatores. Apud Iuven. Sat. VII: *institor hibernae tegetis.* — *Servantque.* Hunc locum ex fide codicum Reg. et Colb. repraesentamus. Praepostera interpunctione perturbata omnia prius erant mirum in modum, quum sic legeretur: *Vergiliarum occasu fieri putant. Aliqui ad III idus novembris, ut diximus, servant: quoniam id sidus, etiam vestis institor est,* etc. Vbi sidus vestis institorem appellari Sipontinus existimavit, aliique post eum. Nugae meae. H.

Quibus est cura. Sincerius fortasse ac planius fuerit, *Quibus est cura insidiandi negotiatoribus, avaritia.* Adiectitiam illam esse Pintianus sensit *avaritiae* voculam: sic Plinius, c. 74, damnat saevitiam insidiantium caritati annonae. H.

Et reliquarum. Hoc est, et tum reliquarum vestium pretia augent, annonamque urunt. H.

accendunt. Sed ille indocilis caeli agricola, hoc signum habeat inter suos vepres, humumque suam aspiciens, quum folia viderit decidua. Sic indicatur anni temperies, alibi tardius, alibi maturius. Ita enim sentitur, ut caeli locique afficit natura; idque in hac ratione praecellit, quod eadem et in mundo publica est, et unicuique loco peculiaris. Miretur hoc, qui non meminerit ipso brumali die pulegium in carnariis florere: adeo nihil occultum esse natura voluit. Et serendi igitur hoc dedit signum. Haec est vera interpretatio, argumentum naturae secum afferens. Quippe sic terram peti suadet, promittitque quamdam stercoris vicem, et contra rigores terram flatusque operiri a se nuntiat, et monet festinare.

LXI. Varro in fabe utique satu hanc observationem, custodiri praecepit. Alii plena luna serendam. Lentem vero a vigesimo quinto ad trigesimum. Viciam quo-

Indocilis. Qui caeli signa nosse nequit. H.

In carnariis. Carnarium locus est, ubi salitae carnes domi reponuntur. Interim id observandum, quod in carnariis suspenso pulegio accidere Plinius ait, id in tectis pariter suspenso contingere ab eodem observatum iam antea, II, 41. — *Carnariis.* Placuit nonnullis, *coronariis* potius legi, quam *carnariis.* Frustra. In carnariis suspendi carnes mos antiquus fuit: quo more et suspendi pulegium nunc Plinius innuit. Colum. XII, 53: *A duodecima die ad lacum salsuram deferri oportebit, et salem prius excuti, deinde aqua dulci diligenter perlui, necubi sal inhaereat, et paululum assiccatam in carnario suspendi.* Varro de Re Rust. I, 54, de uvis pensilibus: *Alia*, inquit, *quae in piscinam in amphora picata descendat: alia quae imaram, ut in carnarium ascendat.* Corrigo, *quae in horreum, ut in carnariis ascendat.* H.

Argumentum. Signum a natura datum. Hard. — *Quippe sic terram peti suadet.* Quidam, *quippe sic terra se peti suadet promittitque*, etc. Ed. P.

Operiri. Foliis cadentibus. H.

LXI. *Varro in fabae.* Varro de Re Rust. I, 34: *Fabam optime seri in Vergiliarum occasu.* H.

Alii plena. Pallad. XII, in Nov. Iil. 1, pag. 161. H.

Viciam quoque. Colum. II, 11: *Viciae autem duae sationes sunt. Prima, quam pabuli causa circa aequinoctium autumnale serimus, septem modios eius in unum iugerum. Secunda, qua sex modios mense Ianuario, vel etiam serius iacimus semini progenerando.... Observandum erit, ne ante quintam et vigesimam lunam terrae mandetur.*

que iisdem lunae diebus: ita demum sine limacibus fore. Quidam pabuli causa sic seri iubent, seminis autem vere. Est et alia manifestior ratio; mirabiliore naturae providentia, in qua Ciceronis sententiam ipsius verbis subsignabimus:

Iam vero semper viridis, semperque gravata
Lentiscus, triplici solita est grandescere fetu:
Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi.

Ex his unum hoc erit, idem et lino ac papaveri se-

Aliter sotae fere limacem nocere comperimus. H.

Ciceronis sententiam, etc. Exstat nunc ea in Divin. lib. I, n. 15. H.

Iam vero semper viridis. Constant. in Geoponicis, lib. XI: Η δὲ σχῖνος τρεῖς καρπούς φέρει, καὶ εἰ μὲν ὁ πρῶτος καρπὸς καλὸς γένηται, τὸν πρῶτον σπορὸν καλῶς καρποφορεῖν σημαίνει, ὁμοίως δὲ ἐπὶ τῶν ἄλλων. Aratus: ... οὐδὲ μέλαιναι Σχῖνοι ἀπείρητοι.... Τριπλόα δὲ σχῖνος κυέει· τρισσαὶ δὲ αὔξαι Γίνονται καρποῖο, φέρει δέ τε σήμαθ' ἑκάστη. Ἐξείης ἀρότω, καὶ γὰρ ἀροτήσιον ὥρην Τριπλόα μείρονται μέσσην καὶ ἐπ' ἀμφότερ' ἄκρας. Idem et de scilla quam etiam ut lentiscum σχῖνον vocant, prodidit Theophr. Hist. lib. VII, cap. 12, quod et rursum confirmat Aratus his verbis: Ὅσσα δ' ἐπὶ σχίνου ἀροτὴρ ἐπιδρόσσατο καρπῷ, Τόσσα καὶ ἐν σκίλλης τεκμαίρεται ἄνθει λευκῷ. *Lentisci in fructu quod servat rusticus, albo In flore et scillae servandum existimat idem.* Dal.

Ter fruges. Ita libri omnes, etiam MSS. ipseque Tullius, apud quem carmen illud occurrit, de Divin. lib. I, n. 15. An vero nihilo minus, *ter flores*, sincerius videri possit, considerandum. Nam post eos versiculos subiicit Cicero statim: *Ne hoc quidem quaero, cur haec arbor una ter floreat, aut cur arandi maturitatem ad signum floris accommodet.* Tamen Geop auct. XI, 13: Η δὲ σχῖνος τρεῖς καρπούς φέρει, etc. post Aratum, quem Cicero transtulit: Τριπλόα δὲ σχῖνος κυέει, etc. H.

Lino, etc. De lino fusius Noster aget initio sequentis libri. Eo. P. — *Virgas ..... quae tibi usioni*, Hoc est, quae supererunt post tuum usum. In libris vulgatis hactenus legebatur, *quae tibi in satione superant.* MSS. Reg. 1, *Quae tibi cisioni.* Reg. 2, *quae tibi osioni.* Verum ex Catone ipso, qui eadem habet, *usioni* legi oportere, perspicuum est. Sic enim ille, de Re Rust. cap. XXXVIII, pag. 34: *Si ligna et virgas non poteris vendere, neque lapidem habebis, unde calcem coquas, de lignis carbones coquito: virgas et sarmenta, qui tibi usioni supererunt, in segete comburito: ubi eas combusseris, ibi papaver serito.* Vsionis autem voce usus est iterum idem Cato, cap. CXLV, ubi de lege oleae faciundae: *Si viride oleum fiet, facito accedat oleum et sal suae usioni, quod satis siet et vasa viminea.* Et rursum cap. CXLIX. Scaevola quoque apud Gellium, IV, 1, p. 271: *Quae longae usionis gratia contrahuntur et*

rendo. Cato de papavere ita tradit: Virgas et sarmenta, quae tibi usioni supererunt, in segete comburito. Vbi eas combusseris, ibi papaver serito silvestre, quod in miro usu est melle decoctum ad faucium remedia: visque somnifera etiam sativo. Et hactenus de hiberna semente.

LXII. (XXVI.) Verum ut pariter omnis culturae quoddam breviarium peragatur, eodem tempore convenit et arbores stercorare, accumulare item vineas: sufficit in iugerum opera: et ubi patietur loci ratio, arbusta ac vineas putare, seminariis solum bipalio praeparare, incilia aperire, aquam de agro pellere, torcular lavare et recondere. A kalendis novembris

reconduntur. Sic et abusionem, pro abusu dicimus. H.

Quod in miro usu. Q. Seren. Samonicus, c. Vvac, faucibus, etc. medendis: *Disce etiam miram ex humili medicamine curam: Actiaco melli iungas agreste papaver, Decoctumque simul mandes mansumque vorabis*. De vi papaveris somnifica dicetur inferius suo loco. H.

LXII. *Quoddam breviarium*. Quod Veteres summarium, Graeci epitomen, nunc vulgus compendium vocat. Huius vocis usus apud Suet. in Augusto, cap. CI, et in Galba, cap. XII. Seneca, ep. XXXIX, pag. 241: *Commentarios, quos desideras, diligenter ornatos, et in angustum coactos, ego vero componam. Sed vide ne plus profectura sit oratio ordinaria, quam haec quae nunc vulgo breviarium dicitur, olim quum latine loqueremur, summarium vocabatur*. HARD

Sufficit ... opera) Opera, pro diurno opere, seu labore diei unius accipi, tralatitium est. Sic Colum. II, 13: *Pro modo cuiusque agri quot operae designentur*. Et mox: *Legumina occupant opera LX, id est, menses duos*. Et paulo ante: *Segetes sarriuntur sesquiopera*. Et IX, 2, in Octobri: *Antiqui singulis operis singula iugera sarriri et occari volunt: quod an recte fieri possit, affirmare non ausim*. Galli dicunt: *par journées*. HARD.

Incilia. Incilia sunt principia fossarum, quibus e flumine, vel e lacu deduci aquae possint. Cato cap. CLV: *Per hiemem aquam de agro depellere oportet. Quum vero pluere incipiet, familiam cum ferreis sarculis exire oportet, et incilia aperire, aquam diducere in vias, et segetem curare oportet, uti fluat*. Elices et sulcos aquarios appellat Columella loc. cit. Incilia idem lib. V, 9: *Si olea in clivo sit, incilia excitentur, quae limosam aquam deducant*. H.

Lavare. Sic libri omnes tum publici, tum etiam conditivi, ante Dalecampium, quo auctore in libris deinceps editis *levare* legitur. Sed sane perperam. Nam Columella II, 11, quum huius ipsius intervalli rusticum opus delinit, *Opercula, cola, et caetera sine quibus probe confici*

gallinis ova supponere nolito, donec bruma conficiatur. In eum diem ternadena subiicito aestate tota, hieme pauciora, non tamen infra novena. Democritus talem futuram hiemem arbitratur, qualis fuerit brumae dies, et circa eum terni: item solstitio aestatem. Circa brumam plerisque bis septem, halcyonum fetura, ventorum quiete, mollius caelum: sed et in his et in aliis omnibus ex eventu significationum intelligi sidera debebunt, non ad dies utique praefinitos exspectari tempestatum vadimonia.

LXIII. Per brumam vitem ne colito. Vina tum defaecari, vel etiam diffundi Hyginus suadet, a confecta ea septimo die, utique si septima luna competat. Cerasa circa brumam seri. Bubus glandem tunc aspergi convenit in iuga singula modios. Largior valetudinem infestat, et quocumque tempore detur, si minus xxx diebus continuis data sit, narrant verna scabie poenitere. Materiei caedendae tempus hoc dedimus. Reli-

mustum non potest, diligenter lota marina et aqua salsa tum iubet esse: *Tarcularia vera et fora diligenter emundata, lotaque.* H.

In eum diem. Vide lib. X, cap. 74 et 75. H.

Bis septem. Diebus scilicet circa brumam. Id vero plerisque ita visum esse ait, nam aliis aliter. Colum. XI, 2, halcyaneas dies in extremum februarium reiiciente: *VIII kalendas maias*, inquit, *halcyanei dies vocantur: in Atlantica quidem mari summa tranquillitas notata est.* H.

LXIII. *Per brumam.* Varro de Re Rusi. I, 35: *Septimo intervallo inter Vergiliarum occasum, et brumam... vineas, arbustumque putare: dum in xv diebus ante et post brumam... ne facias.* Colum. lib. de Arbor. 5: *Per brumam vitem ne colito*, etc. H.

Vel etiam diffundi. Quid sit vina diffundi diximus lib. XIV, cap. 16. Hard.

A confecta ea. Post brumam confectam. H.

Cerasa. Varro de Re Rusi. I, 39: *Circiter solstitium inseri ficus solet: nec non brumalibus diebus cerasus.* H.

Bubus glandem. Cato cap. CIV: *Ubi sementem patraveris, glandem parari legique convenit, et in aquam coniici. Inde semodios singulis bubus in dies dari oportet*, etc. Colum. XI, 2 in Octobri: *Glandis quoque non inutile est singulis iugis modias singulas dare: nec tamen amplius, ne laborent: nec minus diebus xxx praebueris. Nam si paucioribus diebus detur, ut ait Hyginus, per ver scabiosi boves fiunt.* H.

Materiei caedendae tempus hoc de-

qua opera nocturna maxime vigilia constant, quum sint noctes tanto ampliores. Qualos, crates, fiscinas texere: faces incidere: ridicas praeparare interdiu XXX, palos LX. In lucubratione vespertina ridicas V, palos X, totidem antelucana.

LXIV. A bruma in Favonium Caesari nobilia sidera significant, tertio kalend. ianuarii matutino Canis occidens. Quo die Atticae et finitimis regionibus Aquila vesperi occidere traditur. Pridie nonas ianuarii Caesari Delphinus matutino exoritur, et postero die Fi-

dimus. Libro nempe XVI, cap. 74. HARD.

Qualos, crates. Colum. XI, 2 in Decemb. *Sed etiam longis noctibus ad diurnum tempus aliquid adiiciendum est. Nam multa sunt quae in lucubratione recte aguntur. Sive enim vineas possidemus, pali et ridicae possunt dolari, exacuique... sive palmae spartivae fecunda est, fiscinae, sportaeque, seu virgultorum corbes ex vimine*, etc. H.

Faces incidere. Virgilii hoc praeceptum est Georg. I, 291: *Et quidam seros hiberni ad luminis ignes Pervigilat, ferroque faces inspicat acuto.* H.

In lucubratione. Colum. XI, 2 in Febr. pag. 370: *Item ad lucubrationem vespertinam palos decem, vel ridicas quinque conficere: totidemque per antelucanam lucubrationem*, etc. HARD.

LXIV. *A bruma.* Concinnavit Kalendarium vetus Romanorum, notato ortu occasuque stellarum, ex hoc Plinii libro, e Columella, Ovidiique Fastis, Petavius noster in Vranologio pag. 102 seqq. H.

Caesari... significant. Ex sententia Caesaris, tempestatem, aut aliud quidpiam praesignificant. Frequens ea loquutio et familiaris Ptolemaeo lib. de Appar. Καίσαρι ἐπισημαίνει. Καλίππῳ ἐπισημαίνει, etc. Simplex, at celebris est vox apud Graecos ἐπισημασία, *praesignificatio*, seu simpliciter mavis, *significatio*: quod sidera nempe, prout orirentur, aut occiderent, *significarent*, tum tempestates, quibus arandum, metendum, simile quid agendum foret: tum dies, quibus speraretur, metuereturve pluvia, ventus, aut vis quaepiam in aëre. Notanda hic Columellae verba IX, 2, p. 369: *Siderum occasus tempestatem facit: interdum tantummodo significat.* H.

Tertio kalend. Colum. l. c. p. 388: *Tertio kalend. ianuarias Canicula vespere occidit, tempestatem significat. Quarto kalend. ianuar. Aquila vespere occidit: hiemat.* De ortu et occasu stellarum matutino aut vespertino abunde egimus cap. 58. H.

Delphinus. Ovidio, Fast. I, 457, VI idus oritur matutino. H.

Et postero die. Nempe nonis. Ita Colúmel. *Nonis ianuariis Fidis exoritur mane: tempestas varia.* Ovidius quoque Fastorum I, 315: *Institerint Nonae: missi tibi nubibus atris*

dicula, quo Aegypto Sagitta vesperi occidit. Item ad VI idus ianuarii eiusdem Delphini vespertino occasu continui dies hiemant Italiae, et quum sol in Aquarium sentitur transire, quod fere XVI kalendas februarii evenit: VIII kalendas stella regia appellata Tuberoni in pectore Leonis occidit matutino. Et pridie nonas februarias Fidicula vesperi. Huius temporis novissimis 2
diebus, ubicumque patietur caeli ratio, terram ad rosarum et vineae satum vertere bipalio oportet. Iugero operae LX sufficiunt. Fossas purgare, aut novas facere. Antelucanis ferramenta acuere, manubria aptare, dolia quassa sarcire, ipsorumque laminas scabendo purgare, aut novas facere.

LXV. A Favonio in aequinoctium vernum Caesari 1
significat, XIV kalendas martii triduum varie. Et VIII kalendas hirundinis visu, et postero die Arcturi exortu

Signa dabunt imbres exoriente Lyra. Hard.

Quod fere XVI. Columel. I. cit. *XVII kal. ian. sol in Aquarium transit: Leo mane incipit occidere XVI: kal. hiemat.* Plinio concinit Ovid. Fast. I, 654. H.

Stella regia. Quae et Cor Leonis a situ vocatur, et βασιλίσκος, seu regulus: quod quibus ea in ortu praeest, ii regiam habere nativitatem videantur, inquit Gemin. Elem. Astron. cap. II, pag. 12. Colum. XI, 2 in ian. *VI kal. ian. Leonis quae est in pectore clara stella occidit: nonnumquam significatur hiems bipartita.* Ovidio, ut videtur, Fast. I, 655, VIII quoque kal. ianuarii ea stella occidit. H.

Et pridie nonas. Columell. *Tertio nonas.* H.

Huius temporis. Colum. XI, 2 in Febr. pag. 371, 372. H.

Antelucanis. Colum. I. c. in decembri. H.

Ipsorumque laminas. MSS. omnes, *lanas.* Vt ut est, tabulas, asseresque intelligit, quibus dolia compinguntur. H.

LXV. *In aequinoctium.* Varro lib. I, cap. 29. Dal.

Triduum varie. Per triduum varia tempestas. — *XIV kalend.* Prius legebatur *XVII kalendas.* At sedecim omnino kalendas sunt martiae, etiam quum intercalatur annus: nam tum *bis sexto kalendas* dicitur. Hard.

Et VIII kalendas. Subintellige, varia tempestas est, quo die hirundo conspicitur: et postero, quo Arcturus vespertino exoritur. Colum. l. c. *VII kalendas martias, ventosa tempestas: hirundo conspicitur.* Ex quo hic forte, *Et VII kalendas* scribendum, ut dixi II, 47: *Et prius, IX kalend.*

vespertino. Item tertio nonas martii Caesar Cancri exortu id fieri observavit. Maior pars auctorum Vindemitoris emersu, VIII idus Aquilonii piscis exortu, et postero die Orionis. In Attica Milvum apparere observatur. Caesar et idus martias ferales sibi annotavit Scorpionis occasu: XV vero halendas aprilis Italiae Milvum ostendi: duodecimo kalendas Equum occidere matutino.

2 Hoc intervallum temporis vegetissimum agricolis,

mart. Arcturus prima nocte oritur: frigidus dies Aquilone vel Coro interdum pluvia. Arcturum biduo posterius oriri Plinius facit. H.

Hirundinis visu. Ab hirundinis visu et Chelidonism, et Ornithiam olim Favonium vocaverunt. Supra lib. II, cap. 47. Dal.

Cancri exortu id fieri. Variam tempestatem, nunc Africo flante, nunc Austro, nunc ventis septemtrionalibus, nunc Favonio. Colum. Dal. — *Id fieri observavit.* Nempe varium incertumque tempus. Et Colum. l. c. pag. 373: *IV nonas martii Favonius, interdum Auster hiemat.* Haro.

Vindemitoris. Ita MSS. Ovidius quoque, Fast. III, 407, *At non effugiet Vindemitor*, quem oriri is ait tertio nonas martias. Colum. sexto l. c. *VI nonas martii, Vindemiator apparet, quem Graeci τρυγητῆρα dicunt. Septemtrionales venti.* Emersum porro intellige matutinum. H.

VIII idus. Subintellige, ut prius, varia tempestas. Columel. l. c. *III idus martii, Piscis Aquilonius desinit oriri. Septemtrionales venti.* De exortu matutino haec accipe. H.

Orionis. Sidus id Plautus in Amphitruone *Iugulam* vocat, quod, ut ait Festus, caeteris sit amplior nucis inglandis magnitudine. Locus Plauti citatur lib. II, cap. 8. Dal.

Idus martias ferales. De idibus martiis, quo die Caesar in senatu dicitur interfectus, vide Plutarch. in Caesare p. 737. Celebratum eo die Caesaris funus fuisse, Plinius eo verbo indicat. At non eo pertinere nummum inscriptum BRVT. IMP. *Brutus Imperator*, cum vultu Bruti priuris: et altera parte, EID. MAR. cum pileo inter pugiones duos; iamdudum monuimus. H.

Scorpionis occasu. Nempe vespertino. Colum. l. c. *Idibus martii: Nepa incipit occidere: significat tempestatem.* Nepa, Scorpio est. H.

Milvum ostendi. Oriri matutino Milvum, alii Cycnum et Olorem: Milvium Naso vocat, unoque die ortum eius stellae anticipat: assignat enim decimo sexto kalendas aprilis, Fastor. III, 793: *Stella Lycaoniam vergit declivis ad Arcton Milvius: haec illa nocte videnda venit. Quid dederit volucri, si vis cognoscere, caelum*, etc. H.

Equum occidere. Colum. l. c. pag. 374: *XII kalendas aprilis, Equus occidit mane.* H.

Vegetissimum agricolis. Opportunissimum, tempestivissimum ad

maximeque operosum est, in quo praecipue falluntur. Neque enim eo die vocantur ad munia, quo Favonius flare debeat, sed quo coeperit. Hoc acri intentione servandum est. Hoc illo mense signum Deus habet, observatione minime fallaci aut dubia, si quis attendat. Vnde autem spiret is ventus, quaque parte veniat, diximus secundo volumine, et dicemus mox paulo operosius. Interim ab eo die (quisquis ille fuerit) 3 quo flare coeperit non utique VI idus februarii, sed sive ante, quando praevernat, sive post, quando hiemat: post eam diem, inquam, innumera rusticos cura distringat, et prima quaeque peragantur, quae differri nequeunt. Trimestria serantur. Vites putentur, qua diximus ratione. Oleae curentur. Poma serantur inseranturque. Vineae pastinentur. Semina digerantur, instaurentur alia. Arundines, salices, genistae serantur, caedanturque. Serantur vero ulmi, populi, platani, uti dictum est. Tum et segetes convenit purgare,

obeunda ruris opera, ὡραιότατον. Dalec.

Diximus. Lib. II, 46, 47. H.

Non utique sexto idus februarii. Legendum videtur VII *idus*, non *VI*, ex M. Varrone lib. I, cap. 23, et Columella lib. II, cap. 2, quorum traditionem videtur refellere. Pint.

Sed sive ante quando praevernat, sive post hiemem. Quando praevernat, id est, quando praemature ver incipit. *Quando hiemat*, hoc est, quando hiems nondum desaevit. In priore verbo elegans est compositio: posterius ex graeco χειμάζειν translatum est. Gelen.

Trimestria. Haec huius intervalli opera, quae verna dicuntur, eadem Varro praecipit de Re Rust. lib. I, cap. 29 et 30; Columella lib. XI, cap. 2 in Febr. et Pallad. in Febr. tit. 3. Haro.

Qua diximus. Lib. XVII, cap. 35. Haro.

Serantur vero ulmi, populi, platani, uti dictum est. Lego *fraxini*, non *platani*, tum quia superius lib. XVII, cap. 11, de populo, ulmo, fraxino disseruit; quem locum videtur hic demonstrare, quum dicit *Vti dictum est*, tum quia paulo evidenter desumptum ex Columella hunc locum lib. II, cap. 2: *Populos*, inquit, *et salices et fraxinos priusquam frondescant, plantasque ulmorum tunc ponere utile.* Porro verbum *vero* superfluit ex codice antiquo. Pint. — *Vti dictum est.* Lib. XVII, cap. 15, et de ulmis ibi, populis, fraxinisque actum est, non de platanis: sed

sarrire hibernas fruges, maximeque far. Lex certa in eo, quum quatuor fibrarum esse coeperit. Faba vero non antequam trium foliorum. Tunc quoque levi sarculo purgare verius, quam fodere. Florentem utique xv primis diebus non attingere. Hordeum nisi siccum ne sarrito. Putationem aequinoctio peractam habeto. Vineae iugerum quaternae operae putant alligantque: in arbusto singulae operae arbores xv. Eodem hoc tempore hortorum rosariorumque cura est, quae separatim proximis voluminibus dicetur: eodem et to-

et harum par ratio est: quum seminaria omne genus ut serantur hoc temporis intervallo, Varro praecipiat l. c. H.

Lex certa in eo. In sarriendo farre. Columella lib. II, cap. 12: *Triticum et adoreum, quum quatuor fibras habere coeperint, hordeum quum quinque: faba et caetera legumina, quum quatuor digitis a terra exstiterint, recte sarrientur.* Palladius lib. II in Ianuar. tit. 9: *Triticum et far sarritur quatuor foliorum: hordeum quinque*, etc. H.

Quum quatuor. Quum quatuor fibras radix habere coeperit. H.

Faba vero non antequam trium foliorum. Scribo, *faba vero non antequam quatuor digitorum*, ex Columella lib. II, cap. 2, his verbis: *Sed et faba eamdem curam exigit, si iam coliculus eius in quatuor digitos altitudinis creverit.* Pint.

Tunc quoque. Haec vero non ad fabam tantum, verum ad omnia quae sarriuntur, refert Columella lib. II, cap. 12, sicut et de florentibus non attingendis. *Curandum*, inquit, *ne florentem segetem tangamus: sed aut antea, aut mox quum deflorucrit.* H.

Hordeum. Columella loc. cit. Locum hunc ope codicum Reg. et Colb. sanavimus, in quibus *sarito* legitur, adstipulante Columella II, 12: *At aliae segetes, quae vel humidae moveri possunt, melius tamen siccae sarriuntur, quoniam sic tractatae non infestantur rubigine: hordeum vero nisi siccissimum tangi non debet.* Palladio quoque II in Ian. tit. 9: *Hoc mense serentis et siccis diebus, dum gelicidium non est, sunt sarculanda frumenta... si siccas segetes sarculaveris, aliquid contra rubiginem praestitisti: maxime si hordeum siccum sarrietur.* Prius legebatur, *ne serito.* At de sarritione et purgatione hibernarum segetum hic sermo est, non de satione. H.

Putationem. Columella lib. XI, cap. 12: *A kalendis martiis eximia est vitium putatio, usque in decimum kalendarum aprilium, si tamen se gemmae nondum moveant.* H.

Vineae iugerum. Columella lib. de Arbor. cap. 5: *Iugerum valentis et iam constitutae vineae quatuor operis putatur, sex alligatur. Arbusto nihil eiusmodi potest apte finiri*, etc. H.

Hortorum, etc. Columella loco cit. *Rosarium serotinum perfossum et cul-*

piariorum. Tunc optime scrobes fiunt. Terra in futurum proscinditur, Virgilio maxime auctore, ut glebas sol coquat. Vtilior sententia, quae non nisi temperatum solum in medio vere arari iubet: quoniam in pingui statim sulcos occupant herbae, gracili insequuti aestus exsiccant: tum namque succum venturis seminibus auferunt. Talia autumno melius arari certum est.

Cato verna opera sic definit: Scrobes fieri, semina- 6
ria propagari: in locis crassis et humidis ulmos, ficos, poma, oleas seri: prata stercorari luna sitiente: quae rigua non erunt: ab afflatu Favonii defendi, purgari,

tum habere tempus iam est. Et paulo ante: *His diebus commode instruuntur horti*, etc. H.

Virgilio. Georg. I, vers. 63: *Ergo age, terrae Pingue solum, primus extemplo a mensibus anni Fortes invertant tauri, glebasque iacentes Pulverulenta coquat maturis solibus aestas.* Primos anni menses appellat, quod paulo antea ver novum dixerat. H.

In medio vere. Anni tempore iamiam incalescente, inquit Colum. lib. II, cap. 4. H.

Quoniam in pingui. Quae duo geminio versu complexus est eleganter Virgilius Georg. I. vers. 69: *Illic, officiant laetis ne frugibus herbae: Hic, sterilem exiguus ne deserat humor arenam.* H.

Cato verna. De Re Rust. XL: *Per ver haec fieri oportet. Sulcos et scrobes fieri seminariis: vitiariis locum verti. In locis crassis et humectis ulmos, ficos, poma, oleas seri oportet*, etc. HARD.

Scrobes fieri, seminaria propagari, etc. Vitiatissimus locus, et omissis non paucis verbis mutilatus. Monstrat hoc Cato ipse cap. XL: *Per ver*, inquit, *haec fieri oportet: sulcos et scrobes fieri: seminariis vitiariisque locum verti, vites purgari: in locis crassis et humectis ulmos, ficos, poma, oleas seri oportet.* Ex quibus verbis liquet paulo infra post verbum *oleas* addendam esse vocem *seri*. PINT. — *Oleas seri: prata*, etc. Sic ex MSS. emend. Hard. *oleas, prata stercorari* Gron. et Al. ED. P.

Luna sitiente. Cato, cap. I, *luna silente*, ut puto, mendose. De priore voce diximus lib. XVII, cap. 8. Posteriorem Plinius ipse interpretatur, lib. XVI, cap. 74. Catonis verba haec sunt, quae institutam a nobis huius loci interpunctionem defendunt: *Prata primo vere stercorato, luna silenti, quae irrigua non erunt. Vbi Favonius flare coeperit, tum prata defendes: depurgato, herbasque malas omnes radicitus effodito... Ficos interputato, et in vinea ficus succidito alte... Seminarium facito, et vetera resarcito. Hoc facito antequam vineam defodere incipias.* H.

herbas malas radicitus erui, ficus interpurgari, seminaria fieri, et vetera sarciri. Haec antequam vinea florere incipiat: itemque piro florente arare incipiat macra arenosaque. Postea uti quaeque gravissima et
7 aquosissima: ita postremo arato. Ergo haec aratio has habebit notas, lentisci primum fructum ostendentis, ac piri florentis. Erit et tertia in bulborum satu, scillae. Item in coronamentorum, narcissi: namque et haec ter florent, primoque flore primam arationem ostendunt, medio secundam, tertio novissimam, quando inter sese alia aliis notas praebent. Ac non in novissimis cavetur, ne fabis florentibus attingatur edera: id enim noxium et exitiale ei est tempus. Quaedam vero et suas habent notas, sicuti ficus. Quum folia pauca in cacumine acetabuli modo germinent, tunc maxime serendas ficus.

Ficus interpurgari. Scribe, *interputari.* Cato, cap. L, *ficos interputato.* Eodem verbo usus est Varro lib. I, cap. 30: *Oleam seri interputarique oportet.* Pist.

Itemque piro. Cato cap. CXXXI: *Dapem pro bubus piro florente facito. Postea verno arare incipito: ea loca primum arata, quae rudecta arenosaque erunt: postea uti quaeque gravissima atque aquosissima erunt, ita postremo arato.* H.

Postea utique gravissima et aquosissima; ita postremo aroto. Scribo, *uti quaeque*, non *utique*, et *crassissima*, non *gravissima.* Cato eodem cap. L: *Verno arare incipito et loca primum arato quae siccissima erunt: et quae crassissima et aquosissima erunt, ea postremum arato, dum ne prius obdurescant.* H. *Postea uti quaeque.* Sic ex MSS. emend. Hard. *postea utique* Gron. et al. Ed. P.

Lentisci. Vt dictum est c. 61. H.

Scillae. Subintellige, florentis. Nam uti lentiscum, sic etiam ter florere scillam Arato prodidit, in Διοσημεῖα: Ὅσσα δ' ἐπὶ σχίνου ἀροτήρ ἐπιδράσσατο καρπῷ, Τόσσα καὶ ἐν σκίλλης τεκμαίρεται ἄνθει λευκῷ. De narcisso prodit idem Theophrastus Hist. lib. VII, cap. 12, ut quidem videtur. Hard.

Haec ter florent. Lentiscum et narcissum ter florere, nec verum est, nec aliquis scribit. Lentiscum autem constat, trino veluti conatu, quem concepit, fructum maturare et perficere. Id quod ostendit arandi tria tempora. Dal.

Acetabuli modo germinent. Quum frondes e gemma coeperint aperire sese, et explicare: ac calicularum similitudinem quamdam prae se ferre. Hard.

LXVI. Aequinoctium vernum a. d. VIII kalendas 1
aprilis peragi videtur. Ab eo ad Vergiliarum exortum matutinum, Caesari significant kalendae aprilis III, nonas aprilis in Attica Vergiliae vespere occultantur. Eaedem postridie in Boeotia: Caesari autem et Chaldaeis nonis: Aegypto Orion et gladius eius incipiunt abscondi. Caesari sexto idus significatur imber Librae occasu: XIV kalendas maii Aegypto Suculae occidunt vesperi, sidus vehemens, et terra marique turbidum: decimo sexto Atticae: XV Caesari, continuoque triduo significat. Assyriae autem XII kalendas. Hoc est vulgo 2
appellatum sidus Parilicium, quoniam XI kalend. maii urbis Romae natalis, quo fere serenitas redditur, claritatem observationi dedit: nimborum argumento Hyadas appellantibus Graecis has stellas. Quod nostri

LXVI. *Caesari significant.* Tempestatem. Scripserit in kalendario suo Caesar, *kalendis aprilis: Tempestas.* HARD.

Et Chaldaeis nonis. Postridie Columellae lib. IX, cap. 2: *Octavo idus aprilis, Vergiliae vespere celantur.* HARD.

Caesari sexto idus. Biduo post Columellae loco citato. *Quarto idus aprilis, sole oriente Libra occidere incipit: interdum tempestatem significat.* HARD.

XIV kalend. maii. Sic etiam Columella loco citato. *XIV kalendas maias, Suculae se vesperi celant: pluviam significat.* HARD.

Parilicium. Gronov. et Alii, *palilicium.* Eo.P. — *Palilicium.* A Paliliciis feriis, quibus pastores Pali pabuli deae sacrificabant, ut pecudes a morbis ea tueretur. DALEC. — *Parilicium.* Ita MSS. non *Palilicium.* Quoniam quum sit natura pluvium sidus, tamen XI kalend. maii quo Romae Parilia, Vrbisque natales, celebrantur, serenitatem adducere solebat: eiusque idcirco observatio insignis fuit. *Parilia* melius scribi quam *Palilia*, tum MSS. omnes monent, tum fusius ipsi docebimus lib. XIX, cap. 24. H.

Hyadas. Hesiodo νύμφαι ἃς ὑάδας καλέουσι φύλ' ἀνθρώπων, sunt quinque Phaesole, Coronis, Cleia, Phaea, Eudora, Atlantis filiae. Proclo vero Diadochio septem et diversis nominibus: Stelaeno, Sterope, Merope, Electra, Alcyone, Naea, Taygeta. Vide Rhodiginum, lib XVI, cap. 16, et supra lib. II, c. 39. *Hydas* dictas putat Rhodig. lib. XXIX, cap. 6, a forma Y, cuius imagine tauri frontem delineant. Vide lib. II, cap. 8. DALEC.

Quod nostri. Cuiusdam Tullii Tironis in Pandectis verba Gellius recitat, lib. XIII, cap. 9, pag. 567: *Adeo*, inquit, *veteres Romani litteras graecas nesciverunt, et rudes graecae*

a similitudine cognominis graeci propter sues impositum arbitrantes, imperitia appellavere Suculas. Caesari a. d. VIII kalendas notatur dies: VII kalendas Aegypto Hoedi exoriuntur: VI kalendas Boeotiae et Atticae Canis vesperi occultatur, Fidicula mane oritur: V kalendas Assyriae Orion totus absconditur, tertio autem Canis: VI nonas maii Caesari Suculae matutino exoriuntur, et VIII idus Capella pluvialis. Aegypto autem eodem die Canis vesperi occultatur. Sic fere in VI idus maii, qui est Vergiliarum exortus, decurrunt sidera.

3 In hoc temporis intervallo, XV diebus primis agricolae rapienda sunt ea, quibus peragendis ante aequinoctium non suffecerit, dum sciat inde natam expro-

linguae fuerunt, ut stellas, quae in capite Tauri sunt, propterea Suculas appellarint, quod eas Graeci ὑάδας vocant: tamquam id verbum latinum graeci verbi interpretamentum sit: quia graece ὗς sues latine dicantur: sed ὑάδες οὐκ ἀπὸ τῶν ὑῶν, ita ut nostri opici putaverunt, sed ab eo quod est ὕειν appellantur: nam et quum oriuntur, et quum occidunt, tempestates, pluvias, largosque imbres cient. Pluere autem et graeca lingua ὕειν dicitur. Ita ille: quem quum Gellius reprehendere conatur, nihil nisi nugas afferl. H.

Notatur dies. Tempestatem eo die significat. HARD.

Fidicula mane. In novum kalendas Fidiculae ortum coniicit Columell. loco cit. HARD.

Tertio autem. Postero die Colum. loco cit. *Pridie kalendas maias, Canis se vespere celat: tempestatem significat.* HARD.

VI nonas maii. Et Colum. loc. cit. *VI nonas maias Sucula cum sole exoritur.* HARD.

Et VIII idus Capella pluvialis. Ipsis maii kalendis oriri Ovidius censel, Fast. V, vs. 111: *Ab Iove surgat opus: prima mihi nocte videnda Stella est in eunus officiosa Iovis. Nascitur Oleniae signum pluviale Capellae: Illa dati caelum praemia laetis habet.* HARD.

Vergiliarum exortus. Nempe matutinus. Columella, loc. cit. *Nonis maii Vergiliae exoriuntur mane... VI idus, Vergiliae totae apparent.* Ovidius, Fast. lib. V, vs. 599: *Pleiadas aspicies omnes, totumque sororum Agmen ubi ante idus nox erit una super. Tum mihi non dubiis auctoribus incipit aestas: Et tepidi finem tempora veris habent.* HARD.

In hoc temporis. Columella loc. cit. HARD.

Dum sciat inde natam. Probro nimirum solebat obiici vindemiatoribus, si cuculus eos deprehendisset putantes vineam: et a vialoribus cuculi vocabantur per imitationem cantus huius avis. Horat. lib. I, sat, VII vs. 28: *Tum Praenestinus salso mul-*

bationem foedam, putantium vites, per imitationem cantus alitis temporarii, quem cuculum vocant. Dedecus enim habetur, opprobriumque meritum, falcem ab illa volucre in vite deprehendi, ut ob id petulantiae sales etiam cum primo vere ludantur. Auspicio tamen detestabiles videntur. Adeo minima quaeque in 4 agro naturalibus trahuntur argumentis. Extremo autem hoc tempore panici miliique satio est. Iustum est hoc seri maturato hordeo; atque etiam in eodem arvo est signum illius maturitati, et horum rationi commune, lucentes vespere per arva cicindelae. Ita appellant rustici stellantes volatus, Graeci vero lampyridas, incredibili benignitate naturae.

tumque fluenti Expressa arbusto regerit convicia, durus Vindemiator et invictus, cui saepe viator Cessisset, magna compellans voce cuculum. Vbi Porphyrio: *Solent*, inquit, *rustici circa viam arbusta vindemiantes, a viatoribus cuculi appellari: quum illi provocati tantam verborum amaritudinem in eos effundunt, ut viatores illis cedant, contenti eos cuculos iterum atque iterum appellare.* Deridebatur itaque viator, et appellabatur avis pigra, ac nidi sui immemor. H.

Alitis temporarii. Est enim cuculus, *le coucou*, avis aestiva. Vide quae dicta sunt lib. X, c. 14. H.

Dedecus enim habetur. Hoc sumptum est e dicacibus praetereuntium viatorum conviciis, quibus vinitores tanquam serius vitem colentes lacessunt in probrum ignaviae et desidis otii. Ausonius in Mosella: ...*inde viator Riparum subiecta petens, huic navita labens Probra canunt seris cultoribus.* Turneb. Adv. lib. XI, cap. 7. Dalec.

Petulantiae. Suadet pudor, ut multo malim ex alio te, optime lector, quam ex me discere, quos petulantiae sales appellet. Itaque, si ita lubet, Erasmum adi, Chil. 4, cent. 5, Ad. 84, *cuculus*, p. 869. H.

Primo vere ludantur. Id est, ineunte, novo Virgil. πρώτου καὶ νέου ἔαρος: ut medio, vel adulto, ἀκμάζοντος, μεσοῦντος; provecto, senescente, extremo, prono, praecipiti, παυομένου, λήγοντος, ἀπιόντος, φθίνοντος. Summam hiemem, mediam brumam Cicero dixit pro lege Manilia. Hadrian. Iunius lib. I, cap. 19. Dalec.

Extremo autem. Confer ista cum iis quae habet Columella lib. II, cap. 9, fere sub finem, de milii ac panici satione. Haan.

Atque etiam in eodem arvo est, etc. Gron. et al. *atque etiam in eodem arvo. Estque s. i. maturitatis.* Ed. P.

Cicindelae. De his lib. XI, cap. 34. *Stellantes volatus* lepide appellat lucida stellularum instar animalcula, quae subsiliant, ac volitent. H.

1 LXVII. (XXVII.) Iam Vergilias in caelo notabiles caterva fecerat: non tamen his contenta, terrestres fecit alias, veluti vociferans: Cur caelum intuearis agricola? cur sidera quaeras rustice? iam te breviore somno fessum premunt noctes. Ecce tibi inter herbas tuas spargo peculiares stellas, easque vespere et ab opere disiungenti ostendo: ac ne possis praeterire, miraculo sollicito. Videsne ut fulgor igni similis alarum compressu tegatur, secumque lucem habeat et nocte? Dedi tibi herbas horarum indices: et ut ne sole quidem oculos tuos a terra avoces, heliotropium ac 2 lupinum circumaguntur cum illo. Cur etiam nunc altius spectas, ipsumque caelum scrutaris? Habes ante pedes tuos ecce Vergilias. In certis eae diebus proveniunt, durantque foedere sideris huiusce: partumque eas illius esse certum est. Proinde quisquis aestivos fructus ante illas severit, ipse frustrabitur sese. Hoc intervallo et apicula procedens fabam florere indicat: fabaque florescens eam evocat. Dabitur et aliud finiti frigoris indicium. Quum germinare videris morum, iniuriam postea frigoris timere nolito.

LXVII. *Iam Vergilias.* In Galliis vulgus appellat, *la Poussinière.* H.

Peculiares stellas. Nimirum cicindelas. HARD.

Ab opere disiungenti. Quum vesperi cessas ab opere rustico. H.

Sollicito. Hoc te *praetereuntem fulgore* sollicito ac moneo. H.

Ne sole. Ne solis quidem causa. Ne vel propter solem caelum aspicias. HARD.

Ecce Vergilias. Cicindelas, quae quum Vergiliarum tempore oriantur, instar earum esse possint.

Foedere. Quasi icto foedere cum Vergiliis. HARD.

Quum germinare videris, etc. Theophrast. Caus. lib. I, cap. 21. DALEC. — *Quum germinare.* Ideo sapientissima arborum dicta morus, quod nisi exacto frigore non germinat, ut dictum est lib. XVI, cap. 41. Passeratius in eam rem carmine singulari de moro: *Sit pudor insanis, Morus sapit, illa doloso nil temere credit Zephyro: nam veris adulti Iam certum exspectans solem, non germinat ante, Frigoris infesti quam cuncta recesserit aura: Tum floretque viretque simul: longaeque rependit Damna morae: atque una totam se nocte profundit.* Et mox: *Insidias caeli ne tunc*

Ergo opera, taleas olivarum ponere, ipsasque oleas 3
interradere, rigare prata, aequinoctii diebus primis. Quum herba creverit in festucam, arcere aquas: vineas pampinare. Et huic lex sua, quum pampini quatuor digitos longitudine expleverint. Pampinat una opera iugerum. Segetes iterare. Sarritur vero diebus viginti. Ab aequinoctio sartura nocere et vineae et segeti aestimatur. Et oves lavandi hoc idem tempus est.

A Vergiliarum exortu significant Caesari, postridie 4
Arcturi occasus matutinus; tertio idus maii Fidiculae exortus: XII kalendas iunii Capella vesperi occidens, et in Attica Canis. XI kalendas Caesari Orionis gladius occidere incipit: tertio nonas iunii Caesaris et Assyriac Aquila vesperi oritur: octavo idus Arcturus matutino occidit, Italiae sexto: et quarto idus Delphinus vesperi exoritur: decimo septimo kalendas iulii gladius Orionis oritur, quod Aegypto post quatriduum. Vndecimo kalendas, eiusdem Orionis gladius Caesari

vereare sereni Amplius, et vasto quae caecà pericula ponta: Vt bene subductam deducas navita pinum, Sint tibi Vergiliae, videas quum germina mori. Hard.

Ergo opera. Varro lib. I, cap. 30 et 31; Cato, cap. XL; Colum. lib. II, cap. 2. Dalec.

Interradere. Sive ut Cato loquitur cap. CL, *interputare*. Egimus de hac voce lib. XV, cap. 2. Columella lib. XI, cap. 2, *Oleae putantur et emuscantur.* Palladius in maio, tit. 4: *Nunc locis praegelidis et pluviosis oleae putantur, et eis muscus abraditur.* H. — *Interradere.* De hac voce vide quid diximus post Cl. Gerardum in Exc. II de oleae cultura, ad finem lib. XV, t. V, p. 172 sq. Ed. P.

Et huic lex sua. Columella lib. de Arborib. cap. 5: *Vineam novellum omnes gemmas agere sinito: simul atque pampinus instar quatuor digitorum erit, tum demum pampinato,* etc. Hard.

Segetes iterare. Iterato sarrire. Vide Colum. lib. II, cap. 12. H.

Et oves lavandi. Columella lib. XI, cap. 2, in Aprili: *Oves Tarentinae radice lanaria lavari debent, ut tonsuras praeparentur.* H.

Postridie Arcturi. Hoc est, v idus maias, occidit matutino Arcturus. Et his occasus tempestatem significat. Nam VI idus Vergiliae oriuntur. H. — Sic ex MSS. emend. Hard. *Arct. occ. matutini* Gron. et al.

Tertio idus. Columella, loc. cit. *Tertio idus maias, fidis oritur, significat tempestatem.* H.

Octavo idus Arct. Colum. l. c.

occidere incipit: VIII kalendas iulii vero longissima dies totius anni, et nox brevissima solstitium conficiunt.

5 In hoc temporis intervallo vineae pampinantur: curaturque ut vinea vetus semel fossa sit, bis novella. Oves tondentur: lupinum stercorandi causa vertitur: terra proscinditur: vicia in pabulum secatur: faba metitur, dein concutitur. (XXVIII.) Prata circa kalendas iunii caeduntur, quorum facillima agricolis cura ac minimi impendii, haec de se postulat dici. Relinqui debent in laeto solo vel humido, vel riguo, eaque aqua pluvia rigari via publica. Vtilissimum simul et herbae arare, deinde cratire, serere florem ex fenilibus, atque ex praesepibus feno dilapsum spargere, prius quam cratiantur. Nec primo anno rigari, nec pasci ante secunda fenisecia, ne herbae vellantur,

Faba metitur, deinde concutitur. Legendum ex scripto codice, *cuditur*, non *concutitur*, adstipulante etiam Comici proverbio, *In me haec cudetur faba.* PINT. — *Dein concutitur.* Ita libri omnes, etiam MSS. quos videre licuit: frustra emendando Pintiano, *dein cuditur*, nec merito in eam sententiam illud Comici trahente, *In me haec cudetur faba.* Nam Palladius haec ipsa huius intervalli opera describens lib. VII in Iunio, tit. 3, pag. 123: *Colligemus viciam*, inquit, *fenum graecum resecabimus ad pabulum. Nunc et faba luna minuente velletur. Ante lucem sane, et ante quam luna procedat, excussa et refrigerata ponatur. Ita gurgulio nos non patietur infestos.* HARD.

Prata circa, etc. Cato, c. I et LIII; Varro, lib. I, c. 49; Colum. lib. II, c. 17, 18, 19; Pallad. c. 10 Septembris. DAL.

Relinqui debent. Relinqui dicuntur prata, quum solum nec aratur, nec conseritur, sed ad herbae fenique proventum summittitur. DAL. — *Relinqui debent.* Tractat haec etiam Columella lib. II, c. 17; Pallad. in Sept. tit. 10. H. — *Arare.* Vtile est herbae arare prata, antequam florem ex fenilibus severis; inutilissimum vero, quum iam herba creverit. Hic, ut saepe alias, cespitavit Poinsinet de Sivry. Ex Gerardi not. inedit. ED. P.

Nec pasci ante. Nec immitti pecora, nisi post fenisecia anni secundi. Columella lib. II, cap. 18: *Nec pecora quidem oportet teneris adhuc et subsidentibus pratis immittere: sed quoties herba prosiluerit, falcibus desecare: nam pecudes molli solo infigunt ungulas, atque interruptas non sinunt herbarum radices serpere, et condensare. Altero tamen anno minora pecora post fenisecia permittemus admitti.... Tertio deinde, quum*

obtrituque hebetentur. Senescunt prata, restituique 7
debent faba in his sata, vel rapis, vel milio. Mox insequente anno frumento, rursusque in prata tertio relinqui. Praeterea quoties secta sint, siciliri, hoc est, quae feniseces praeterierunt, secari. Est enim in primis inutile, enasci herbas sementaturas. Herba optima in prato trifolii, proxima graminis, pessima mimmuli: siliquas etiam diras ferentis. Invisa et equisetis 8
est, a similitudine equinae setae. Secandi tempus, quum spica deflorescere coepit, atque roborari: secandum, antequam inarescat. Cato fenum, inquit, ne sero seces: prius quam semen maturum sit, secato.

pratum solidius ac durius erit, poterit etiam maiores recipere pecudes. H.

Senescunt prata. Eleganter haec Columella de Re Rust. lib. II, cap. 18: *Igitur cum locum, quem prato destinaverimus*, etc. H.

Siciliri. Hinc sicilimenta de prato Cato vocat, de Re Rust. c. v, ea desegmina. Veteres *sicilire*, pro *secare* usurpabant. Varro de Re Rust. lib. I, cap. 49: *Quo facto sicilienda prata, id est, falcibus consectanda quae feniseces praeterierunt: ac quasi herba tuberosum reliquerunt campum.* H.

Sementaturas. Sementare est semen producere. Gallis, *grainer*, *venir à graine.* H.

Mimmuli. Quidam *mimmulum* esse volunt herbam latis, longis, magnis, duris foliis, proceram, nascentem in paludosis pratis, quam vix boves comedunt, nedum equi. Rustici vocant *des lèches.* Genus ferme id caricis est. Alii legunt *nummulum*, et herbam esse putant, quam a rotundilate foliorum nummis pari etiamnum officinae *nummulariam* vocant, tam noxiam pecori, ut ea degustata oves ulceratis pulmonibus tabidae intereant. Herbam et morbum rura vocant *la clavelée.* Dal. — *Pessima mimmuli.* Haud satis compertum herbae genus. — *Herba*, etc. Significat non caule modo, sed et siliqua nocere in prato mimmulum. Suot qui *ranunculi* legi suspicentur commodius posse: vetant MSS. codices; quorum ex fide, quum illi exhibeant diserte, *siliqua etiam dira ferentis*, hunc locum ita expressimus. In libris hactenus editis: *Pessima mimmuli: siliqua etiam dira: feniseeis invisa et equisetis est.* Haad.

Et equisetis. De qua XXVI, 83: *Equisetum, hippuris a Graecis dicta, et in pratis vituperata nobis*, etc. Haad.

Secandum. Columella lib. II, cap. 19: *Fenum autem demetitur optime antequam inarescat: nam et largius percipitur, et iucundiorem cibum pecudibus praebet.* Haad.

Cato. Cap. LIII: *Fenum, ubi tempus erit, secato: cavetoque ne sero seces. Priusquam semen maturum fiet, secato: et quod optimum fenum erit, seorsum condito.* H.

Quidam pridie rigant, ubi sunt rigua. Noctibus roscidis secari melius. Quaedam partes Italiae post messem secant.

9 Fuit hoc quoque maioris impendii apud priores. Creticis tantum transmarinisque cotibus notis, nec nisi oleo falcis aciem excitantibus. Igitur cornu propter oleum ad crus ligato fenisex incedebat. Italia aquarias cotes dedit, limae vicem imperantes ferro. Sed aquariae protinus virent. Falcium ipsarum duo genera: Italicum brevius, ac vel inter vepres quoque tractabile. Galliarum latifundia maioris compendii: quippe
10 medias caedunt herbas, brevioresque praetereunt. Italus fenisex dextra una manu secat. Iustum est una opera iugerum in die desecari: alligarique manipulos mille ducentos, quaterna pondo. Sectum verti ad solem, nec nisi siccum construi oportet: nisi fuerit hoc observatum diligenter, exhalare matutino nebulam quamdam, metasque mox sole accendi, et conflagrare

Noctibus roscidis. Virgilius, Georg. I, vers. 289: *Nocte leves stipulae melius, nocte arida prata Tondentur: noctes lentus non deficit humor.* H.

Creticis tantum. Quum ad acuendas falces non nisi Creticis et transmare vectis cotibus usus forel. De his cotibus lib. XXXVI, cap. 47, ubi et de aquariis dicetur. H.

Transmarinisque cotibus. Ad barbaros eas ferre, tamquam illicitas merces prohibet Brissonius lib. IV, cap. 4, *l. Cotem*, § *illicitarum*, *ff. public.* Dalec.

Iustum est. Colum. XI, 2, in Maio: *Per hos dies feniseciae instituendae. Bonus operarius prati iugerum desecat, nec minus mille ducentos manipulos unus obligat, qui sint, singuli quaternarum librarum.* H.

Sectum verti. Colum. II, 19: *Nonnumquam etiam quum secidimus, imber oppressit: quod si permaduit, inutile est udum movere, meliusque patiemur superiorem partem sole siccari: tunc demum convertemus*, etc. Hard.

Metasque mox. Colum. II, 19: *Est autem modus in siccando, ut neque peraridum, neque rursus viride colligatur: alterum, quod omnem succum si amisit, stramenti vicem obtinet: alterum, quod si nimium retinuit, in tabulato putrescit: ac saepe concaluit, ignem creat et incendium ... Certe quidquid ad eum modum, quo debet, siccatum erit, in metas exstrui conveniet, easque ipsas in acutissimos vertices exacui. Sic enim commodissime fenum defenditur a pluviis: quae*

certum est. Rursus rigari desecta oportet, ut secetur autumnale fenum, quod vocant cordum. Interamnae in Vmbria quater anno secantur: etiam non rigua. Ter vero plerisque in locis: et postea in ipso pabulo non minus emolumenti est, quam a feno. Armentorum id cura, iumentorumque progeneratio suum cuique consilium dabit, optimo maxime quadrigarum quaestu.

LXVIII. Solstitium peragi in octava parte Cancri, 1 et octavo kalendas iulii diximus. Magnus hic anni cardo, magna res mundi. In hoc usque a bruma dies creverunt, sex mensibus. Sol ipse ad Aquilonem scandens, ac per ardua enixus ab ea meta incipit flecti, et digredi ad Austrum, aucturus noctes aliis sex mensibus, ablaturusque diei mensuram. Ex hoc deinde 2 rapiendi convehendique fructus alios atque alios tempus, et praeparandi se contra saevam feramque hiemem: decebatque hoc discrimen indubitatis notis signasse naturam. Quam ob rem eas manibus ipsis agricolarum ingessit, vertique iussit ipsa die folia, et esse confecti sideris signum: nec silvestrium arborum remotarumque, ne in saltus devios montesque eundum esset quaerentibus signa: non rursus urbana-

etiamsi non sint, non alienum tamen est praedictas metas facere, ut si quis humor herbis inest, exsudet, atque excoquatur in acervis. Meta porro dicitur feni congeries vel strues in acutissimum verticem exacuta. H.

Rursus rigari. Colum. II, 17, totidem verbis. Hard.

In ipso pabulo. Colum. II, 17: *Pratum*, inquit, *minimi sumptus egens, per omnes annos praebet reditum: neque eum simplicem; quum etiam in pabulo non minus reddat, quam in feno.* Hard.

Consilium dabit, etc. Sic ex MSS. em. Hard. *consilium dabit optimum, maxime* Gr. et Al. Ed. P.

LXVIII. *Solstitium peragi in octava parte..... diximus.* Libri huius c. 59. Hard.

Et esse confecti. Confecti solstitii. Sic XVI, 36: *Mirum in primis id, quod ulmo, tiliaeque, et oleae, et populo albae, et salici evenit. Circumagunturenim folia earum post solstitium: nec alio argumento certius intelligitur sidus confectum.* Vide etiam Varronem de Re Rust. I, 46;

rum, et quae topiario tantum coluntur, quanquam et in his illa visantur. Vertit oleae ante pedes satae,
3 vertit tiliae ad mille usus petendae: vertit populi albae etiam vitibus nuptae. Adhuc parum, inquit: ulmum vite dotatam habes: et huius vertam. Pabulo folia eius stringis, vitem deputas. Aspice, et tenes sidus. Alia parte caelum respiciunt, quam qua spectavere pridie. Salice omnia alligas, humillima arborum,
4 ipse toto capite altior: et huius circumagam. Quid te rusticum quereris? Non stat per me, quo minus caelum intelligas, et caelestia scias. Dabo et auribus signum. Palumbum utique exaudi gemitus. Transisse solstitium caveto putes, nisi quum incubantem videris palumbum.

5 A solstitio ad Fidiculae occasum sexto kalendas iulii Caesari Orion exoritur; zona autem eius quarto nonas Assyriae: Aegypto vero Procyon matutino aestuosus: quod sidus apud Romanos non habet nomen, nisi Caniculam hanc velimus intelligi, hoc est, mino-

Gellium quoque IX, 7: *Vulgo et scriptum*, inquit, *et creditum est, folia olearum arborum brumali et solstitiali die converti: et quae pars eorum fuerat inferior atque occultior, eam supra fieri atque exponi ad oculos, et ad solem, quod nobis quoque semel atque iterum experiri volentibus ita esse propemodum visum est.* Adde et Schol. Nicandri in Ther. pag. 32: Η ἐλαία τὰ γλυκὰ τῶν φύλλων ἄνω ἔχει ἐν θέρους ὥρᾳ· τὰ δὲ μέλανα, χειμῶνος. Hard.

Pabulo. Iumentorum. Vide quae diximus XVI, 38. Stringere porro folia dici pro deculere Iralatitium est. Virgilius in Eclogis: *Hic ubi densas Agricolae stringunt frondes.* Hard.

Sexto kalendas iunii, etc. Leg. *Sexto kalendas iulii Caesari Orion exoritur, Zona autem eius quarto nonas, Assyriae; Aegypto vero Procyon*, etc. *hoc est minorem Canem, ut in astris pingitur, ad aestum magnopere pertinens.* Προκύων Graecis μικρὸς κύων dicitur, *minusculum canem* vocat Vitruvius. Ergo Canicula Plinio qui Graecis Προκύων sic dictus, quod ante Canem oriatur, vel quod indicet Canis ortum. Vide Salm. — *Iulii.* Vetl. editt. *iunii.* Ed. P.

Nisi Caniculam. Nisi Caniculam, inquit, appelles, quae vox minorem canem sonat. Caniculam Plinius vocat, quem alii Σείριον, quae stella est lucidissima et flagrantissima in ore maioris Canis: quae et Προκύων

rem Canem, ut in astris pingitur. Est autem magnopere pertinens, sicut paulo mox docebimus. Tertio[6] nonas Chaldeis Corona occidit matutino, Atticae Orion totus eo die exoritur. Pridie idus iulii et Aegyptiis Orion desinit exoriri: XVI kalendas Augusti Assyriae Procyon exoritur. Dein postridie fere ubique confessum inter omnes sidus indicans, quod Canis ortum vocamus, sole partem primam Leonis ingresso. Hoc

dicta est, quod ante Canem oritur. Ita Galenus Epid. Hipp. I, Sirium προκύνα vocat. Κύων μὲν γάρ, inquit, τὸ σύμπαν ἄστρον· ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ γένους αὐτοῦ Σείριος, ὃν ὀρθῶς ἄν τις ὀνομάζοι τὸν Προκύνα. Sirium addit appellari a nonnullis κύνα, quod tutius nomen est sideris: rectius tamen *Antecanem*, Προκύνα appellari, quam canem. Haec et alia multa Laelius Bisciola soc. Iesu Hurar. subces. XII, 2, 1. H: *Est enim benignum*, Plinii verbis utor, *et plenum ingenui pudoris, fateri per quos profeceris, non ut plerique faciunt. Scito enim conferentem auctores me deprehendisse*, a Salmasio in Solin. p. 430, haec aliaque quam plurima ex Bisciola transcripta ad verbum, nec Bisciolam tamen nominatum. H.

Est autem. Magna vis huius sideris est, lateque pertinet, magnaque efficientia. — De Sirio sive Caniccula agitur. Ita porro MSS. omnes, quos quidem vidimus. At scripsit in ora codicis sui Pellicerius, *Ad aestum magnopere pertinens*, ut iamdudum observavit Petavius, Varr. Diss. in Vranol. II, 10. Pertinere ad aestum dicitur, si vera ea lectio est, quod ingentem aestum denuntiat, immo et ex parte facit. Hinc Hor. Od. III, 29: *Iam Procyon furit, Et stella vesani Leonis, sole dies referente siccos.* Procyonem Horatius, quemadmodum et Plinius, pro Sirio accipit, quoniam prima haec asterismi Canis stella ante caeteras, adeoque ante totum ipsum Canem apparet. H.

Sicut paulo mox. His verbis proxime fere sequentibus: *Sentiunt id maria.... et magnam aestus obtinet causam.* H.

Tertio nonas. Columell. XI, 2: *Quarto nonas iulias Corona occidit mane.* Hardo.

Dein postridie. Hoc est, XV kalendas Augusti. Sic ipse, II, 47: *Ardentissimo autem aestatis tempore exoritur Caniculae sidus, solem primam partem Leonis ingrediente, qui dies XV ante Augustas kalendas est.* Adde his ea, quae ibi disimus. — *Dein.* Sic libri omnes, etiam MSS. Sic et ratio calculi exigit, uti ex Plinio ipso docuimus. Unde Caesaris Tabulam emendabis, ex qua Hard. Iunius, et post ipsum Salmasius in Sol. pag. 430, *post triduum* legi malunt. Hard.

Sole partem primam. Hoc ex Veterum sententia scripsit. Reipsa anno primo Iuliano, ortus Sirii matutinus heliacus, de quo nunc sermo est, Romae contigit in Gradu Leonis 7. 43'. Augusti fere 2. Nunc in Leonis 20. 40'. incurrit, Augusti circiter 14. Itaque Canicularium dierum initium ab ortu illo heliaco desciivit: ac semper longius deinde recedit. Hanc με-

fit post solstitium XXIII die. Sentiunt id maria et terrae, multae vero et ferae, ut suis locis diximus. Neque est minor ei veneratio, quam descriptis in Deos stellis. Accenditque solem, et magnam aestus obtinet
7 causam. XIII kalend. Augusti Aegypto Aquila occidit matutino, Etesiarumque prodromi flatus incipiunt, quod Caesar X kalendas sentire Italiam existimavit. Aquila Atticae matutino occidit: III kalendas regia in pectore Leonis stella matutino Caesari immergitur. VIII idus Aug. Arcturus medius occidit: III idus Fidi-

τάπτοσιν orbis stellati, seu progressionem astrorum in consequentia, prisca aetas ignorabat: ideoque designatos semel a maioribus suis ortus occasusque constanter tenebat. H.

XXIII die. Hoc iterum repetit cap. sq. Est igitur is dies XVIII iulii, sive, ut dictum est lib. II, 47, XV kalendas Augusti. H.

Sentiunt id maria. De hoc argumento vide Geminum, cap. XIV, pag. 58, et Petavium Varr. Diss. in Vranol. lib. II, 10. H.

Vt suis locis diximus. Lib. II, cap. 40; IX, 25. His adde ea quae Cicero habet de Divin. I, p. 209, et Manil. I, v. 388. H.

Ei veneratio. De sidere Caniculae et augurio canario vide multa apud Rhodig. lib. XVII, cap 27. Eius augurii meminit Festus. Ceos quotannis ortum Caniculae diligenter servare, coniecturamque capere, ut scribit Ponticus Heraclides, salubrisne, an pestilens annus futurus sit, tradit Cicero, lib. I de Divinit. Cuius moris initia vide apud Victorium, lib. XIX, cap. 21, explicata ex interprete Apollonii II Argonaut. Κέω δ' ἔτι νῦν ἱερῆες Αὐτολέων προπάροιθε κυνὸς ῥέζουσι θυηλάς. DAL.

XIII kalend. Augusti. In libris omnibus editis, plurimisque MSS. legitur, *XVIII kal.* At quis hunc diem XVIII kalendas Augustas vidit umquam? Nos audacter, dempta quinarii nota, XIII rescribimus: tum quia series dierum ita postulat: nam dixit antea de XVI kalendas: quare nunc aliquis subsequentium dierum nominari debet: tum quia XIII kalendas Augusti Etesias flare ipse admonuit, II, 47, his verbis: *Post biduum vero exortum*, etc. H.

Etesiarumque prodromi flatus incipiunt. De his egimus lib. II, cap. 147. HARD.

Aquila Atticae. Colum. quoque IX, cap. 2: *Tertio kalendas Augustas Aquila occidit, tempestatem significat.* HARD.

Caesari immergitur. Matutinum exortum haec verba demonstrant, quem pridie Colum. statuit, loc. cit. *Quarto kalendas Augusti, Leonis in pectore clarae stellae exoriuntur, interdum tempestatem significat.* In MSS. *immergit.* Mallem, *emergit.* HARD.

VIII idus Aug. Colum. l. c. *VII idus Augusti Aquarius* (lege *Arcturus*) *occidit medius: nebulosus aestus. Pridie idus Augusti, Fidus occidit mane, et autumnus incipit.* HARD.

cula occasu suo autumnum inchoat, uti is adnotat: sed ut vera ratio id fieri invenit, sexto idus eiusdem. 8

In hoc temporis intervallo res summa vitium agitur, decretorio uvis sidere illo, quod Caniculam appellavimus. Vnde carbunculare dicuntur, ut quodam uredinis carbone exustae. Non comparantur huic malo grandines, procellae, quaeque numquam annonae intulere caritatem. Agrorum quippe mala sunt illa: carbunculus autem regionum late patentium, non difficili remedio, nisi calumniari naturam rerum homines, quam sibi prodesse, mallent. Feruut Demo- 9
critum, qui primus intellexit, ostenditque cum terris caeli societatem, spernentibus hanc curam eius opulentissimis civium, praevisa olei caritate ex futuro Vergiliarum ortu, qua diximus ratione, ostendemusque iam plenius, magna tum vilitate propter spem olivae, coëmisse in toto tractu omne oleum, mirantibus qui paupertatem et quietem doctrinarum ei sciebant in primis cordi esse. Atque ut apparuit causa, et ingens divitiarum cursus, restituisse mercedem anxiae et avidae dominorum poenitentiae, contentum ita probas-

Vnde carbunculare. De carbunculatione diximus lib. XVII, cap. 37. Hard.

Quaeque numquam. Sic MSS. quos vidimus. Forte, *quaeque umquam* H.

Ferunt Democritum. Thaleti hoc Cicero adscribit de Divin. II, p. 201; Aristot. quoque Polit. I, 7, et Laërtius in Thalete. Plinius omne oleum coëmisse ait: Cicero omnem oleam, antequam florere coepisset: Aristoteles et Laërtius, τὰ ἐλαιουργεῖα, hoc est, trapeta, sive torcularia oleo premendo. H.

Praevisa olei caritate ex futuro Vergiliarum ortu. Puto luxatum esse verborum ordinem, legendumque, *praevisa olei caritate futura ex Vergiliarum ortu,* quanquam verbum *futura* adiectitium puto. Pint.

Qua diximus. Initio capitis superioris. Hard.

Ostendemusque iam plenius. Velus lectio *planius*, non *plenius*, quod et rectius: quia sequitur paulo infra, *Quas equidem miscebo agrestibus negotiis, quam potero, dilucide atque perspicue.* Pint.

Restituisse mercedem anxiae et avidae dominorum poenitentiae. Lege *mercem*, non *mercedem*, ex veteri lectione, et paulo post *Assectatoribus*,

se, opes sibi in facili, quum vellet, fore. Hoc postea Sextius e romanis sapientiae assectatoribus Athenis fecit eadem ratione. Tanta litterarum occasio est: quas equidem miscebo agrestibus negotiis, quam potero dilucide atque perspicue. Plerique dixere rorem inustum sole acri, frugibus rubiginis causam esse, et carbunculi vitibus: quod ex parte falsum arbitror, omnemque uredinem frigore tantum constare, sole innoxio. Id manifestum fiet attendentibus; nam primum omnium non hoc evenire, nisi noctibus et ante solis ardorem, deprehenditur, totumque lunari ratione constat: quoniam talis iniuria non fit nisi interlunio, plenave luna, hoc est, praevalente: utroque enim habitu plena est, ut saepius diximus: sed interlunio
" omne lumen, quod a sole accepit, caelo regerit. Differentia utriusque habitus magna, sed manifesta: namque interlunio aestate calidissima est, hieme gelida. E diverso in plenilunio aestate frigidas facit noctes, hieme tepidas. Causa evidens: sed alia redditur a Fabiano, graecisque auctoribus. Aestate enim interlunio necesse est, quum sole nobis proximo circulo currat, igne eius cominus recepto candens: eademque interlunio absit hieme, quando abscedit et sol.

non *sectatoribus*, in eadem: et ita sane loqui magis Plinius consuevit. Pint. *Restituisse mercedem.* Ita MSS. Forte sincerius, *mercem.* H.

Sextius e romanis sapientiae assectatoribus. De eo Seneca, Ep. 59: *Sextium ecce quum maxime lego, virum acrem, graecis verbis, romanis moribus philosophantem* etc. *Q. Sextium* patrem appellat, ep. 64. H.

Totumque lunari. A luna vitium rubiginis oritur. Theophr. de Caus. III, 27: Ἡ δὲ ἐρυσίβη, σαπρότης τις· οὐδὲν δὲ σαπρὸν ἄνευ θερμότητος ἀλλοτρίας. μάλιστα δὲ ἐρυσιβοῦται σῖτος ταῖς πανσελήνοις. Διό καὶ τὴν σελήνην τῇ θερμότητι σήπειν τῆς νυκτός. *Rubigo autem putredo quaedam est: nec putridum esse quidquam potest sine alteno calore. Triticum pleniluniis potissimum rubiginem capit. Ratio in calore est, quo etiam noctu luna putrefacere potest.* H.

Vt saepius diximus. Inprimis lib. II, 6, ubi in ipso *coitu non cerni* lunam admonet, *quoniam haustum omnem lucis inversa illo regerat, unde acceperat.* H.

Item plenilunio aestivo procul abeat adversa soli: hieme autem ad nos per aestivum circulum accedat. Ergo per se roscida quoties alget, infinitum quantum illo tempore cadentes pruinas congelat.

LXIX. Ante omnia autem duo genera esse caelestis 1 iniuriae meminisse debemus. Vnum quod tempestates vocamus, in quibus grandines, procellae, caeteraque similia intelliguntur: quae quum acciderint, vis maior appellatur. Haec ab horridis sideribus exeunt, ut saepius diximus: veluti Arcturo, Orione, Hoedis. Alia sunt illa, quae silente coelo serenisque noctibus fiunt, nullo sentiente, nisi quum facta sunt. Publica haec, et magnae differentiae a prioribus, aliis rubiginem, aliis uredinem, aliis carbunculum appellantibus, omnibus vero sterilitatem. De his nunc dicimus, a nullo ante nos prodita, priusque causas reddemus.

(XXIX.) Duae sunt praeter lunarem, paucisque caeli 2 locis constant. Namque Vergiliae privatim attinent ad fructus, ut quarum exortu aestas incipiat, occasu hiems, semestri spatio intra se messes vindemiasque et omnium maturitatem complexae. Est praeterea in caelo qui vocatur lacteus circulus, etiam visu facilis. Huius defluvio, velut ex ubere aliquo, sata cuncta lactescunt,

LXIX. *Vis maior.* Graeci θεοῦ βίαν vocant; latine vim diviuam dixit Vlpianus, leg. *fluminum*, § servus, Dig. *damni infecti.* Idem, leg. 19, Dig. tit. 2, *locati conducti.* § *Ex conducto*, vim tempestatis calamitosae. Et § *Culpam autem*, eodem titulo: *Vis maior quam Graeci θεοῦ βίαν appellant, non debet conductori damnosa esse, si plus quam tolerabile est, laesi fuerint fructus.* Caeli vim maiorem appellat Colum. I, 7, H.

Aliis carbunculum) Caniculam legit Turneb. Adversar. lib. XXIV, cap. 23, eamque interpretatur siderationem et carbunculationem qua sata afflantur et ad sterilitatem castrantur, quum Canicula insana messes coquat, aestuosoque impetu suo omnia torreat. DAL.

Vt quarum exortu aestas incipiat, occasu hiems, etc. Sic Aratus, et qui Aratum transtulere, Tullius et Avienus. Vide Petavium, Varr. diss. II, 9, in Vranol. p. 100. H.

Huius defluvio, velut ex ubere ali-

duorum siderum observatione, Aquilae in septentrionali parte, et in austrina Caniculae, cuius mentionem suo loco fecimus. Ipse circulus fertur per Sagittarium atque Geminos, solis centro bis aequinoctialem circulum secans, commissuras eorum obtinente hinc Aquila, illinc Canicula. Ideo effectus utriusque ad omnes frugiferas pertinent terras: quoniam in his tantum locis solis terraeque centra congruunt. Igitur horum siderum diebus, si purus atque mitis aer genitalem illum lacteumque succum transmiserit in terras, laeta adolescunt sata. Si luna, qua dictum est ratione, roscidum frigus asperserit, admixta amaritudo, ut in lacte, puerperium necat. Modus in terris huius iniuriae, quem fecit in quacumque convexitate comitatus utriusque causae. Et ideo non pariter in toto orbe sentitur, ut nec dies. Aquilam diximus in Italia exoriri a. d. XIII kalendas ianuarii. Nec patitur ratio naturae quidquam in satis ante eum diem spei esse certae. Si vero interlunium incidat, omnes hibernos fructus et praecoces laedi necesse est.

5 Rudis fuit priscorum vita atque sine litteris: non

quo, sata cuncta lactescunt. Hoc Veterum commentum hodie merito Philosophi rident. Vide de Fromond Meteorol. II, art. ult. p. 86. H.

Suo loco fecimus. Cap. sup. circa initium. Mox centra solis ac terrae vocat, caeli terraeque partem mediam a sole signatam, quum circulum aequinoctialem describit. H.

Centra congruunt. Orbis quo sol vehitur, quam terra et suae conversionis spatio inaequaliter a terra discedit. Solis vero centrum cum terrae centro congruit, quo momento fiunt aequinoctia. Aequinoctiorum enim principia, et, ut aiunt vulgo, puncta, centrum terrae Mathematici vocant, quoniam in his mediam terram aequaliter sol dividit. DAL.

Qua dictum est. In fine c. sup.

Puerperium necat. Puerperium de prole quoque ipsa, fetuque dicitur. Plinius VII, 9: *Vno partu duodecim puerperia egesta.* Et cap. 3: *Aut puerperae, aut puerperio.* H.

Aquilam diximus. Ante mensem ianuarium, sed non appellato die, oriri aquilam subobscure innuit, lib. XVI, cap. 42, ubi amygdalam concipere Aquila exoriente ait, eamdem florere mense ianuario. H.

minus tamen ingeniosam fuisse in illis observationem apparebit, quam nunc esse rationem. Tria namque tempora fructibus metuebant, propter quod instituerunt ferias, diesque festos, Rubigalia, Floralia, Vinalia. Rubigalia Numa constituit anno regni sui XI, quae nunc aguntur a. d. septimum kalendas maii, quoniam tunc fere segetes rubigo occupat. Hoc tempus Varro determinat, sole Tauri partem decimam obtinente, sicut tunc ferebat ratio. Sed vera causa 6
est, quod post dies undeviginti ab aequinoctio verno,

Rubigalia. Varro de Ling Lat. V: *Robigalia dicta ab Robigo. Secundum segetes huic Deo sacrificatur, ne rubigo occupet segetes.* Paulus ex Festo: *Robigalia, dies festus, septimo kal. maias, quo Robigo Deo suo, quem putabant rubiginem avertere, sacrificabant.* Ovid. Fast. IV, 907: *Flamen in antiquae lucum Rubiginis ibat, Exta canis flammis, exta daturus ovis. Protinus accessi, ritus ne nescius essem, Edidit haec flamen verba, Quirine, tuus. Aspera rubigo, parcas cerealibus herbis*, etc. Vetus inscriptio apud Reines. pag. 218: ROBIGO. ET. CERERI. ET FLORAE. SACRUM. H.

Floralia. Varro de Re Rust. I, 1: *Quarto invoco Rubigum ac Floram, quibus propitiis neque rubigo frumenta, atque arbores corrumpit, neque non tempestive florent. Itaque publicae Robigo feriae, Robigalia: Florae ludi Floralia sunt instituti.* Arnobius advers. gent. IV: *Flora illa genitrix et sancta, obscenitate ludorum bene curat, ut arva florescant.* Ludorum Floralium mentio est in nummo Serviliae gentis argenteo apud Patinum, in Famil. pag. 260, n. 4, et in Museo nostro. Hinc duos exhibet gladiatores: in imo C. SERVIL. M. F. (quas duas postremas litteras Patinus omisit; vidit etiam, ut in nostro sunt, Begerus in Thesauro Brandenburgico, pag. 585). In altera parte caput Deae Florae est: retro lituus, insigne C. Servilii auguratus: inscriptio FLORAL. PRIMVS. Quod cave legas, ut vulgo fit, *Floralia primus*? nam ubi verbum, aut quale subintelligitur? Lege ergo FLORALia PRopriis IMpensis *Veneri Sacravit*: nempe *Servilius*, cuius nomen in parte nummi priore legitur. In tutela Veneris sunt horti, ut Varro dicit infra, tit. 2. HARD.

Rubigalia. Varro lib. I, cap. 1, Agricult. DALEC.

Hoc tempus Varro. De hac Varronis sententia Petavium vide, Varr. Diss. II, 10. HARD.

Post dies undeviginti. Ita MSS. omnes: at rectius forte, ut Petavius emendavit, Varr. Diss. II, 10, in Vrannol. pag. 104, *post dies unum et triginta.* A VII kalendas maias ad quartum, totum hoc quatridum frugibus decretorium esse Plinius dicit: et ab aequinoctio verno dies numerat undeviginti. At aequinoctium vernum ipse contulit in VIII kal. april. a quo die secundus et trigesimus dies est VI kalend. maias. H.

per id quatriduum, varia gentium observatione in IV kalendas maii, Canis occidit, sidus et per se vehemens, et cui praeoccidere Caniculam necesse sit. Itaque iidem Floralia quarto kalendas eiusdem instituerunt,

Per id quatriduum. A VII kalendas ad IV. HARD.

Et per se vehemens. Vt in ortu suo immodicos aestus excitare Caniculam, sic occidentem frigora et inimicas frugibus pruinas commovere, Plinius his verbis significat. Colum. XI, 2: *Pridie kalend. maias: Canis se vespere celat, tempestatem significat.* Hoc Manilius voluit, I, 388: *Subsequitur rapido contenta Canicula cursu, Quo nullum terris violentius advenit astrum. Nec gravius cedit.* H.

Praeoccidere Caniculam. Rutilam canem immolari necesse est ad placandum sidus. — Hac voce *Caniculam*, Sirium hoc loco rursum intelligi, seu Procyonem, pronuntiat Salmasius, in Solin. pag. 435, quam stellam ante Canem oriri ait, et occidere. At eius viri errorem quisquis ad pictam sphaeram et globum oculos applicet, quamvis plumbeus sit, intelliget. Etenim quae ad Boream declinant stellae, earum quae ad Austrum vergunt, uti ortus antecedunt, sic occasus sequuntur, praesertim si boreales situ posteriores sunt: ut in Procyone et Cane contingit. Canis quippe hoc tempore positus est in gradu circiter nono Cancri, et ad Austrum declinat: Procyon ad Boream situ est in gradu fere 21 Cancri: ergo ille prius oritur, quam Canis: occidit autem post ipsum. Quod autem Plinius ait canis sideri praeoccidere caniculam necesse esse, id rectissime interpretamur de canario sacrificio, in quo ad placandum caniculae sidus frugibus inimicum, rufae canes immolabantur, ut fruges flavescentes ad maturitatem perducerentur: unde et *catularia* porta nomen accepit, ut auctor est Paulus ex Festo, verbo *Catularia.* Atque idem Festus in fragm. p. 93: *Rutilae canes, id est, non procul a rubro colore immolantur*, ut ait Ateius Capito, *canario sacrificio pro frugibus, deprecandae saevitiae causa sideris caniculae.* Ob unam nominis affinitatem, ea sacra illi delecta hostia est. Ovid. Fast. IV, vs. 939: *Est canis, Iearium dicunt, quo sidere moto Tosta sitit tellus, praeripiturque seges: Pro cane sidereo canis hic imponitur arae: Et quare fiat, nil nisi nomen habet.* In Rubigalibus feriis haec cerimonia peragebatur, ut Plinius significat, quod in id tempus Caniculae occasus incideret. Itaque Robigo Deo canis mactabatur, ut rubiginem averteret: Colum. X, de Cultu hort. *Hinc mala rubigo virides ne torreat herbas, Sanguine lactentis catuli placatur, et extis.* Atque ipse Naso loco citato: *Flamen in antiquae lucum Rubiginis ibat, Extra canis flammis, exta daturus ovis.* Et mox: *Thura focis, vinumque dedit, fibrasque bibentis, Turpiaque obscenae vidimus exta canis.* H.

Floralia quarto kalendas eiusdem instituerunt, etc. Floralia primus fecit Csius Servillus, Caii filius, anno 545, anno eo magister equitum, dictatore T. Manlio Torquato deinde aedilis curulis. Livius, lib. XXVII. DALEC.

Vrbis anno DXVI, ex oraculis Sibyllae, ut omnia bene deflorescerent. Hunc diem Varro determinat, sole 7
Tauri partem quartam decimam obtinente. Ergo si in hoc quatriduum inciderit plenilunium, fruges et omnia quae florebunt, laedi necesse erit. Vinalia priora, quae ante hos dies sunt IX kalendas maii degustandis vinis instituta, nihil ad fructus attinent: nec quae adhuc diximus, ad vites oleasque; quoniam earum conceptus exortu Vergiliarum incipit a. d. VI idus maii, ut docuimus. Aliud hoc quatriduum est, quod neque

Vrbis anno DXVI Ita libri omnes, quanquam auctor est Velleius, *Torquato, Sempronioque coss. Brundisium* colonos missos esse *et post triennium Spoletium, quo anno Floralium ludorum factum est initium.* Incidit autem prior illi consulatus in annum Vrbis 510 ex Liviana chronologia: quo fit, ut triennio interiecto Floralium celebritas ludorum occurrat in annum 513. Harn.

Vinalia. Vinalia, dies quo Iovi calpar, id est, vinum novum demptum ex dolio sacrificii causa, offerebant his verbis apud Catonem, *Macte hocce vino inferio esto*, ne reliquum, unde calpar promptum fuerat, sacrum esset, eripereturque humanis usibus, sed libato calpari religione solveretur. Vocabatur et id Sacrima praesertim quum polluxissent, et adolevissent suffimenta ex faba, et milio molito, sparsa mulso. Vinalia Graecis πιθοίγια, festus dies, inquit Proclus, quo doliis reseratis eum servis et mercenariis vini potum communicabant, precantes ἀβλαβῆ καὶ σωτήριον αὐτοῖς τὴν τοῦ φαρμάκου χρῆσιν, quemadmodum et Romani musto primum gustato dicebant omnis gratia, *Vetus nonum vinum bibo, veteri novo morbo medeor.* Iohannes Grammaticus πιθοίγια in mensem ληναῖον, vel ληναιῶνα incidere putavit, id est, ianuarium. Fiebant vero Athenis undecima die Prostaterii. De his sequentes Hesiodi versus exponunt: Ἀρχομένου δὲ πίθου, καὶ λήγοντος κορέσασθαι, Μισσόθι φείδεσθαι δεινὴ δ' ἐνὶ πυθμένι φειδώ. Rhodig. lib. XXVIII, cap. 25. Plutarchus Symp. Τοῦ νέου οἴνου Ἀθήνησι μὲν ἑνδεκάτῃ μηνὸς κατάρχονται, πιθοιγίαν τὴν ἡμέραν καλοῦντες· καὶ πάλαι γε, ὡς ἔοικεν, εὔχοντο, τοῦ οἴνου πρὶν ἢ πίνειν ἀποσπένδοντες, ἀβλαβῆ καὶ σωτήριον αὐτοῖς τοῦ φαρμάκου τὴν χρῆσιν γενέσθαι. Idem lib. VIII eiusdem: Γλεύκους δὲ ζέοντος ἀεὶ ἀφαιρεῖσθαι καὶ τοὺς ἐργάτας δεδιότας ὁρῶμεν. Dal.

Degustandis vinis. Et antequam degustarent, libandis. Nam in his festis vinalibus, prinsquam e dolio vinum gustarent, Iovi libabant: ni ita fecissent, reliquum omne vinum sacrum fiebat, et usibus humanis eripiebatur Festus: *Calpar, vinum novum, quod ex dolio demitur sacrificii causa antequam gustetur. Iovi enim prius sua vina libabant, quae appellabant Festa Vinalia.* Hard.

Vt docuimus. Tum lib. XVI, cap. 42, tum huiusce libri c. 66. H.

rore sordere velint: exhorrent enim frigidum sidus Arcturi postridie occidens; et multo minus plenilunium incidere.

8 IV nonas iunii iterum Aquila exoritur vesperi, decretorio die florentibus oleis vitibusque, si plenilunium in eum incidat. Equidem et solstitium VIII kalendas iunii simili causa duxerim, et Canis ortum post dies a solstitio XXIII, sed interlunio accidente; quoniam vapore constat culpa, acinique praecoquuntur in callum. Rursus plenilunium nocet a. d. IV nonas iulii, quum Aegypto Canicula exoritur; vel certe XVI
9 kalendas Augusti, quum Italiae. Item XIII kalendas Augusti, quum Aquila occidit, usque in X kalendas eiusdem. Extra has causas sunt Vinalia altera, quae aguntur a. d. decimum tertium kalendas septembris. Varro a Fidicula incipiente occidere mane, determinat, quod vult initium autumni esse, et hunc diem

Postridie occidens. Nempe X kalendas maii: ut etiam sensit Columell. lib. XI, c. 2. H.

IV nonas. Columella, l. c. *IV nonas iulii, Aquila exoritur, tempestas ventosa, et interdum pluvia.* Hard. — Brol. ex MSS. Regg. et edit. principe, *Iulii* Ed. P.

Quoniam vapore. Calore, ut diximus lib. II, c. 40. H.

Acinique praecoquuntur. Sup. libro, c. 37: *Siderationis genus est in vitibus... quum acini priusquam crescant, decoquuntur in callum.* H.

Vel certe XVI kalend. Biduo ante Columell. l. c. hoc est, idibus, Procyonis, sive Caniculae exortum matutinum assignat. H.

Vinalia altera. Nempe rustica. Varro de L. L. lib. V, p. 47: *Vinalia a vino. Hic dies Iovis, non Veneris. Huius rei cura non levis in Latio. Nam aliquot locis vindemiae primum a sacerdotibus publice fiebant, ut Romae etiam nunc*, etc. Et p. 48: *Vinalia rustica dicuntur ante diem XII kal.* (lego XIII) *septembr. quod tum Veneri dedicata aedes, et horti eius tutelae adsignantur, ac tum sunt feriati olitores.* Festus quoque: *Rustica Vinalia appellantur, mense augusto, quarto decimo* (leg. XIII, *tertio decimo*, non XIV), *kalend. septembr. Iovis dies festus, quia Latini bellum gerentes adversus Mezentium, omnis vini libationem ei deo dedicaverunt: eodem autem die Veneri templa sunt consecrata... quia in ipsius deae tutela sunt horti.* Hard.

Autumni esse. Autumnus ab augendo: unde et Graeci τελεσφόρος ὥρα, et Latinis *autumnitas* fructuum proventus Varro in Quinquatribus: *Cape ad hanc caducam Liberi mollem*

festum tempestatibus leniendis institutum. Nunc Fidiculam occidere a. d. VI idus Augusti servatur.

Intra haec constat caelestis sterilitas. Neque nega- 10
verim posse eam permutari arbitrio legentium, locorum aestimantium naturas. Sed a nobis rationem demonstratam esse satis est: reliqua observatione cuiusque constabunt. Alterutrum quidem fore in causa, hoc est, plenilunium aut interlunium, non erit dubium. Et in hoc admirari benignitatem naturae succurrit: iam primum hanc iniuriam omnibus annis accidere non posse, propter statos siderum cursus: nec nisi paucis noctibus anni, idque quando futurum sit, facile nosci. Ac ne per omnes menses timeretur, earum quoque lege divisum, aestate interlunia praeterquam biduo secura esse, hieme plenilunia: nec nisi aestivis brevissimisque noctibus metui, diebus non idem valere. Praeterea tam facile intelligi, ut 11
formica minimum animal interlunio quiescat, plenilunio etiam noctibus operetur. Avem parram, oriente Sirio, ipso die non apparere, donec occidat. E diverso

dapem De fronde Bromiae autumnitatis nobilem. Nonius. Scal. — Autumnus, quasi auctumnus, ut fartor, farctor, autor, auctor, sartor, sarctor. Dalec. — *Initium autumni.* Iam id attigit c. 59. H.

Nunc Fidiculam. Quae et Lyra dicitur, ut ante monuimus. Pridie idus oriri Columella existimat, l. c. H.

Et in hoc mirabilem admirari benignitatem. (Sic libb. vett. ante Hard. editi). Brevior et magis Pliniana eiusdem lectio: *Et in hoc mirari benignitatem natura succurrit.* Caetera superfluunt. Pint.

Earum quoque lege. Noctium earum, quae sunt metuendae frugibus, hanc legem, hanc conditionem esse: ut interlunia noctu non nisi duo aestate, plenilunia hieme, nisi biduo pariter metuenda sint: quum uti dictum est supra roscidum frigus luna forsan adspersit, admiscetque amaritudinem satis. Hard.

Brevissimisque noctibus. VI minor sit nocendi mora. H.

Praeterea...intelligi. Quando interlunium sit. Hard.

Avem parram. De parra et vireone vide quae diximus X, 45. Hard. — Parra, *moteux*, vel *eu-blanc*; vireo, *loriot*. Ed. P.

E diverso vireonem prodire ipso die solstitii. Scribo *chlorionem*, non *vireonem*, tum ex eodem exemplari, tum ex ipso Plinio, lib. X, c. 29. Aristo-

vireonem prodire ipso die solstitii. Neutrum vero lunae statum noxium esse, ne noctibus quidem, nisi serenis, et omni aura quiescente; quoniam neque in nube, neque in flatu cadunt rores: sic quoque non sine remedio.

LXX. Sarmenta, aut palearum acervos, et evulsas herbas fruticesque, per vineas camposque, quum timebis, incendito: fumus medebitur. Hic e paleis et contra nebulas auxiliatur, ubi nebulae nocent. Quidam tres cancros vivos cremari iubent in arbustis, ut carbunculi non noceant. Alii siluri carnem leviter uri a vento, ut per totam vineam fumus dispergatur. Varro auctor est, si Fidiculae occasu, quod est initium autumni, uva picta consecretur inter vites, minus nocere tempestates. Archibius ad Antiochum Syriae regem scripsit: si fictili novo obruatur rubeta rana in media segete, non esse noxias tempestates.

LXXI. Opera rustica huius intervalli, terram iterare, arare, arbores circumfodere: ubi aestuosa regio poscat, accumulare. Germinantia, nisi in solo luxurioso, fodienda non sunt. Seminaria purgari sarculo.

teles quoque, de Nat. Anim. lib. IX, cap. 22, *chlorionem* vocat. Theodorus *vireonem* vertit, unde nata est, ut fit saepius, occasio depravandi Plinii. Pint.

LXX. *Sarmenta.* Nunc remedia proponit adversus rubiginem, quae et Colum. lib. de Arb. cap. 13: *Ne rubigo vineam vexet. Palearum acervos inter ordines verno tempore positos habeto in vinea: quum frigus contra temporis consuetudinem intellexeris, omnes acervos incendito: ita fumus nebulam et rubiginem removebit.* Habet hoc ipsum et Diophanes in Geop. l. V, cap. 31. Hard.

Quidam tres. Sic Apuleius in Geop. l. c. Hard.

Alii siluri. Auctor Geop. loc. citat. Τινὲς δὲ σίλουρον τὸν ἰχθὺν κατατεμόντες, καίουσι κατὰ ἄνεμον, κατὰ πᾶν μέρος τοῦ χωρίου τὴν ὀσμὴν ποιοῦντες. *Quidam silurum piscem concisum urunt secundum ventum, ac per omnes regionis partes odorem spargunt.* Hard.

Si fictili novo obruatur rubeta rana. Vltimum verbum non esse auctoris existimo, sed expositionem praecedentis a lectore inserlam. Pint.

LXXI. *Opera rustica.* Varro lib. I, cap. 33; Columell. lib. XI, cap. 2. Dal.

Messem hordeaceam facere. Aream ad messem creta praeparare, Catonis sententia amurca temperata, Virgilii operosius. Maiore ex parte aequant tantum, et fimo bubulo dilutiore illinunt. Id satis ad pulveris remedium videtur.

LXXII. (xxx.) Messis ipsius ratio varia. Galliarum latifundiis valli praegrandes dentibus in margine infestis, duabus rotis per segetem impelluntur, iumento in contrarium iuncto: ita direptae in vallum cadunt spicae. Stipulae alibi mediae falcae praeciduntur, atque inter duas mergites spica distringitur. Alibi ab

Aream.... creta praeparare. Cato c. CXXIX: *Aream, ubi frumentum teratur, sic facies. Confodiatur minute terra, et amurca bene conspergatur, ut combibat quamplurimum. Vbi bene comminuta terra fuerit, et amurcam combiberit, cylindro aut pavicula coaequato,* etc. Cato cretam non nominat: sed Plinius cretam dixit amurca temperandam. Virgilius vicissim amurcam non nominat, sed cretam: Georg. I, v. 178: *Area cum primis ingenti aequanda cylindro, Et vertenda manu, et creta solidanda tenaci, Ne subeant herbae, neu pulvere victa fatiscat.* H. — *Creta.* Quae formicarum et herbarum inimica est, talparum venenum. Varro. Dal.

Amurca temperata. In MSS. Regg. et edit. principe, *Amurca temperatam.* Et sic edidit Broterius. Ed. P.

LXXII. *Galliarum.* a In Galliarum fundis latioribus, fit vehiculum, seu carpentum, in vanni seu valli grandioris modum, cuius in fronte seu margine denticuli plurimi ac rari sint: id duabus rotis brevibus fertur, impellente bove, qui capite in vehiculum verso a tergo ipsius iugo aptetur et vinculis, qui sit mansuetus, nec modum compulsoris excedat. Hic ubi vehiculum per messes coepit impellere, omnis spica in carpentum denticulis comprehensa decidit, abruptis relictisque paleis: et ita per paucos itus ac reditus brevi horarum spatio tota messis impletur. a Ita fere Pallad. lib. VII in Iun. tit. 2. H.

Valli. Vallus hoc loco vehiculum nobis esse videtur, vanni grandioris instar, compactum. Vallum pro vanno Varro de Re Rust. lib. I, cap. 52, dixit. Haan.

Stipulae alibi mediae falce. Aliter Varro: *Falce*, inquit, *secundum terram succidunt stramentum, et manipulum quemque, ut subsecuerunt, ponunt in terra. Vbi eos fecerunt multos, iterum eos percensent, ac de singulis secant inter spicas et stramentum. Spicas conicium in corbem atque in aream mittunt. Stramenta relinquuntur in segete, unde tollantur in acervum.* Dal. — *Stipulae.* Varro de Re Rust. lib. I, cap. 56, sub urbe Roma id fieri solitum ait. Haan.

Inter duas mergites. Mergas appellat Columella lib. II, cap. 21, pag. 78, ferramenta metendis frugibus idonea. *Sunt autem*, inquit, *metendi*

radice vellunt: quique id faciunt, proscindi ab se obiter agrum interpretantur, quum extrahant succum. Differentia haec: Vbi stipula domos contegunt, quam longissimam servant. Vbi feni inopia est, stramento paleam quaerunt. Panici culmo non tegunt. Milii culmum fere inurunt. Hordei stipulam bubus gratissimam servant. Panicum et milium singulatim pectine
2 manuali legunt Galliae. Messis ipsa alibi tribulis in area, alibi equarum gressibus exteritur, alibi perticis flagellatur. Triticum, quo serius metitur, copio-

genera complura; multi falcibus vericulatis, atque iis vel rostratis, vel denticulatis, medium culmum secant: multi mergis: alii pectinibus spicam ipsam legunt, etc. Festus: *Mergae, Furculae, quibus acervi frugum fiunt, dictae a volucribus mergis, quia ut illi se in aquam mergunt, dum pisces persequuntur; sic messores eas in fruges demergunt, ut elevare possint manipulos.* Plautus in Poen. act. V, scen. II, vs. 58: *Palas vendendas sibi ait, et mergas datas, Vt hortum fodiat, atque ut frumentum metat.* Iohan. de Ianua: *Merga a merges dicitur, id est, furca, cum qua cona segetis portatur.* Hard.

Pectine manuali sigillatim legunt Galliae. Mergis et pectine quosdam spicas legere, idque facillimum esse in rara segete, difficillimum in densa, Columella scribit. *Pectinem manualem* auctor vocat manubrio affixum. Dal. — *Pectine manuali.* Cum pectine subdito, ut fit in tondendis hominum capillis, exstantes spicae praescinduntur, et singulae quidem, nec, ut fit in frumentis, plures comae, vel iubae simul. Hard. — Sic ex MSS. emend. Hard. *sigillatim* Gron. et al. Ed. P.

Messis ipsa. Seges, seu fruges demessae. Hard.

Tribulis in area. Tribula, sive tribulum, vehiculum est lerendis frumentis destinatum: unde nomen quoque suum habet, velut teribula, quoniam terit et extundat. Virgil. Georg. lib. I, vs. 164: *Tribulaque, traheaeque, et iniquo pondere rastri.* Vbi Servius: *Tribula genus vehiculi omni parte dentatum, unde teruntur frumenta, quo maxime in Africa utuntur.* Varro neutrius generis facit de Re Rust. lib. I, cap. 52: *E spicis,* inquit, *in aream excuti grana: quod fit apud alios iumentis iunctis, ac tribulo: id fit e tabula lapidibus aut ferro exasperata, quae imposito auriga, aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis, ut discutiat e spica grana: aut fit ex assibus dentatis cum orbiculis: quod appellant plaustrum Poenicum.* Nonius feminini cap. 3: *Tribulae,* inquit, *femininum:* Virgil. Georg. I: *Tribulaque, tracheaeque*, etc. H.

Alibi equarum. Varro, l. c. *Apud alios exteritur grege iumentorum iuncto, et ibi agitato perticis, quod ungulis e spica exterunt grana.* Sic pariter Colum. lib. II, cap. 21. H.

Alibi perticis. Vti nunc maxima

sius invenitur : quo celerius vero, hoc speciosius ac robustius. Lex aptissima, antequam granum indurescat, et quum iam traxerit colorem. Oraculum vero, biduo celerius messem facere potius, quam biduo serius. Siliginis et tritici etiam ratio in area horreoque. Far, quia difficulter excutitur, convenit cum palea sua condi : et stipula tantum, et aristis liberatur. Pa- 3
lea plures gentium pro feno utuntur. Melior ea, quae tenuior, minutiorque, et pulveri propior : ideo optima e milio, proxima ex hordeo, pessima ex tritico, praeterquam iumentis opere laborantibus. Culmum saxosis locis quum inaruit, baculo frangunt, substratu animalium. Si palea defecit, et culmus teritur. Ratio haec : maturius desectus, muria diu respersus, dehinc siccatus in manipulos convolvitur, atque ita pro feno bubus datur. Sunt qui accendant in arvo et stipulas, magno Virgilii praeconio. Summa autem eius ratio, ut herbarum semen exurant. Ritus

parte Galliarum. Has perticas etiamnum flagella vocant, *de fléaux* : baculis estundi, ac lundi fustibus dixit Columella lib. II, c. 21. H.

Hoc speciosius. In area et in acervo melius quam in agro frumenta grandescere, ac si tempestive decisa sint, postea capere incrementum, auctor est etiam Colum. loc. cit. H.

Lex aptissima. Colum. loc. cit. *Recrastinari non debet, sed aequaliter flaventibus iam satis, antequam ex toto grana indurescant, quum rubicundum colorem traxerunt, messis facienda est, ut potius in area et in acervo, quam in agro grandescant frumenta.* Hard.

Siliginis. Hoc eum arbitror velle, quod statim ex Columella diximus in area et in acervo magis quam in agro, frumenta grandescere. H.

Ideo optima e milio. Ad pabulum scilicet iumentorum. Colum. lib. VI, cap. 3 : *Minus commode tuemur armentum paleis, quae ubique et quibusdam regionibus solae praesidio sunt : eae probantur maxime e milio, tum ex hordeo, mox etiam ex tritico.* H.

Substratu animalium. Vt stramenti vice animalibus substernatur in hiberna stabulatione. H.

Virgilii praeconio. Georg. I, vers. 84 : *Saepe etiam steriles incendere profuit agros, Atque levem stipulam crepitantibus urere flammis : Sive inde occultas vires et pabula terra Pinguia concipiunt : sive illis omne per ignem Excoquitur vitium, atque exsudat inutilis humor*, etc. H.

Summa autem. Praecipua, inquit, optimaque ratio Virgilii est, ut herbarum inutilium semina igne esu-

diversitatem magnitudo facit messium, et caritas operariorum.

LXXIII. Connexa est ratio frumenti servandi. Horrea operose tripedali crassitudine, pariete lateritio, exaedificari iubent aliqui. Praeterea superne impleri, nec afflatus admittere, aut fenestras habere ullas. Alii ab exortu tantum aestivo, aut septemtrione, eaque sine calce construi, quoniam sit frumento inimicissima: nam quae de amurca praeceperint, indicavimus. Alibi contra suspendunt granaria lignea columnis, et perflari undique malunt, atque etiam a fundo. Alii omnino pendente tabulato extenuari granum arbitrantur: et si tegulis subiaceat, confervescere. Multi ventilari quoque vetant: curculionem enim non de-

rantur. Hunc igitur intellectum Plinius putavit esse horum verborum, *omne per ignem Excoquitur vitium*. Alii *summa autem ratio* legunt, demptis vocula *eius*: ut sit sententia: praetermissam ab eo vate rationem validissimam, quae hunc ritum probaret. Sed MSS. omnes reclamant. H.

Caritas operariorum. Sic ex MSS. emend. Hard. Gronov. et al. *caritas operariorum* Ed. P.

LXXIII. *Horrea operose*, etc. Columella, lib. I, cap. 6; Varro, lib. I, c. 57; Vitruv. lib. VI, c. 9. Dal. — *Horrea... tripedali*. Bipedali contentus Palladius, l. I, cap. 19, pag. 18. H. — Sic ex MSS. emend. Hard. *operosa tripedali* Gron. et al. Ed. P.

Praeterea superne. Non per fenestras, sed per tabulatum, camerammve, in horreum grans coniici. H.

Aut septemtrione. Hunc situm approbat Vitruv. l. I, c. 4. H.

Eaque sine calce. Amurcam immiscet calci Columell. loc. cit. ad solum sternendum pavimentaque coagmentanda. Item Geopon. auctor, lib. II, cap. 25. H.

Nam quae... indicavimus. Lib. XV, cap. 8. Adde iis Columellam, lib. I, cap. 6: *Neque me praeterit sedem frumentis optimam quibusdam videri horreum camera contectum, cuius solum terremum priusquam consternatur perfossum, et amurca recenti, non salsa, madefactum, velut Signinum opus, paviculis condensatur*. H.

Alibi contra. Sic libri omnes. Varro de Re Rust. lib. I, cap. 57: *At triticum condi oportet in granaria sublimia, quae perflentur vento ab exortu, ac septemtrionum regione, atque nulla aura humida ex propinquis locis adspiret*. Et paulo post: *Granaria in agro quidam sublimia faciunt, ut in Hispania citeriore, et in Apulia: ita ut non solum a lateribus per fenestras, sed etiam subtus a solo ventus regirare possit*. Hard.

Multi ventilari. Colum. lib. I, cap. 6: *Sic emunita sola et latera horreorum, ut retuli, prohibent curculionem:*

scendere infra quatuor digitos, nec amplius periclitari. Columella et Favonium ventum conferre frumento praecipit: quod miror equidem, siccissimum alioqui. Sunt qui rubeta rana in limine horrei pede e longioribus suspensa, invehere iubeant. Nobis referre plurimum tempestivitas condendi videbitur. Nam si parum tostum atque robustum collectum sit, aut calidum conditum, inimica innasci necesse est: diuturnitatis 3
causae plures: aut in ipsius grani corio, quum est numerosius, ut milio; aut succi pinguedine, qui pro humore sufficit tantum, ut sesamae: aut amaritudine, ut lupino et cicerculae. In tritico maxime crescunt

quod genus exitii quum incidit, multi opinantur arceri posse, si exesae fruges in horreo ventilentur, et quasi refrigerentur. Id autem falsissimum est: neque enim hoc facto expelluntur animalia, sed immiscentur totis acervis: qui si maneant immoti, summis tantum partibus infestantur: quoniam infra mensuram palmi non nascitur curculio: longeque praestat id solum, quod iam vitiatum est, quam totum periculo subiicere, etc. H.

Curculionem enim non desc. Refert hoc ipsum Palladius l. c. ex Columella, Virg. Georg. I, vs. 185: *populatque ingentem farris acervum Curculio.* Vermis est frumenta corrodens, vulgo *calendre, charançon.* Plautus in ea fabula, quam de parasili cuiusdam nomine Curculionem inscripsit, act. IV, scen. IV, vs. 30: *Vbi nunc Curculionem inveniam?* CA. *In tritico facillime Vel quingentos curculiones pro uno faxo reperias.* H.

Columella. Lib. II, cap. 21, p. 79: *At ubi paleis immixta sunt frumenta, vento separentur. Ad eam rem Favonius habetur eximius, qui levis, aequalisque, aestivis mensibus perflat.* Sic etiam auctor Geopon. lib. II, cap. 25. H.

Siccissimum. Tepidum Favonium, sed subsolano tamen sicciorem esse dixit lib. II, c. 48. H.

Sunt qui rubeta rana. Rursus hic et ubicumque post octavum librum adiecta fuerit vox *rana*, persuasum habeo superfluere. Neque enim est brevitatis Plinianae, quum abunde in octavo descripserit rubetam ranam, toties in sequentibus inculcare *rubeta rana*, quasi de industria vellet lundere. PINT.

Inimica innasci. Formicam et curculionem. HARD.

Diuturnitatis. Theophrastus, de Caus. lib. IV, cap. 16: Πρὸς δὲ θησαυρισμὸν ἄριστα μὲν κέγχρος, καὶ ἔλυμος, καὶ σήσαμον, καὶ θέρμος, καὶ ἐρέβινθος. Τὰ μὲν, ὅτι πολυχίτωνα καὶ ξηρά, τὰ δ' ὅτι λιπαρά. Ο δὲ θέρμος καὶ ὁ ἐρέβινθος πικρότητά τινα ἔχουσι καὶ δριμύτητα· καὶ διατηροῦσι δὲ ταῦτα ἀπαθῆ, ὥσπερ εἴρηται. *Omnium optime recondi possunt, milium, panicum, sesama, lupinum, cicer. Milium et panicum, quia tunica multiplici integun-*

animalia, quoniam spissitate sua concalescit, et furfure crasso vestitur. Tenuior hordeo palea, exilis et legumini: ideo non generant. Faba crassioribus tunicis operitur, ob hoc effervescit. Quidam ipsum triticum diuturnitatis gratia aspergunt amurca, mille
4 modios quadrantali. Alii Chalcidica aut Carica creta, aut etiam absinthio. Est et Olynthi, ac Cerinthi Euboeae terra, quae corrumpi non sinat. Nec fere condita in spica laeduntur. Vtilissime tamen servantur in scrobibus, quos siros vocant, ut in Cappadocia, et in Thracia. In Hispania et Africa, ante omnia ut sicco solo fiant, curant: mox ut palea substernatur. Praeterea cum spica sua conduntur. Ita frumenta si nullus spiritus penetret, certum est nihil maleficum nasci.

tur et sicca sunt: sesama, ob succi pinguitudinem: lupinum et cicer amaritudinem quamdam et acrimoniam habent, quae conservare ea sine noxa possunt, ut dictum est. Cicerculam Theophrasti ἰρέβινθον dici obiter animadverte. H.

Quidam ipsum. Varro de Re Rust. lib. I, cap. 57: *Quidam ipsum triticum amurca conspergunt, quum addant in circiter mille modium, quadrantal amurcae. Item alius aliud adfriat, aut adspergit: ut Chalcidicam, aut Caricam, cretam, aut absinthium.* De quadrantali seu amphora dixi lib. XIV, cap. 5. H.

Absinthio. Coriandrum et conyzam laudat Palladius. Dalec.

Est et Olynthi. Creditur et terram apud quosdam haberi, inquit Theophrastus, Hist. lib. VIII, cap. extr. qua illitum triticum servari unice potest: Δοκεῖ δὲ καὶ γῆ τις εἶναι παρά τισιν, ἣ διαπαττομένη συντηρεῖ τὸν πυρόν. Ὥσπερ ἥτε ἐν Ολύνθῳ, καὶ ἐν Κηρίνθῳ τῆς Εὐβοίας.

Siros. Cryptas Vitruv. appellat lib. VI, cap. 8. Dal. — *Quos siros vocant.* Varro, l. c. *Quidam granaria habent sub terris, speluncas, quas vocant σιρούς, ut in Cappadocia ac Thracia. Alii, ut in Hispania citeriore puteos, ut in agro Carthaginiensi et Oscensi. Horum solum paleis substernunt, et curant ne humor aut aër tangere possit, nisi quum promitur ad usum: quo enim spiritus non pervenerit, ibi non oritur curculio.* Habet eadem Columella, l. I, cap. 6. Hesych. Σιροῖς, ὀρύγμασιν, ἐν οἷς κατετίθεντο τὰ σπέρματα. Haao. —In calidis regionibus triticum optime servari in his puteis, quos hodieque *silos* appellamus, auctor est Shaw, *Voy.* tom. I, pag. 287. Repertum est in Herculanensibus ruinis triticum in fictilibus vasis conditum ante annos 1700. Alia multa habemus exempla tritici per triginta quadragintave, aut etiam centum et decem annos servati. Vid. *Mémoir. de l'Académie des Sciens.* ann. 1708. Ed. P.

Varro auctor est, sic conditum triticum durare annis quinquaginta, milium vero centum. Fabam et legumina in oleariis cadis oblita cinere, longo tempore servari. Idem fabam a Pyrrhi regis aetate, in quodam 5 specu Ambraciae usque ad piraticum Pompeii Magni bellum durasse, annis circiter centum viginti. Ciceri tantum nullae bestiolae in horreis innascuntur. Sunt qui urceis cinere substratis, et illitis acetum habentibus, leguminum acervos superingerant, ita non nasci maleficia credentes. Alii, qui in salsamentariis cadis gypso illinant; alii, qui lentem aceto laserpitiato respergant, siccatamque oleo inungant. Sed brevissima observatio, quod vitiis carere velis, interlunio legere. Quare plurimum refert, condere quis malit, an vendere. Crescente enim luna, frumenta grandescunt.

Varro. Loc. cit. In Bibliotheca Caesarea Viennae Austriae capsulam asservari, scribit Lambecius ei Bibliotheceae praefectus, lib. VI, p. 316, qua in capsula frumentum sit conditum, quod anno 1664, trecentorum iam ac tricenum esset annorum, ut ex affixis ei capsae publicis instrumentis ac monumentis liquet. H.

Fabam et legumina. Theophr. Hist. lib. VIII, cap. 10, ad Apolloniam maris Ionii, fabam nullo pacto rodi scribit, et ideo quam diutissime servari. Dal.—*Fabam*, etc. Varro de Re Rust. I, 58. H.

Oblita cinere. Illitus e cinere fiebat, cinere in modum gypsi temperato, id est, aqua spissius diluto et commixto. Columella, lib. XIII, cap. 43. Dalec.

Sunt qui urceis. Fictilibus, aeneisve vasis, cooperiis, intus acetum habentibus, foris cinere illitis, inferne cinere rursum substratis. H.

Maleficia. Bestiolas frugibus inimicas. H.

Alii, qui in. Quod de leguminibus generatim Plinius et universe pronuntiat, hoc in primis de lente Columella, lib. II, cap. 10: *Ea*, inquit, *ne curculionibus absumatur, in sole siccetur, et radice silphii trita cum aceto adspergatur, defricaturque: atque ita rursus in sole siccata, et mox refrigerata recondatur, si maior est modus, in horreo: si minor, vasis oleariis, salsamentariisque, quae repleta confestim gypsata sunt. Quandocumque in usus prompserimus, integram lentem reperiemus. Potest tamen etiam citra istam medicationem cineri mixta commode servari.* H.

Crescente enim luna. Frumenta luna crescente lecta grandescunt in area. H.

LXXIV. (XXXI.) Sequitur ex divisione temporum autumnus a Fidiculae occasu ad aequinoctium, ac deinde Vergiliarum occasum, initiumque hiemis. In his intervallis significant, pridie idus Augusti Atticae Equus oriens vesperi: Aegypto et Caesari Delphinus occidens. XI kalendas septembris Caesari et Assyriae, stella, quae Vindemitor appellatur, exoriri mane incipit, vindemiae maturitatem promittens. Eius argumentum erunt acini colore mutati. Assyriae V kalendas et Sagitta occidit, et Etesiae desinunt. Vindemitor Aegypto nonis exoritur, Atticae Arcturus matutino,
2 et Sagitta occidit mane. Quinto idus septembris Caesari Capella oritur vesperi. Arcturus vero medius pridie idus, vehementissimo significatu terra marique per dies quinque. Ratio eius haec traditur: si Delphino occidente imbres fuerint, non futuros per Ar-

LXXIV. *Significant.* Hoc est, ut saepe diximus, tempestatum significatus habent dies aut sidera mox appellanda. HARD.

Delphinus occidens. Occasu vespertino: quem idibus Columella adiudicat: *Idibus Augusti, Delphini occasus, tempestatem significant* Et postero die, *XIX kal. septembr. eiusdem sideris matutinus occasus tempestatem significat.* H.

XI kal. septemb. Qualriduo post Columellae, XI, 2: *VII kal. sept. Vindemiator exoritur mane, et Arcturus incipit occidere: interdum pluvia.* HARD.

Vindemitor. Sic ex MSS. em. Hard. *Antevindemiator*, προτρυγητὴρ Ptolem. προτρύγητος et *Provindemiator* Vitr. τρυγητὴρ Hesiod. *vindemiator* Gr. et al. ED. P.

Eius argumentum erunt acini colore mutati. Scribo, *Eius argumentum erunt vinacea colore mutata.* Columella lib. II, cap. 2: *Naturalis autem maturitas est, si quum expresseris vinacea, quae acinis celantur, iam infuscata et nonnulla propemodum nigra fuerint. Nam colorem nulla res vinaceis potest afferre nisi maturitas, praesertim quum ita in media parte acinorum sint, ut et a sole aestuante et a ventis protegantur; humorque ipse non patitur ea praecoqui atque infuscari nisi suapte natura.* PINT.

Quinto idus. Columellae, *Septima idus Capra exoritur, tempestatem significat.* H.

Vehementissimo. Plautus in Rudente, Prol. v. 69: *Increpui hibernum, et fluctus movi maritimos. Nam Arcturus signum sum omnium acerrimum: Vehemens sum exoriens: quum occido, vehementior.* Stella est eximie conspicua in signo Bootae sive Arctophylacis, post caudam

cturum. Signum orientis eius sideris servetur hirundinum abitus: namque deprehensae intereunt. Decimo sexto kalendas octobris Aegypto Spica, quam tenet Virgo, exoritur matutino, Etesiaeque desinunt. Hoc idem Caesari XIV kalendas, XIII Assyriae significant: et XI kalendas Caesari commissura Piscium occidens, ipsumque aequinoctii sidus VIII kalendas octobris. Deinde consentiunt (quod est rarum) Philippus, 3
Callippus, Dositheus, Parmeniscus, Conon, Criton, Democritus, Eudoxus, IV kalendas octobris Capellam matutino exoriri, et III kalendas Hoedos. Sexto nonas octobr. Atticae Corona exoritur mane. Asiae et Caesari V kalendas Heniochus occidit matutino. Tertio kalendas Caesari Corona exoriri incipit; et postridie occidunt Hoedi vesperi. VIII idus octobris Caesari fulgens in Corona stella oritur. Et III idus Vergiliae vesperi. Idibus Corona tota. Sexto kalendas novembris Suculae vesperi exoriuntur. Pridie kalendas Caesari Arcturus occidit: et Suculae exoriuntur cum sole. Quarto 4
nonas Arcturus occidit vesperi. Quinto idus novembris gladius Orionis occidere incipit. Deinde III idus Vergiliae occidunt. In his temporum intervallis opera rustica, napos, raphanos serere, quibus diebus diximus. Vulgus agreste et rapa post ciconiae discessum

maioris ursae: unde nomen habet, quasi ἄρκτου οὐρά. Cicero in Phaenom. de Arctophylace: *Arctophylax vulgo qui dicitur esse Bootes.... Huic autem subter praecordia fixa videtur Stella micans radiis, Arcturus nomine claro.* H.

Namque deprehensae. Quae ab eo sidere deprehenduntur, nec ante abierint, quam exoriatur, frigore intereunt. H.

Hoc idem Caesari. Et Columellae lib. XI, cap. 2, p. 381: *XIV kalend. octobr. Spica Virginis exoritur.* H.

Commissura Piscium. Ea taeniola est, qua uterque piscis connectitur, ut quidem in globo pingitur. Columella eodem die Pisces occidere matutino ait. H.

Aequinoctii sidus. Sol aequinoctium faciens. H.

Quibus diebus diximus. Cap. 35, *inter duorum numinum dies festos, Neptuni atque Vulcani.* H.

Post ciconiae. De eius discessu diximus cap. 34. Hard.

male seri putat. Nos omnino post Vulcanalia, et praecocia cum panico. A Fidiculae autem occasu viciam, faseolos pabulum: hoc silente luna seri iubent. Et frondis praeparandae tempus hoc est. Vnus frondator quatuor frondarias fiscinas complere in die iustum habet. Si decrescente luna praeparetur, non putrescit: aridam colligi non oportet. Vindemiam antiqui numquam existimavere maturam ante aequinoctium: iam passim rapi cerno. Quamobrem et huius tempora notis argumentisque signentur. Leges ita se habent: Vvam calidam ne legito, hoc est, in eius siccitate, ac nisi imber intervenerit. Hanc ne legito rorulentam, hoc est, si ros nocturnus fuerit; nec prius, quam sole discutiatur. Vindemiare incipito, quum ad palmitem pampinus procumbere coeperit, aut quum exempto acino ex densitate intervallum non compleri apparuerit, acinum non augeri. Acinos plurimos fert, si contingat crescente luna vindemiare. Pressura una culeos xx implere debet. Hic est pes iustus. Ad totidem

Et praecocia. Rapa nimirum, cum panico, quod seri diximus ante Vergiliarum exortum, initio cap. 10. Hard.

Pabulum. Sive ocymum, ut dictum est lib. XVII, 35: *Ocymum, quod in vinea seri Cato iubet, antiqui appellabant pabulum*, etc. H.

Hoc silente luna. Hoc est, in interlunio, ut dictum est lib XVI, 74. Adde Marbodaeum lib. de Lap. pret. cap. 19, qui lunam silentem lunam primam interpretatur. H.

Vendemiam antiqui, etc. Varro lib. I, cap. 13; Columella lib. XII; Cato cap. xxiii; Palladius cap. xi Sept. Dalec.

Ac nisi imber. Simile est quod Cato praecipit cap. cxii de vino Coo faciendo: *Vvas relinquito in vinea, sinito ut bene coquantur: et ubi pluerit, et siccaverit, tunc deligito*, etc. Hard.

Quum ad palmitem, etc. Quum vinacea, sive grana acinorum, fusca vel nigra fuerint. Pallad. Dalec.

Acinos plurimos fert. Sic ex MSS. em. Hard. *acino plurimum refert* Gr. et al. Ed. P.

Pressura. Pressuram vocat, quantum uvarum in superposita cavea pedibus pressarum lacus vinarius accipit. Dal.

Culeos. Culeus 20 amphoras continet, et urnas 40. Fannius: *Est et his decies quem conficit amphora nostris culeus: hoc nulla est maior mensura liquoris.* De mensuris liquidorum

culeos et lacus, xx iugeribus unum sufficit torculum. Premunt aliqui singulis, utilius binis; licet magna sit vastitas singulis. Longitudo in his refert, non crassitudo: spatiosa melius premunt. Antiqui funibus vittisque loreis ea detrahebant, et vectibus. Intra centum annos inventa Graecanica, mali rugis per cochleas bullantibus, palis affixa arbori stella, a palis arcas lapidum attollente secum arbore: quod maxime probatur. Intra viginti duos hos annos inventum, 7

vide annotat. Philandri in lib. VI Vitruvii cap. 9. Dal. — *Culeos.* De culeo diximus XIV, 5; de lacu cap. 7. Hard.

Pes iustus. Pedum iustum dici arbitror, iustam exactamque mensuram liquidorum, quae omnes alias continet (est enim culeus omnium vini mensurarum maxima): ad pedis similitudinem, qui iusto modo inferiores alias mensuras colligit, nempe uncias, ut alii volunt, duodecim, ut alii, sedecim: non autem brisam, et vinaceorum scapos sive scipiones cum folliculis, quos pedem Columella vocat lib. XII. Vulgo *le marc.* Dal.

Et lacus. Pour vingt cuvées. H.

Vnum sufficit torculum. Vitruvius lib. VI, cap. 9; Cato cap. XII, XIII, XVIII; Colum. lib. I, cap. 6; Varro lib. I, cap. 54. Dal. — *Torculum. Un pressoir.* Torculum, torcular, torcularium dixere promiscue vetusti scriptores. H.

Premunt aliqui singulis. Torculis, sive prelis scilicet. Est autem prelum torcularium, *l'arbre du pressoir.* Hard.

Licet magna sit vastitas. Duobus prelis longitudinem pedum quadragenum Vitruvius assignat VI, 9; latitudinem XXIV. H.

Spatiosa. Quae nempe longiora sunt et eadem latiuscula. H.

Antiqui. Meminit eius moris loco cit. Vitruvius: *Ipsum autem torcular, si non cochleis torquetur, sed vectibus,* etc. H.

Detrahebant. Deprimebant prela. Hard.

Intra centum annos: Augusti principatu. H.

Graecanica. Subintellige torcula: *pressoir à vis.* Graecanica *torcula*, in quibus rugae *torcularii mali* per cochleam torquentur: imposita arbori affixaque *ex altero trabis* capite stella *lignea* e palis *decussatim positis*: quibus e palis arcae lapidum pendeant, quas secum attollat arbos. H.

Bullantibus. Decurrentibus per cochleam spiris crassioribus, torosis, exstantibus, in bullae morem rotunditatis. Plus etiam dixisse videtur una significatione vocis huiusce *bullantibus*, quam possit ulla copia sermonis enarrari. H.

Attollente secum arbore. Ad aequipondium videlicet, interim dum ex altero capite arbos deprimitur: uti in tollenonibus fieri quotidie promptum est intelligere. De tollenonibus libro sq. cap. 20.

Intra viginti duos. Anno igitur Vr-

parvis prelis, et minori torculari, aedificio breviore, et malo in medio decreto, tympana imposita vinaceis superne toto pondere urgere, et super prela con-
8 struere congeriem. Hoc et poma colligendi tempus, et observatio, quum aliquod maturitate, non tempestate, deciderit: hoc et faeces exprimendi: hoc et defrutum coquendi silente luna noctu: aut si interdiu, plena: caeteris diebus aut ante exortum lunae, aut post occasum. Nec de novella vite, aut palustri, nec nisi e matura uva, nec nisi foliis despumandum: quia si ligno contingatur vas, adustum ac fumosum fieri putant. Iustum vindemiae tempus ab aequinoctio ad Vergiliarum occasum dies XLIV. Ab eodem die oraculum occurrit, frigidum picari pro nihilo ducen-
9 tium. Sed iam et kalendis ianuarii, defectu vasorum, vindemiantes vidi, piscinisque musta condi, aut vina effundi priora, ut dubia reciperentur. Hoc tam saepe proventu nimio evenit, quam saevitia insidiantium caritati civili. Sed aequi patrisfamilias modus est, annona cuiusque anni uti. Id peraeque etiam lucro-

bis 808; Neronis, tertio: haec enim auctor commentabatur anno 830. H.

Et malo. Malus torcularius in medio statuitur, *la vis du pressoir*. H.

Tympana. Asseres planos ac latos, uvis quae sunt premendae impositos. HARD.

Congeriem. Vel tignorum, vel lapidum, quorum gravitas ponderi addat. DAL.

Hoc et defrutum. Ita Colum. XII, 19. HARD.

Iustum vindemiae tempus, etc. Varro de Re Rust. lib. I, cap. 34. HARD.

Frigidum, etc. Frigido picare pro nihilo duci. Eo sensu, inutile prorsus esse, intempestivum et nihili, vasa, dolia fricare, radere, pice linire, ad excipiendum vinum praeparare, quum iam caelum frigidum esse incipit, ut septembri mense, quum autumnus iniit: opus enim id rusticum faciendum est adhuc aestuoso caelo, longe antequam vindemiae tempus advenerit. DAL.

Vina effundi priora. Quum apotheca plena est vini veteris, nec condendo musto vasa parata et vacua sunt. Turn. l. XXX, c. 34. DAL.

Vt dubia. Nova scilicet, quibus vetusta vina praestant. Sunt enim ea dubiae bonitatis, quorum tam sera pressura, quaeque serius sunt vasis condita. HARD.

sissimum. Reliqua de vinis affatim dicta sunt. Item vindemia facta olivam esse rapiendam, et quae ad oleum pertinent, quaeque ad Vergiliarum occasum agi debent.

LXXV. (XXXII.) His, quae sunt necessaria, adiicientur de luna, ventisque et praesagiis, ut sit tota sideralis ratio perfecta. Namque Virgilius etiam in numeros lunae digerenda quaedam putavit, Democriti sequutus ostentationem. Nos legum utilitas, quae in toto opere, in hac quoque movet parte. Omnia quae caeduntur, carpuntur, conduntur, innocentius decrescente luna, quam crescente fiunt. Stercus, nisi decrescente luna, ne tangito. Maxime intermenstrua dimidiaque stercorato. Verres, iuvencos, arietes, hoedos decrescente luna castrato. Ova luna nova supponito. Scrobes luna plena noctu facito. Arborum radices luna plena operito. Humidis locis interlunio serito, et circa interlunium quatriduo. Ventilari quoque frumenta ac legumina, et condi circa extremam lunam iubent: seminaria, quum luna supra terram

LXXV. *Luna*... De lunari ratione, Varro l. I, c. 37. Dal.

Virgilius etiam in numeros, etc. *Ipsa dies alios alio dedit ordine luna, Felices operum: quintam fuge*, etc. Georg. I, 276. Mox *quaedam lunae*, hoc est, quaedam de luna. H.

Democriti sequutus ostentationem. Mirum est omissam hac in parte a Plinio Hesiodi mentionem, quem sequutum esse Virgilium in digestione quorumdam operum in numeros lunae, ex primo Georgicon volumine notum est, et confirmat Servius grammaticus. Quare aestimandum hic est, legine debeat non *ostentationem*, sed *et Hesiodi rationem*. Pint.

Omnia quae caeduntur. Theophr. Histor. lib. V, c. 1. Dal. — *Omnia quae*. Vide quae dicta sunt II, 74. Hard.

Stercus, nisi decrescente. Hoc nimirum est, quod Germanicus Caesar suis commentariis scribit in Aratum, augmenta detrimentaque lunae non solum terram sentire, sed et lapides, et cerebra, et laetamina, quae lunae crementis eiecta vermiculos pariunt. Denique lunae crementis abscissa ligna furfuraceis tinearum cerebramentis fistulascere. Hadrianus Iun. VI, cap. 20. Dal. — *Stercus*. Auctor Geop. II, cap. 49, pag. 59: Ὅτι δὲ σελήνης αὐξανούσης οὐ χρὴ κοπρίζειν, etc. Hard.

Intermenstrua. Sive intermestri, ut

sit, fieri: calcari musta, quum luna sub terra: item materies caedi, quaeque alia suis locis diximus. Ne-
3 que facilior est observatio ac iam dicta a nobis secundo volumine: sed quod intelligere vel rustici possint, quoties ab occidente sole cernetur, prioribusque noctis horis lucebit, crescens erit, et oculis dimidiata iudicabitur: quum vero occidente sole orietur ex adverso, ita ut pariter aspiciantur, tum erit plenilunium. Quoties ab ortu solis orietur, prioribusque noctis horis detrahet lumen, et in diurnas extendet,
4 decrescens erit, iterumque dimidia. In coitu vero (quod interlunium vocant) quum apparere desierit. Supra terras autem erit, quandiu et sol, interlunio, et prima tota die: secunda, horae unius dextante sicilico: ac deinde tertia usque ad quintam decimam, multiplicatis horarum iisdem portionibus: quinta decima tota supra terras noctu erit, eademque sub terris tota die. Decima sexta ad primae horae nocturnae dextantem sicilicum sub terra aget, easdemque portiones horarum per singulos dies adiiciet usque ad interlunium. Et quantum primis partibus noctis detraxerit, quod sub terris agat, tantumdem novissimis ex die adiiciet supra terram. Alternis autem mensibus xxx implebit numeros, alternis vero detrahet singulos. Haec erit ratio lunaris.

dictum est lib. XVI, cap. 75. Hard.— *Intermenstrua.* De luna intermenstrua vid. Fulv. Vrsinus ad Varr. de Re Rust. lib. I, cap. 37. Dalec.

Item materies. Vide lib. XVI, cap. 74. Hard.

Secundo volumine. Lib. II, cap. 11. Hard.

Quoties ab ortu. Quoties ab exortiva caeli parte orietur, sed serius, ita ut nocti suum lumen per aliquot horas negel. H.

Dextante sicilico. Lib. II, cap. 14, lucci dodrantes semuncias horarum. Dextantem sicilicum unius horae, Budaeus lib. I de Asse, decem uncias cum quarta unciae parte interpretatur. Dal.—*Dextante sicilico.* Secunda die, inquit, luna supra terras erit per dextantem sicilicum unius horae vesperi, hoc est, 51 min. 174, seu per quinque sextas partes unius horae, et aliquanto amplius. Finge horam unam in partes duodenas tri-

LXXVI. (XXXIII.) Ventorum paulo scrupulosior. Observato solis ortu quocumque libeat die, stantibus hora diei sexta, sic ut ortum eum a sinistro humero habeant, contra mediam faciem meridies, a vertice septemtrio erit. Qui ita limes per agrum currit, cardo appellatur. Circumagi deinde melius est, ut umbram suam quisque cernat: alioqui post hominem erit. Ergo permutatis lateribus, ut ortus illius diei a dextro humero fiat, occasus a sinistro, tunc erit hora sexta, quum minima umbra contra medium fiet hominem. Per huius mediam longitudinem duci sarculo sulcum: vel cinere lineam, verbi gratia, pedum viginti conveniet; mediamque mensuram, hoc est, in x pede, circumscribi circulo parvo, qui vocetur umbilicus. Quae pars fuerit a vertice umbrae, haec erit ventus septemtrionalis. Illo tibi, putator, arborum plagae ne spectent, neve arbusta vineaeve, nisi in Africa, Cyrenis, Aegypto. Illinc flante ne arato, quae-

bui: dextans ex illis denas complectitur: sicilicus, partis undecimae quartam partem. H.

LXXVI. *Ventorum.* Arist. lib. de Mundo, cap. 3. Dal.

Hora diei sexta. Quae nobis meridies est, et duodecima diei hora. H.

Cardo. Limiti, fossae, viae, quae a meridie ad septentrionem ducebatur, cardinis nomen inditum est a mundi cardine, ut Hyginus admonet initio libri de Limitibus constituendis. Haro.

Qui vocetur umbilicus. Vmbilicum Plinius admonet appellari, spatium instar circuli circumscriptum, in medio agro, vel regionis. Sic lib. III, cap. 17, *Cutiliae lacum* dixit idem a Varrone appellari *Italiae umbilicum.* Eo sensu etiam in Cantico Canticorum dicitur, VII, 2: *Vmbilicus tuus crater toruatilis, nunquam indigens poculis.* Nam ibi populus Iuda Hierosolymitanae toparchiae praeconium facit, et Bethlehem oppidum, quod in medio illius toparchiae sive regionis est, cisternam dicit habere similem crateri bene tornato, quo nihil effici possit rotundius, nec umquam potus egentem. Cisterna haec, cuius fit mentio Reg. II, XXIII, 15: *Desiderauit ergo David, et ait: O si quis mihi daret potum aquae, de cisterna, quae est in Bethlehem iuxta portam!* *Pocula* enim pro ipso potu dixere latinitatis auctores optimi. Sic *viventia pocula* dixit Plinius lib. XXVIII, 2. Sic etiam Horat. II, Sat. 6, v. 70: *siccat inaequales calices conviva, solutus legibus insanis: seu quis capit*

que alia praecipimus. Quae pars lineae fuerit a pedibus umbrae, meridiem spectans, haec ventum Austrum dabit, quem a Graecis Notum diximus vocari.
3 Illinc flatu veniente, materiam, vineamque, agricola, ne tractes. Humidus aut aestuosus Italiae est. Africae quidem incendia cum serenitate affert. In hunc Italiae palmites spectent, sed non plagae arborum vitiumve. Hunc oliveti metator Vergiliarum quatriduo, hunc caveat, insitor calamis, gemmisque inoculator. De ipsa regionis eius hora praemonuisse conveniet. Frondem media die, arborator, ne caedito. Quum meridiem adesse senties, pastor, aestate contrahente se
4 umbra, pecudem a sole in opaca cogito. Quum aestate pasces, in occidentem specta ante meridiem, post meridiem in orientem: aliter noxium, sicut hieme et vere si in rorulentum duceres. Ne contra septemtrionem paveris supra dictum. Clodunt ita, lippiuntve

aeria fortis Pocula, seu modicis humescit laetius. H.

Quaeque alia praecipimus. Scribendum haud dubie *praecipiemus*, non *praecipimus*: reservat enim praeceptum in caput proximum, et ex eo constabit. Pint.

Hunc ... quatriduo. Quo de quatriduo egimus lib. XVII, 2. H.

Aestate contrahente se umbra, pecudem a sole in opaca ducito. Aliter exhibet vetus codex, *Aestate contrahente se umbra solis, pecudes in opaca ducito.* Pint.

Quum aestate. Vide quae in eam rem diximus lib. VIII, 75. Adde Palladium lib. XIII in Nov. t. 13, pag. 171. Hard.

Sicut hieme et vere. Morbum hunc lippitudinis seu gravedinis et alvi citae, non flatui septemtrionis, sed rori hiemis verisque Columella tribuit lib. VII, cap. 3. Pint. — *Sicut hieme.* Colum. loco cit. *Hieme et vere, matutinis temporibus intra septa continentur, dum dies arvis gelicidia detrahat: nam pruinosa iis diebus herba pecudi gravedinem creat, ventremque proluit*, etc. Vide et cap. 5 eiusdem libri; Palladium quoque loco cit. Hard.

Supra dictum. Libentius agnoverim *sit praedictum*: quasi dicat, praedoctus esto, ut cap. sq. Quo enim loco id ante dixerit, non occurrit. Hard.

Clodunt ita. Oculos nimirum, ut qui nictatione laborant. Inde fortassis Clodia gens apud Romanos nomen traxit. Hard.

ab afflatu et alvo cita pereunt. Qui feminas concipi voles, in hunc ventum spectantes iniri cogito.

LXXVII. (XXXIV.) Diximus ut in media linea designaretur umbilicus. Per hunc medium transversa currat alia. Haec erit ab exortu aequinoctiali ad occasum aequinoctialem: et limes qui ita secabit agrum, decumanus vocabitur. Ducantur deinde aliae duae li-

Qui feminas. Scribendum, *Qui mares concipi voles*, etc. alioquin committes Plinium cum Columella, et quod gravius est, cum Aristotele, ex quibus Columella lib. VII, cap. 3: *At si res*, inquit, *exigit ut plures mares progenerandi sint, Aristoteles vir callidissimus rerum naturae praecepit admissurae tempore observare siccis diebus habitus septemtrionales, ut contra ventum gregem pascamus, et eum spectans admittatur pecus. At si feminae generandae sunt, austrinos flatus captare, ut eadem ratione matrices ineantur.* Haec Columella. Aristoteles autem libro de Generatione Animal. IV, cap. 2, sic disserit. *Flatibus item aquilonii magis quam austrinis mares gignuntur.* Et mox paulo post: *Nec non pastores aiunt interesse ad maris ac feminae pecoris feturam, non solum si ita accidit, ut initus aquilonii austrinisve flatibus fiat, sed etiam si quum pecus coit, spectat ad Aquilonem aut Austrum.* Probat id quoque auctoritate Didymi Heron graecus auctor lib. Geopon. XVIII. Nec tantum a praedictis scriptoribus Plinius dissentiret, sed quod esset intollerabile, a se ipso, qui capite sequente mares aquilonii flatibus, feminas austrinis procreari tradit. Sed persuasum habeo verba haec Pliniana non esse. Cur enim anticipasset hic Plinius quod statim cap. proximo dicturus erat. Pist.— *Qui feminas... ventum.* In septemtrionem videlicet, qui noxius est, non in Aquilonem, qui salubrior: in quem quae spectare coguntur oves, mares edunt, ut disimus ex Aristotele, caeterisque, lib. VIII, 72, dicimusque iterum cap. sq. Hahn.

LXXVII. *Diximus.* Cap. sup. H.

Umbilicus. Vide γνώμων in lexico Const. Haec machina respondere videtur aeneo gnomoni (Sextus Pompeius *Gnomam* vocat) in amussis medio collocato, quem Vitruvius describit lib. I, cap. 6. Indagatorem umbrarum, σκιαθήρας, id instrumentum Graeci vocant. Dal.

Decumanus. Iurisconsultis limites qui populo iter praebent, alii sunt decumani, lati pedes 40; alii cardines, lati pedes 20; alii Actuarii, lati pedes 12; alii subruncivi, lati pedes 8. Cuiacius, cap. 2 Observat. Vide Politianum, Miscell. cap. 86. Antiquis *decumanus* dicebatur *dextratus* et *sinistratus*, quod orientem ad dextram habeat, occidentem ad sinistram. Dalec.— *Decumanus vocabitur.* Festus quoque: *Decumanus appellatur limes, qui sit ab ortu solis ad occasum: alter ex transverso currens, appellatur cardo.* Atque eam ob causam, quoniam litterae X figuram exhibet, quae nota denarii est, decumano limiti factum id nomen. Alia causa appellationis decumani ovi, decuma-

neae in decusses obliquae, ita ut a septemtrionis dextra laevaque ad Austri dextram laevamque descen-
2 dant. Omnes per eumdem currant umbilicum, omnes inter se pares sint, omnium intervalla paria. Quae ratio semel in quoque agro ineunda erit, vel si saepius libeat uti, e ligno facienda, regulis paribus in tympanum exiguum, sed circinatum, adactis. Ratione qua doceo, occurrendum ingeniis quoque imperitorum est. Meridiem excuti placet, quoniam semper est idem: sol autem quotidie ex alio caeli momento, quam pridie, oritur: ne quis forte ad exortum capiendam putet lineam. Ita caeli exacta parte, quod fuerit lineae caput septemtrioni proximum a parte exortiva, solstitialem habebit exortum, hoc est longissimi diei, ventumque Aquilonem, Boream Graecis dictum. In hunc ponito arbores vitesque. Sed hoc flante, ne arato: frugem ne serito: semen ne iacito. Praestringit enim atque percellit hic radices arborum quas positurus afferes. Praedoctus esto: alia robustis prosunt, alia infantibus. Nec sum oblitus, in hac parte ventum Graecis poni, quem Caeciam vocant. Sed idem Aristoteles, vir immensae subtilitatis, qui id ipsum fecit, rationem convexitatis mundi reddit, qua contrarius Aquilo Africo flat. Nec tamen eum toto anno in praedictis timet agricola. Mollitur sidere aestate media, mutatque nomen, et Etesias vocatur. Ergo quum frigidum senties, caveto: ac quacumque Aquilo praedicitur, tanto perniciosior septemtrio est.

nique fluctus, apud Festum, quem consule. Vide plura apud Vossium in Etymol. Haad.

Tympanum. Hoc est, tabulam solidam, ac planam. H.

Aquilonem, Boream. De varia appellatione ventorum diximus abunde lib. II, cap. 46, etc. H.

Mollitur sidere. Aquilo nimirum, qui Etesias appellatur: de quo iam antea Plinius lib II, cap. 47: *Aquilones*, inquit, *quos Etesias appellant. Mollire eos creditur solis vapor geminatus ardore sideris.* H.

In hunc Asiae, Graeciae, Hispaniae, maritimae Italiae, Campaniae, Apuliae, arbusta vineaeque spectent. Qui mares concipi voles, in hunc pascito, ut sic ineuntem ineat. Ex adverso Aquilonis ab occasu brumali Africus flabit, quem Graeci liba vocant. In hunc a coitu quum se pecus circumegerit, feminas conceptas esse scito.

Tertia a septemtrione linea, quam per latitudinem 3
umbrae diximus, et decumanam vocavimus, exortum habebit aequinoctialem, ventumque Subsolanum, Graecis Apelioten dictum. In hunc salubribus locis villae vineaeque spectent. Ipse leniter pluvius: tamen est siccior Favonius, ex adverso eius ab aequinoctiali occasu, Zephyrus Graecis nominatus. In hunc spectare oliveta Cato iussit. Hic ver inchoat, aperitque terras tenui frigore saluber. Hic vites putandi, frugesque curandi, arbores serendi, poma inserendi, oleas tractandi ius dabit, afflatuque nutritium exercebit.

Quarta a septemtrione linea, eadem Austro ab exor- 4
tiva parte proxima, brumalem habebit exortum, ventumque Vulturnum, Eurum Graecis dictum, sicciorem et ipsum, tepidioremque. In hunc apiaria et vineae Italiae, Galliarumque, spectare debent. Ex adverso Vulturni flabit Corus ab occasu solstitiali et occidentali latere septemtrionis, Graecis dictus Argestes, ex frigidissimis et ipse, sicut omnes qui a septemtrionis parte spirant. Hic et grandines infert, cavendus et

In hunc Asiae. In Aquilonem, aut Caeciam, non in septemtrionem. Hard.

Qui mares... in hunc. In Aquilonem adhuc, aut Caeciam. Vide quae dicta sunt lib. VIII, cap. 72. H.

In hunc a coitu, etc. Scilicet in Africum. Hard.

Cato iussit. Vt diximus XV, 6. H.

Nutritium exercebit. Tenui frigore nutritium, arborum agricolam exercebit. Hic Pinetus, ut saepe, cespital. Hard.

ipse, non secus ac septemtrio. Vulturnus si a serena caeli parte coeperit flare, non durabit in noctem: at Subsolanus in maiorem partem noctis extenditur. Quisquis erit ventus, si fervidus sentietur, pluribus diebus permanebit. Aquilonem praenuntiat terra siccescens repente, Austrum humescens rore occulto.

1 LXXVIII. (xxxv.) Etenim praedicta ventorum ratione, ne saepius eadem dicantur, transire convenit ad reliqua tempestatum praesagia, quoniam et hoc placuisse Virgilio magnopere video. Siquidem in ipsa messe saepe concurrere praelia ventorum damnosa imperitis refert. Tradunt eumdem Democritum metente fratre eius Damaso ardentissimo aestu orasse, ut reliquae segeti pareeret, raperetque deseeta sub teetum, paucis mox horis saevo imbre vatieinatione approbata. Quin immo et arundinem non nisi impendente pluvia seri iubent, et fruges insequuturo imbre. Quamobrem et haee breviter attingemus, serutati maxime pertinentia: primumque a sole eapiemus
2 praesagia. Purus oriens, atque non fervens, serenum diem nuntiat: at hibernam pallidus grandinem. Si et oecidit pridie serenus, et oritur, tanto eertior fides serenitatis. Concavus oriens pluvias praedieit: idem

Aquilonem praenuntiat terra, etc. Legit Robertus Stephanus in Dictionario: *Aquilonem pronuntiat terra siccescens, sed rorescens repente Austrum imminet humescens in rore occulto.* Vnde hanc lectionem eruo: *Aquilonem praenuntiat terra siccescens: humore occulto rorescenti, repente Auster imminet.* Dal.

LXXVIII. *Virgilio.* Georg. I, vers. 313: *Saepe ego ventorum concurrere praelia vidi.* Haro.

Damaso. Refert hoc ipsum Clem. Alexand. Strom. lib. VI, p. 631, ubi et Damasum fratrem Democriti vocat: Laërtius quoque in Democrito l. IX, pag. 247.

Purus oriens, etc. Conf. Theophrast. lib. de Sign. seren. pag. 428. Haro.

Si et occidit. Theophrast. loc. cit. Haro.

Concavus oriens. Sol abditus in cavo nubis. Theophr. lib. de Sign. ve[illegible] p. 418. Virgilius, Georg. I, vs. 441: *Ille ubi nascentem maculis variaverit*

ventos, quum ante exorientem eum nubes rubescunt: quod si et nigrae rubentibus intervenerint, et pluvias. Quum orientis atque occidentis radii rubent, coire pluvias. Si circa occidentem rubescunt, nubes, serenitatem futurae diei spondent. Si in exortu spar- 3
gentur partim ad Austrum, partim ad Aquilonem, pura circa eum serenitas sit licet, pluviam tamen ventosque significabunt. Si in ortu aut in occasu contracti cernentur radii, imbrem. Si in occasu eius pluet, aut radii in se nubem trahent, asperam in proximum diem tempestatem significabunt. Quum oriente radii non illustres eminebunt, quamvis circumdati nube non sint, pluviam portendent. Si ante exortum nubes 4
globabuntur, hiemem asperam denuntiabunt. Si ab ortu repellentur, et ad occasum abibunt, serenitatem. Si nubes solem circumcludent, quanto minus luminis relinquent, tanto turbidior tempestas erit: si vero etiam duplex orbis fuerit, eo atrocior. Quod si in exortu fiet, ita ut rubescant nubes, maxima ostendetur tempestas. Si non ambibunt, sed incum- 5
bent, a quocumque vento fuerint, eum portendent. Si a meridie, et imbrem. Si oriens cingetur orbe, ex qua parte is se aperit, exspectetur ventus. Si totus defluxerit aequaliter, serenitatem dabit: si in exortu

ortum Concavus (conditus) *in nubem, medioque refugerit orbe, Suspecti tibi sint imbres.* Hard.

Idem ventos. Festus Rufus Arati interpres, vers. 256: *Ignea si fulgor praecurrit plurimus ora, Flamina crebra salis quatiunt vada*, etc. H.

Quum orientis atque occidentis radii rubent, etc. Theophr. lib. de Sign. pluv. et vent. pag. 111. H.

Si in exortu spargentur partim ad Austrum, etc. Festus Avienus, vers. 242, de sole: *Sed non ora cavo similis, medioque recedens Orbe quasi, vel si radios discingitur ultro, Figat ut australem porrecto sidere partem, Ac Boreas rigidi iaculetur luminis igne, Et vento et pluviis reparata luce carebit.* Hard.

Si in ortu aut in occasu cernentur radii, imbrem. Ruf. Avienus, loc. cit. Hard.

longe radios per nubes porriget, et medius erit inanis, pluviam significabit. Si ante ortum radii se ostendent, aquam et ventum. Si circa occidentem candidus circulus erit, noctis levem tempestatem: si nebula, vehementiorem: si candente sole, ventum: si ater circulus fuerit, ex qua regione is ruperit se, ventum magnum.

1 LXXIX. Proxima sint iure lunae praesagia. Quartam eam maxime observat Aegyptus. Si splendens exorta puro nitore fulsit, serenitatem: si rubicunda, ventos: si nigra, pluvias portendere creditur. In quinta cornua eius obtusa, pluviam: erecta et infesta ventos semper significant: quarta tamen maxime. Cornu eius septemtrionale acuminatum atque rigidum, illum praesagit ventum: inferius, Austrum: utraque recta, noctem ventosam. Si quartam orbis rutilus cingit, ventos et imbres praemonebit. Apud 2 Varronem ita est: Si quarto die luna erit directa, magnam tempestatem in mari praesagiet, nisi si coronam circa se habebit, et eam sinceram: quoniam illo modo non ante plenam lunam hiematurum ostendit. Si plenilunio per dimidium pura erit, dies serenos significabit: si rutila, ventos: nigrescens, imbres. Si caligo orbis nubem incluserit, ventos, qua se

LXXIX. *Quartam eam maxime*, etc. Vide Festum Avienum, v. 135-174. Hard.

Si splendens. Virg. Georg. I, vers. 432: *Sin ortu in quarto, namque is certissimus auctor, Pura nec obtusis per caelum cornibus ibit, Totus et ille dies, et qui nascentur ab illo, Exactum ad mensem, pluvia ventisque carebunt*. Hard.

Si rubicunda. Virgil. Georgic. I, v. 430: *At si virgineum suffuderit ore ruborem, Ventus erit: vento semper rubet aurea Phoebe*. H.

Si nigra. Virg. Georg. v. 427: *Luna revertentes quum primum colligit ignes, Si nigrum obscuro comprenderit aëra cornu, Maximus agricolis pelagoque parabitur imber*. H.

Si quartam orbis rutilus. Virg. *Sin ortu quarto, namque is certissimus auctor*. Aratus tertium aeque ac quartum spectat usque ad δεχόμενον. Theophrastus τετράδας, ὀγδοάδας,

ruperit: si gemini orbes cinxerint, maiorem tempestatem. Et magis, si tres erunt, aut nigri, interrupti atque distracti. Nascens luna, si cornu superiore obatro surget, pluvias decrescens dabit: si inferiore, ante plenilunium: si in media nigritia illa fuerit, imbrem in plenilunio. Si plena circa se habebit orbem, ex qua parte is maxime splendebit, ex ea ventum ostendet. Si in ortu cornua crassiora fuerint, horridam tempestatem. Si ante quartam non apparuerit, vento Favonio flante, hiemalis toto mense erit. Si 4
decimo sexto vehementius flammea apparuerit, asperas tempestates praesagiet. Sunt et ipsius lunae octo articuli, quoties in angulos solis incidit, plerisque inter eos tantum observantibus praesagia eius, hoc est, tertia, septima, undecima, decima quinta, decima nona, vigesima tertia, vigesima septima, et interlunium.

LXXX. Tertio loco stellarum observationem esse 1
oportet. Discurrere eae videntur interdum, ventique protinus sequuntur, in quorum parte ita praesagivere. Caelum quum aequaliter totum erit splendidum, articulis temporum, quos proposuimus, autumnum serenum praesagibunt, et frigidum. Si ver et aestas non sine riguo aliquo transierint, au-

καὶ πανσελήνους. Brod. lib. III, cap. 13. Dalec.

Si cornu... obatro. MSS. *obatrato.* H. — Broterius, *obatrato.* Ed. P.

Sunt... octo articuli. Octo veluti puncta, seu stationes, ac positus lunae, unde si una cum sole a terra conspiciatur, diversos tum octo angulos facere ambo videntur. Aspectum octilem astronomi, seu octogonum vocant. H.

LXXX. *Discurrere eae videntur.* Aristot. in Probl. cap. 28. Dal. — *Discurrere.* Vide quae in eam rem diximus lib. II, c. 6 et 36. H.

Articulis.... quos proposuimus. Cap. 89 his verbis: *Rursus hi cardines singulis temporum articulis dividuntur, per media omnes dierum spatia. Quoniam inter solstitium et aequinoctium autumni, Fidiculae occasus autumnum inchoat*, etc. H.

Si ver et aestas. Vid. Theophr. lib. de Sigo. temp. H.

tumnum serenum et densum, minusque ventosum facient. Autumni serenitas ventosam hiemem facit. Quum repente stellarum fulgor obscuratur, et id neque nubilo, neque caligine, pluvia aut graves denuntiantur tempestates. Si volitare plures stellae videbuntur, quo feruntur albescentes, ventos ex iis partibus nuntiabunt. Aut si cursitabunt, certos: si id pluribus partibus fiet, inconstantes ventos effundent. Si stellarum errantium aliquam orbes incluserint, imbres. Sunt in signo Cancri duae stellae parvae, Aselli appellatae, exiguum inter illas spatium obtinente nubecula, quam Praesepia appellant. Haec quum caelo sereno apparere desierit, atrox hiems sequitur. Si alteram earum Aquiloniam caligo abstulit, Auster saevit: si Austrinam, Aquilo. Arcus quum sunt duplices, pluvias nuntiant: a pluviis, serenitatem non perinde certam: circuli novi circa sidera aliqua, pluviam.

LXXXI. Quum aestate vehementius tonuit quam fulsit, ventos ex ea parte denuntiat: contra si minus tonuit, imbrem. Quum sereno caelo fulgetrae erunt

Si volitare. Virgil. Georgic. I, vs. 365: *Saepe etiam stellas vento impendente videbis Praecipites caelo labi, noctisque per umbras Flammarum longos a tergo albescere tractus.* Recte vero admonuit Seneca, Natt. Quaest. lib. I, cap. 1, pag. 832: *Argumentum tempestatis nautae putant, quum multae transvolant stellae: quod si signum ventorum est, ibi est, ubi venti sunt, id est, in aëre, qui medius inter lunam et terram est.* Vide etiam Avienum, v. 361 et seqq. H.

Sunt in signo Geminus in Elem. Astron. cap. 11, pag. 12: Ἐν τῷ Καρκίνῳ νεφελοειδεῖ συστροφῇ ἐοικότας καλοῦνται φάτνη· οἱ δὲ πλήσιον αὐτῆς δύο ἀστέρες κείμενοι, ὄνοι προσαγορεύονται. *Quae stellae in Cancro nebulosae, stellarum congregatione similes sunt, vocantur Praesepe: duae stellae praesepi vicinae vocantur Asini.* Vide et Festum Avienum, vers. 325 et seqq. et Theophrastum de Sign. pluv. et vent. p. 113. H.

Arcus quum sunt. Aratus in Prognosticis interprete Avieno, v. 371: *si discolor Iris Demittat gemino se fornice... Pluribus abruptis fundetur nubibus imber.* H.

LXXXI. *Fulgetrae.* Sic ex MSS. emend. Hard. *fulgurat* Vet. *fulget*,

et tonitrua, abhiemabit. Atrocissime autem, quum ex omnibus quatuor partibus caeli fulgurabit. Quum ab Aquilone tantum, in posterum diem aquam portendit. Quum a septemtrione, ventum eum. Quum ab Austro, vel Coro, aut Favonio nocte serena fulguraverit, ventum et imbrem ex iisdem regionibus demonstrabit. Tonitrua matutina ventum significant, imbrem meridiana.

LXXXII. Nubes quum sereno caelo feruntur, a quacumque parte id fiet, exspectentur venti: si eodem loco globabuntur, appropinquante sole discutientur. Et hoc si ab Aquilone fiat, ventos: si ab Austro, imbres portendent. Sole occidente si ex utraque parte eius caelum petent, tempestatem significabunt. Vehementius atrae ab oriente, in noctem aquam minantur: ab occidente, in posterum diem. Si nubes, ut vellera lanae, spargentur multae ab oriente, aquam in triduum praesagient. Quum in cacuminibus montium nubes considerent, hiemabit. Si cacumina pura fient, disserenabit. Nube gravida candicante, quod vocant tempestatem albam, grando imminebit. Caelo quamvis sereno nubecula quamvis parva ventum procellosum dabit.

LXXXIII. Nebulae e montibus descendentes, aut caelo cadentes vel in vallibus sidentes, serenitatem promittunt.

pluviae erunt, et tonitrua, et hiemabit Gron. et al. Ed. P.

Atrocissime Theophr. lib. de Sign. ventor. pag. 119. H.

LXXXII. *Si nubes, ut vellera.* Aratus, loc. cit. *Vellera si caelo volitent,* etc. Theophr. quoque lib. de Sign. pluv. et vent. p. 111. H.

Quum in cacuminibus. Theophrast. lib. de Sign. temp. Ὀρέων κορυφαὶ κατεχόμεναι ὑπὸ νεφελῶν, χειμέριον. Hard.

Disserenabit. Dies serenus erit. Theophrast. lib. de Sign. seren. Τὰ ὄρη... ὅταν τὰς κορυφὰς καθαρὰς ἔχωσιν, εὐδίαν σημαίνει. *Montes quum habent pura cacumina, serenitatem significant.* H.

LXXXIII. *Vel in v. sedentes.* (Sic Gronov. et al. ante Hard. Ed. P.)

LXXXIV. Ab his terreni ignes proxime significant: pallidi namque, murmurantesque, tempestatum nuntii sentiuntur: pluviae etiam in lucernis fungi. Si flexuose volitet flamma, ventum; et lumina quum ex sese flammas elidunt, aut vix accenduntur. Item quum in eo pendentes coacervantur scintillae: vel quum tollentibus ollas carbo adhaerescit: aut quum contectus ignis e se favillam discutit, scintillamve emittit: vel quum cinis in foco concrescit, et quum carbo vehementer perlucet.

LXXXV. Est et aquarum significatio. Mare si tranquillum in portu a cursu stabit, et murmuraverit intra se, ventum praedicit. Si identidem, et hiemem, et imbrem. Littora ripaeque si resonabunt tranquillo, asperam tempestatem: item maris ipsius tranquillo sonitus, spumaeve dispersae, aut aquae bullantes. Pulmones marini in pelago, plurium dierum hiemem

Verior lectio *sidentes*, ut illud Ovidianum, *subsidere valles*. Favel et vetus exemplar. Pint.

LXXXIV. *Fungi.* Fungus is uligo et favilla est, cum fumo egressa, quae aëris crassitie cohibita, in lucerna residet ac manet, atrique fungi imaginem reddit. Virgil. in loco infra laudato. Aristophan. ἐν Σφηξί· Κοὐκ ἔσθ' ὅπως οὐχ ἡμερῶν τεττάρων τὸ πλεῖστον Ὕδωρ ἀναγκαίως ἔχοι τὸν θεὸν ποιῆσαι· Ἐπεισι γοῦν τοῖσι λύχνοις οὐτοῖ μύκητες· Φιλεῖ δ', ὅταν ᾖ τουτί, ποιεῖν ὑετόν μάλιστα. Victorius lib. XVIII, cap. 14, et lib. XXXIII, cap. 21. Aratus, Ἡ λύχνοιο μύκητες ἀγείρονται περὶ μύξαν. Callimach. εὔτ' ἂν λύχνου δ' αἰρομένου ἄδδην ἐγένοντο μύκητες. Theophrast. libello de Sign. ventor. et pluv. etc. Καὶ οἱ μύκητες, ἐὰν νότια ᾖ, ὕδωρ σημαίνουσι. Dalec. — *In lucernis fungi.* Virg. Georg. I, v. 390: *Nec nocturna quidem carpentes pensa puellae Nescivere hiemem, testa quum ardente viderent Scintillare oleum, et putres concrescere fungos.* H.

Et lumina. Theophrastus lib. de Sign. temp. p. 424. H.

Carbo adhaerescit. Apud Aratum et Theophrastum ollae impositae suo tripodi complures scintillae. Dalec.

LXXXV. *Littora ripaeque si*, etc. Theophrastus, ἀκτὴν βοῶσαν, αἰγιαλὸν ἠχῶντα dixit. Dalec. — *Littora ripaeque.* Theophrast. loc. cit. et lib. de Sign. vent. p. 418. Virg. Georgic. I, vers. 356: *Continuo ventis surgentibus, aut freta ponti Incipiunt agitata tumescere, et aridus altis Montibus audiri fragor: aut resonantia longe Littora misceri, et nemorum increbrescere murmur.* H.

portendunt. Saepe et silentio intumescit, flatuque altius solito iam intra se esse ventos fatetur.

LXXXVI. Equidem et montium sonitus, nemorumque mugitus praedicunt: et sine aura, quae sentiatur, folia ludentia. Lanugo populi, aut spinae, volitans; aquisque pluma innatans. Atque etiam in campis tempestatem venturam praecedens suus fragor: caeli quidem murmur non dubiam habet significationem. 1

LXXXVII. Praesagiunt et animalia. Delphini tranquillo mari lascivientes, flatum, ex qua veniunt parte: item spargentes aquam turbato, tranquillitatem. Loligo volitans, conchae adhaerescentes, echini affigentes sese, aut arena saburrantes, tempestatis signa sunt. Ranae quoque ultra solitum vocales. Et fulicae matutino clangore. Item mergi, anatesque, pennas 2

Flatuque altius. Forte, *influtuque.* Hard.

LXXXVI. *Folia ludentia.* Virg. Georg. I, vers. 368: *Saepe levem paleam, et frondes volitare caducas, Aut summa nantes in aqua colludere plumas.* H.

Lanugo..... aut spinae. Spinae albae. Aratus in Διοσημεῖα, p. 147: Ἤδη καὶ πάπποι λευκῆς, γήρειον ἀκάνθης. Sic enim apud aliquem graecum scriptorem Pliuius legisse intelligitur, et λευκῆς de populo alba accepisse: et quidem recte. Sunt autem albae spinae, quam Arati Scholiast. κίναραν vocat, pappi, carduorum flores, ut Festus explanat. Avienus Aratum sic reddidit, vers. 360: *Iamque super latices florum volitare senectam*, etc. Mox *suus fragor* idem valet, ac peculiaris, qui in campis audiri solet fragor. H.

LXXXVII. *Delphini tranquillo.* De hac re vide multa prodita a Rhodigino, lib. VIII, cap. 6. Dal.—*Delphini.* Cicero de Div. lib. II, pag. 270: *Loligines et Delphini exsultantes tempestatem futuram significant.* H.

Loligo volitans. Plutarchus in Quaest. Natt. p. 916: Διὰ τί τευθὶς φαινομένη σημεῖόν ἐστι μεγάλου χειμῶνος. *Cur loligo conspecta signum est magnae tempestatis?* Causam eius rei investigat. Adi et Theophr. lib. de Sign. tempor. p. 124. H.

Echini. Vide lib. IX, c. 51. H.

Ranae. Cicero, lib. II ep. ad Atticum, *Equidem etiam pluvias metuo, si prognostica nostra vera sunt. Ranae enim βατραχεύουσι.* Aratus, ἢ μάλλον δειλαὶ γενεαὶ ὕδροισιν ὄνειαρ, Αὐτόθεν ἐξ ὑδάτων πατέρες βοάουσι γυρίνοιν. Mur. Variar. lib. I, cap. 20. Dal. — *Ranae quoque.* Sic Aratus, Interprete Avieno, loco citato, v. 370: *Si repetunt veterem ranae per stagna querelam.* Et Virgilius, Georg. I, vs. 378: *Et veterem in limo ranae cecinere querelam.* H.

Et fulice. Ἡ τρύζει ὄρθριον ἐρημκίη ὀλολυγών, Aratus. Theophrast. vero,

rostro purgantes, ventum; caeteraeque aquaticae aves concursantes: grues in mediterranea festinantes:
2 mergi maria aut stagna fugientes. Grues silentio per sublime volantes, serenitatem: sic noctua in imbre garrula: at sereno, tempestatem; corvique singultu quodam latrantes, seque concutientes, si continuabunt, ventos: si vero carptim vocem resorbebunt, ventosum imbrem. Graculi sero a pabulis recedentes, hiemem. Et albae aves, quum congregabuntur. Et

καὶ ἐρώδιος ὄρθριον φθεγγόμενος ὕδωρ ἢ πνεῦμα σημαίνει. Turnebus, l. XXV, cap. 13: Ἐρώδιον Cicero fulicam, κέφφον. Mergum Virgilius reddit τὴν κίθυιαν. Item tamen Theophrast. scribit, καὶ ὀλολυγὼν ᾀδουσα μόνη ἐν ἀκρωρείαις, χειμέριον. Dal. — *Et fulicae.* Idem Arati interpres, v. 360: *Et quum parva fulix trepido petit arva volatu, Stagna sinens, longasque iterat clangore querelas, Indicat insanis freta mox caneseere ventis .... Latipedemque anatem cernes excedere ponto Saepius.* De mergis et anatibus, Theophrast. lib. de Sign. pluv. et ventor. pag. 112, et lib. de Sign. vent. pag. 118. H.

Grues in. Aratus, eodem interprete, v. 442: .... *si Threicae per aperta Sponte grues trepidant, nec sese audaeibus aethrae Committunt pennis... Mox tempestates et nubila tetra eientur.* Adde et Aelian. Hist. Anim. l. VII, c. 7. H.

Mergi maria. Lucanus eleganter, lib. V, vers. 552: *Nec placet incertus qui provocat aequora Delphin: Aut siccum quod mergus amat: quodque musa volare Ardea sublimis pennae confisa natanti.* Adde Virgilium, Georg. lib. I, vs. 360, et Cassiodor. Varr. Ep. lib. III, ep. 48. H.

Grues silentio. Theophrast. de Sign. seren. pag. 128, et Aelian. H. cc. Hard.

Sic noctua. Theophr. et Aelian. H. cc. Hard.

Corvique, etc. De corvi praesagio Theophrasti editum exemplar mutilum est. Turnebus, lib. XXV, cap. 13, sic legisse visus est: Κόραξ πολλὰς μεταβάλλειν εἰωθὼς φωνάς, ταύτην ἣν ὅις φθέγξηται, καὶ ἐπιῤῥοιζήσῃ, καὶ αὐτὸν τινάξῃ, ἂν διατείῃ, ἀνέμους σημαίνει· ἐὰν δὲ μιμήται τῇ φωνῇ τοὺς σταλαγμοὺς, καὶ ἐὰν μὴ τὴν εἰωθυῖαν φωνὴν ᾖ, καὶ ἐπιῤῥοίδδην, ὕδωρ· ἐπιῤῥοιζεῖν de pennarum susurro et stridore exponit. Avien. de voce his verbis: ... *et tenui quum stridunt gutture corvi.* Ego vero per onomatopoeiam interpretor, vocem intra fauces refluentem, revocatam, et quasi strangulatam edere, ut corvi solent interiori gutture murmurantes. Dal.— *Corvique.* Avien: v. 388: *Agmine quum denso circumvolitare videtur Graculus, et tenui quum stridunt gutture corvi, Convenit instantes praenoscere protinus imbres.* Hard.

Graculi. Theophr. de Sign. temp. p. 125. H.

Et albae aves. Theophrastus, l. c. et Aelianus. H.

quum terrestres volucres contra aquam clangores dabunt, perfundentes sese; sed maxime cornix. Hirundo tam iuxta aquam volitans, ut penna saepe percutiat: quaeque in arboribus habitant, fugitantes in nidis suis: et anseres continuo clangore intempestivi. Ardea in mediis arenis tristis.

LXXXVIII. Nec mirum, aquaticas, aut in totum volucres praesagia aëris sentire. Pecora exsultantia, et indecora lascivia ludentia, eamdem significationem habent. Et boves caelum olfactantes, seque lambentes

Et quum terrestres. Serv. in Georgic. lib. I, vers. 375: *Hic locus*, inquit, *omnis de Varrone est, Atacino scilicet, ille enim sic: Tum liceat pelagi volucres, tardaeque paludis Cernere inexpleto studio certare lavandi: Et velut insolitum pennis infundere rorem: Aut arguta lacus circumvolitavit hirunda*, etc. De hirundine etiam Theophrast. lib. de Sign. pluv. et vent. p. 111. H.

Cornix. De cornice Aratus. In terra prope littus eminens, quum tempestas incipit, demisso capite, cornix stat: παρ' ἠιόνι προυχούσῃ Χείματος ἐρχομένου, χέρσῳ ὑπέκυψε κορώνη. Virg. G. I, 389: *Et sola in sicca secum spatiatur arena.* Theophr. Κορώνη ἐπὶ πέτρας καθιζομένη (alii, κορυασσομένη, crocitans), ἣν κῦμα καταχλύζῃ, ὕδωρ σημαίνει: in scopulo, vel saxa, quod undae circumverberant, cornix sedens, pluviam nuntiat. Dalec. — *Maxime cornix.* Geapon. auct. lib. I, cap. 3, p. 7: Καὶ κορώνη ἐπ' αἰγιαλοῦ τὴν κεφαλὴν διαβρέχουσα, ἢ πᾶσα νηχομένη ..... ὄμβρους προμηνύει. Lucanus, lib. V, v. 555: *Quodque caput spargens undis, velut occupet imbrem, Instabili gressu metitur littora cornix.* Hard.

Quaeque in arboribus. De querquedula id Varro in Sarrana: *Aut frigidos nimbos aquae caducitur ruentis, Praeinnuere aquatiles querquedulae natantes.* Scalig apud Nonium. Dal.

Et anseres. Theophr. l. c. p. 124. Haan.

Ardea in mediis. Vt milvus. Varro in Sesquiulysse: *Lugere volitans milvos visus, aquam e nubibus tortam indicat fore, ut tegillum sibi sumat pastor.* Nanius. Virg. de ardea: .... *notasque paludes Deserit, atque altam supra volat ardea nubem.* Dalec. — *Ardea.* Inter signa tempestatis Lucanus illud affert, V, 549: *quodque ausa volare Ardea sublimis pennae confisa natanti.* H.

LXXXVIII. *Pecora.* Hoc illud est quod Virgilius dicit, I, 423: *Et lactae pecudes*, etc. Aratus, interprete Avieno, v. 513: *Pastor id indicium pluvialis frigoris edit, Et si persultans aries lascivius herbas Appetat: aut sese sustollant saltibus hoedi: Vel si iuge gregi cupiant haerere*, etc. H.

Et boves caelum, etc. Arist. Hist. Anim. lib. VI, cap. 21. Dalec. — *Et boves* Virg. Georg. I, vers. 375: *aut bucula caelum Suspiciens, patulis captavit naribus auras.* Id quod ex

contra pilum; turpesque porci alienos sibi manipulos feni lacerantes; segniterque et contra industriam suam absconditae formicae, vel concursantes, aut ova progerentes. Item vermes terreni erumpentes.

LXXXIX. Trifolium quoque inhorrescere, et folia contra tempestatem subrigere certum est.

XC. Necnon et in conviviis mensisque nostris, vasa quibus esculentum additur, sudorem repositoriis linquentia, diras tempestates praenuntiant.

Varrone Atacino hausisse Virgilium auctor est Servius in eum locum, ubi Varronis carmen laudat eiuscemodi: *Et bos suspiciens caelum, mirabile visu, Naribus aëreum patulis decerpsit odorem.* Theophr. quoque lib. de Sigu. pluv. et venl. p. 111. Hard.

Seque lambentes. Theophrast. καὶ τὴν προσθίαν ὁπλὴν λείξας, et anteriorem ungulam pedis lingens: sententia valde diversa. Dal.

Contra' pilum. Sic pecti capillos dixit Cael. Aurel. II, 4, nunc pro capillatura, nunc contra capillaturam. MSS. omnes, *contra pluviam.* Diversa paululum sententia Avien. v. 520: *Bubus arator item trahit atrae signa procellae; Lambere si lingua prima hos vestigia forte Viderit, aut dextrum prosternere corpus in armum.* Hard.

Turpesque porci. Explicat id Politianus, in Rusl. *Quum sibi non factos eus dissipat ore maniplos.* Hard.

Aut ova progerentes. Plutarch. de animal. Prud. Τὰς δὲ τῶν σπερμάτων ἐκθέσεις καὶ διαψύξεις ἐκτός, οὐ-τοῦ ποιεῖται σημεῖον Αρατος. Καὶ κοίλης μύρμηκες ὀχῆς ἐξ ὤια πάντα Θᾶσσον ἀνηνέγκαντο, etc. Καὶ τινὲς οὐκ ὤια γράφουσι, ἀλλ' ἧΐα, τοὺς ἀποκειμένους καρπούς, ὅταν εὐρῶντα συνάγοντας αἴσθωνται, καὶ φοβηθῶσι φθορὰν καὶ σῆψιν ἀναφέρειν. Idem et Theon Arati interpres. Politianus: *Progerit ova cavis patiens formica laborum.* Dalec. — *Aut ova progerentes.* Atacinus Varro, l. c. *Nec tenuis formica cavis non evehit ova.* Virg. Georg. lib. I, vs. 380: *Saepius et tectis penetralibus extulit ova, Augustum formica terens iter,* H.

Vermes terreni. Aratus, σκώληκες; Κεῖνοι τοὺς καλέουσι μελαίνης ἔντερα γαίης. Dal.—*Item vermes.* Theophr. lib. de Sign. temp. pag. 124. H.

XC. *Repositoriis.* Quid repositorium olim diceretur, aperiemus opportunius, lib. XXXIII, cap. 49. H.

C. PLINII SECVNDI
NATVRALIS HISTORIAE

LIBER XIX.

I.

Siderum quoque tempestatumque ratio, vel imperitis facili, atque indubitato modo monstrata est; vereque intelligentibus non minus conferunt rura deprehendendo caelo, quam sideralis scientia agro colendo. Proximam multi hortorum curam fecere: nobis non protinus transire ad ista tempestivum videtur; miramurque quosdam scientiae gratia, eruditionis suae gloriam ex his petentes tam multa praeteriisse, nulla mentione habita tot rerum sponte curave provenientium, praesertim quum plerisque earum, pretio usuque vitae, maior etiam, quam frugibus, perhibeatur auctoritas. Atque ut a confessis ordiamur utilitatibus, quaeque non solum terras omnes, verum etiam maria replevere; seritur, ac dici neque inter fruges, neque inter hortensia potest, linum. Sed in qua non occurret vitae parte, quodve miraculum maius, herbam esse quae admoveat Aegyptum Italiae; in tantum, ut

I. *Non minus*, etc. Vide quae de hoc argumento praeclare et ornate dixit auctor, lib. sup. c. 69. H.

Linum. Est *Linum usitatissimum* (Gen. *Caryophyllaeis* affine Juss. *Pent. Pentag.* gen. 590. Willd.) Ed. P.

Herbam. Textis ex ea herba velis. Linum Graeci, Latini et Galli pariter vocant, herbam vulgo notam, quae

Galerius a freto Siciliae Alexandriam septima die pervenerit, Babilius sexta, ambo praefecti: aestate vero proxima Valerius Marianus ex praetoriis senatoribus, a Puteolis nono die lenissimo flatu? Herbam esse, quae Gades ad Herculis columnas septimo die Ostiam afferat, et citeriorem Hispaniam quarto, provinciam Narbonensem tertio, Africam altero: quod etiam mollissimo flatu contigit C. Flavio, legato Vibii Crispi proconsulis? Audax vita, scelerum plena! aliquid seri, ut ventos procellasque recipiat: et parum esse fluctibus solis vehi. Iam vero nec vela satis esse maiora
4 navigiis. Sed quamvis amplitudini antennarum singulae arbores sufficiant, super eas tamen addi velorum alia vela, praeterque alia in proris, et alia in puppi-

cannabis modo tunditur in lanae mollitiem, ad linteorum texturas. H.

Babilius. De eo Seneca, Natt. Quu. IV, 2: *Babilius virorum optimus, in omni litterarum genere rarissimus, auctor est, quum ipse praefectus obtineret Aegyptum, Heracleotico ostio Nili quod est maximum, spectaculo sibi fuisse*, etc. Delphinorum pugnam describit cum crocodilis, de qua nos diximus lib. VIII, cap. 38. Favore Agrippinae Aegypto praefectum a Nerone fuisse auctor est Tacitus Annal. XIII. Babilum astrologum, ut opinor, Suetonius vocat, in Nerone, cap. XXXVI. Praenomen ei Caio fuit. Haan. — Brotierius ex MSS. Regg. *Babillus.* Ed. P.

Gades. Gronov. praeeunte Pintiano, *Gadeis.* Ed. P.

Et citeriorem Hisp. Et merces a citeriore Hispania Ostiam afferat die quarto, etc. H.

C. Flavio. Ita MSS. omnes: non *Flacco.* Is esse omnino videtur, C. FLAV. HEMIS. qui prius fuisse legatus propraetore; LEO. PROPR. legitur in nummo argenteo Q. Caepionis Bruti imp. Q. CAEP. BRVT. IMP. apud Patinum in Famil. pag. 113. H.

Audax vita, scelerum plena, etc. Legend. *Audax id, at scelerum plenum aliquid seri ut ventos, procellas ut capiat, nec parum esse et fluctibus solis vehi; iam vero nec vela satis esse maiora navigiis, sed, etc. tam non alte ab tellure tolli: neque id viribus suis niti, sed fractum tusumque et in mollitiam lanae coactum iniuria ac summa audacia eo pervenire.* Linum, inquit, non suis viribus nititur ut orbem terrarum ultro citroque portet, sed eo pervenit iniuria sui, et hominum audacia summa: iniuria sui, quod frangitur, tunditur, et in mollitiam lanae cogitur; semper enim iniuria fit melius: audacia summa hominum, qui ad tales usus id converterunt. *Illi robur et aes triplex.* Nulla exsecratio sufficit contra inventorem dictum suo loco nobis. Salm. — *Audax vita.* Audax, ut ille ceci-

bus pandi, ac tot modis provocari mortem. Denique tam parvo semine nasci, quod orbem terrarum ultro citroque portet, tam gracili avena, tam non alte a tellure tolli, neque id viribus suis necti; sed fractum tusumque et in mollitiam lanae coactum, iniuria ac summa audacia, eo pervenire. Nulla exsecratio sufficit contra inventorem dictum suo loco a nobis: cui satis non fuit hominem in terra mori, nisi periret et insepultus. At nos priore libro imbres et flatus cavendos, frugum causa victusque, praemonebamus. Ecce seritur hominis manu, metitur eiusdem hominis ingenio, quod ventos in mari optet. Praeterea ut sciamus favisse poenas, nihil gignitur facilius: ut sentiamus nolente id fieri natura, urit agrum, deterioremque etiam terram facit.

II. (1.) Seritur sabulosis maxime, unoque sulco:

nit, Iapeti genus! Nam vitam dicere pro hominibus, seu mortalium genere, familiare Plinio est. Quid hic Salmasius movet, dum pro acri ea oratione, illud iacens et languidum obtrudit, in Solin. p. 260: *Audax id, at scelerum plenum?* Hard.

Sed fractum tusumque. Nam maceratur aqua, tunditurque, semper iniuria melius, ut dicetur in fine cap. 3. — Ita rescripsimus ex cod. Reg. 2, quum prius legeretur, *sed passum tusumque* (apud Gronov. et alios). Adstipulatur ei lectioni Apuleius in lib. de remediis salutaribus, quem Salmasius quoque vidit, in Solin. p. 261. Sic enim Plinianum locum hunc totum compilavit: *Parvo ergo semine nascitur, quod orbem terrarum ultro citroque portet, tam gracili avena, tam non alte a tellure sublata: nec viribus suis nexum, sed fractum tusumque, et in mollitiem lanae coactum.* Hard.

Eo pervenire. Vt nempe orbem terrarum vel sic ultro citroque portet. Haao.

Dictum suo loco. Lib. VII. c. 57: *Vela Icarus, malum et antennam Daedalus invenit,* etc. Huc etiam refer quod habet Horat. Od I, 3: *Illi robur et aes triplex*, etc. H.

At nos priore libro. Superiore lib. XVIII, 76, et alias passim. H.

Favisse poenas. Hoc est, ea ultro crescere, quae gignuntur in hominum poenam. H.

Nolente id fieri. Ita MSS. omnes. Alii, *nolente id seri.* H.

Vrit agrum. Vide quae diximus, XVII, 7. Hard.

II. *Seritur, sabulosis maxime.* Pingui et laeto solo, humidiore, non sitiente. Colum. lib. II, cap. 10. Pinguissimo loco, et modica humido, Pallad. XI, 1. Dal. — *Sabulosis.* Nec macrum respuit, inquit Columella loco cit. Hard.

nec magis festinat aliud. Vere satum aestate vellitur; et hanc quoque terrae iniuriam facit. Ignoscat tamen aliquis Aegypto serenti, ut Arabiae Indiaeque merces importet: itane et Galliae censentur hoc reditu? montesque mari oppositos esse non est satis, et a latere Oceani obstare ipsum quod vocant inane? Cadurci, Caleti, Ruteni, Bituriges, ultimique hominum exsistimati Morini, immo vero Galliae universae vela texunt.
2 Iam quidem et Transrhenani hostes: nec pulchriorem aliam vestem eorum feminae novere. Qua admonitione succurrit, quod M. Varro tradit, in Seranorum familia gentilitium esse, feminas linea veste non uti. In Germania autem defossi atque sub terra id opus agunt. Similiter et in Italia regione Alliana inter Padum Ti-

Vnoque sulco. Terra vel semel arata. Haan.

Vere satum. Gratius in Cyneg. v. 57: *Idcirco et primas linorum tangere messes Ante vetant, quam maturis occenderit annus Ignibus, et claro Pleias se prompserit ortu.* Vergiliarum exortu aestatem incipere superiore libro diximus, cap. 69. H.

Et hanc... iniuriam. Quod nempe velli a radice illud oporteat, non ut frumenta meti: quod dum ita fit, terrae succus omnis extrahitur, ut Plinius admonuit libro superiore, cap. 72: *Alibi*, inquit, *frumenta ab radice vellunt; quique id faciunt, prosciudi ab se obiter agrum interpretantur, quum extrahant succum.* H.

Aegypto serenti. Laudat Aegyptia vela Hermippus apud Athen. I, pag. 27. Haan.

Montesque. Nec satis fuit, ne maria Galli tentarent, oppositos a natura montes Mediterraneo mari, Alpes ac Pyrenaeos: ab Oceani vero parte ipsum inane, spatiumque illud aequoris et aëris immense fusum, in quo nullum occurrere creditur littus adversum, quo possit appelli. Hard.

Non est satis. Nisi et mari navigando linum serat Gallia. Dal.

Inane. Inane, et de mari et aëre dici, vide apud Turneb. Adversar. lib. XI, cap. 9. Dal.

Vela texunt. Vet. apud Dalec. *telas ex eo texunt.* Ed. P.

Transrhenani hostes. Batavos, opinor, intelligit, qui insulam Rheni amnis colunt, Cattorum quondam populum, dum trans Rhenum degerent, ut Tacitus ait, lib. de moribus Germanorum. Etiam nunc Hollandicum linum, et candore, et firmitate, et filamentorum exilitate praefertur caeteris omnibus. *Toile de Hollande, toile de Frise.* Parisino secunda palma. Haan.

In Germania. Sed et in Gallia quoque: propter frigus, aestusque, lino inimica. Haan.

Regione Alliana. Ex qua linis

cinumque amnes, ubi a Setabi tertia in Europa lino palma: secundam enim in vicino Allianis capessunt Retovina, et in Aemilia via Faventina. Candore Allia- 3
nis semper crudis Faventina praeferuntur: Retovinis tenuitas summa densitasque, candor aeque ut Faventinis, sed lanugo nulla, quod apud alios gratiam, apud alios offensionem habet. Nervositas filo aequalior paene quam araneis, tinnitusque, quum dente libeat experiri: ideo duplex, quam caeteris, pretium.

Et Hispania citerior habet splendorem lini praeci- 4
puum, torrentis in quo politur natura, qui alluit Tarraconem. Et tenuitas mira, ibi primum carbasis

nomen Allianis: quibus post Retovina mox palma defertur. Prius legebatur *ratione alia*. In Reg. 1, 2, *ratione aliena*. In Colb. 2, *regione aliena*. Hard.— Broterius, post Rezzonicum, *regione Aliana*. Regio Alians, iuxta Bernardum Saccum, scriptorem Ticinensem, nunc est *la Lumellina*, adhuc lino celebris. MSS. vett. et edit. princeps, *Aliana*. En. P.

A Setabi. Setabis oppidum Hispaniae in edito monte situm, laudatissimi lini proventu nobile, quamvis Strabo et alii quidam fluvium esse dicant. Catullus ob sudaria Setaba per illiberalem locum surrepta Asinio hendecasyllabos minatur. Had. Iun. lib. IV, cap. 28. Dalec. — *A Setabi*. Post lina Setaba, de quibus egimus in Praefat. ad T. Vespas. De Setabi oppido diximus lib. III, cap. 4. Silius Ital. lib. III: *Setabis et telas Arabum sprevisse superba, Et Pelusiaco filum componere lino*. Gratius quoque in Cyneget. vers. 41: *Hispanique alio spectantur Setabes usu*. H.

Retovina. Ab oppido Retovio, sive Ritobio, quod Livio dici Litubium, lib. XXXII, Cluverius arbitratur in Ital. ant. p. 78. H.

Allianis semper crudis Faventina. Sic Maro in Aen. IX, 743, corticem crudum dixit pro viridi. H.

Nervositas. Firmitas et filo est, aequalitasque, hoc est, laevor, ac perpetua sine ulla offensione politura. Hard.

Quum dente. Vel *oris*, quod magis probo, vel *pectinis*, ut quidam exponunt. Dal. — *Quum dente*. Si dente, seu morsu filum prehendas, idemque digito tendas, ac subinde quatias, dente tum tinnitum sentias, sonitumque. Hard.

Duplex, quam. Hac loquendi forma usus etiam Colum. lib. I, c. 8. H.

Qui alluit Tarraconem. Flumine Subi alluit Tarraconem diximus lib. III, cap. 4. Hard.

Carbasis repertis. Carbasus lini genus tenuissimi in Hispania repertum, quo texebatur vestis magni pretii, antiquis in deliciis habita, ut sericea nobis. Virg. Aeneid. XI, 776: ..... *chlamydemque, sinusque crepantes Carbaseos, fulvo in nodum collegerat*

repertis. Non dudum ex eadem Hispania Zoelicum venit in Italiam, plagis utilissimum. Civitas ea Gallaeciae et Oceano propinqua. Est sua gloria et Cumano in Campania, ad piscium et alitum capturam. Eadem et plagis materia. Neque enim minores cunctis animalibus insidias, quam nobismetipsis lino tendimus.
5 Sed Cumanae plagae concidunt apros, et hi casses vel ferri aciem vincunt: vidimusque iam tantae tenuitatis, ut anulum hominis cum epidromis transirent, uno

auro. Q. Curt. lib. VIII, 9, 24: *Carbaso Indi corpora usque pedes velant: eorumque rex aurea lectica, margaritis circumpendentibus recubat: distincta sunt auro et purpura carbasa, quae indutus est*. Guill. Quidam id genus linei panni esse putant, quod telam *Baptistae*, et telam Hollandicam, et telam Cameracensem vocant. Haec postrema advehitur ex Hispania. Apud Ciceronem Verres aestate summa tabernaculo carbaseis intenta velis in littore collocari iubet, ubi totos dies cum impudicis mulieribus perpotaret. Dalec. — *Carbasis*. Velis e tennissimo. De carbasi voce Servius ad illud Aen. III, 357: *et aurae Vela vocant, tumidoque inflatur carbasus austro. Carbasus genus lini est, quod abusive plerumque pro velo ponitur*. Quam telam Baptistae, *toile de batiste*, Galli vocant, primae tenuitatis, hanc latine carbasum merito appellaris. H.

Zoelicum. A Zoelis Hispaniae populis, de quibus l. III, c. 4. H.

Est et Cumano. Gratius in Cyneg. v. 34: *Optima Cinyphiae, ne quid cunctere, paludes Lina dabunt: bonus Aeoliae de valle Sibyllae Fetus, et aprico Tuscorum stupea campo Messis*, etc. Hard.

Eadem et plagis. Plagae, retia sunt ad capiendas feras: quae retia funibus tenduntur circa imam et summam partem. *Des toiles*. Vnde familiares eae venatoribus formulae, *mettre les bêtes noires dans les toiles: tendre les toiles: tirer les toiles: lever les toiles*. Hard.

Quam nobismet ipsis. Qui post inventa e lino vela mortem provocamus navigatione mari suscepta, ut dictum est cap. sup. H.

Concidunt apros. Erunt fortassis, quibus magis arrideat, *concludunt*. Est enim concludere in venatione usitata vox. Gratius in Cyneg. vers. 49: *Includas retibus ursos*. Et Seneca de Clem. lib. I: *Sic feras lineis et pinna conclusas contine*. Sed concidi plagis apros quum dixit auctor, concludi eo loco intellexit, in quo concidi nullo negotio deinde possint; quod sola ferri acies praestare non valeret: itaque, ut statim subiungit idem, ferri aciem eo nomine hi casses vincunt. H.

Et hi casses. Prius legebatur, *et hae cassevve ferri*, etc. MSS. *et etasceve*. Nos ex coniectura ita rescripsimus. In MSS. *ve* pro *vel* nobis haud semel occurrit, ut alibi rursum monituri sumus. H.

Cum epidromis. Hoc est, cum imis summisque funibus, quibus tenduntur retia, ipsa per hominis anulum

portante multitudinem qua saltus cingerentur (nec id maxime mirum, sed singula earum stamina centeno quinquageno filo constare): sicut paulo ante Iulio Lupo, qui in praefectura Aegypti obiit. Mirentur hoc ignorantes in Aegyptii quondam regis, quem Amasim vocant, thorace, in Rhodiorum insula ostendi in templo Minervae, CCCLXV filis singula fila constare: quod se expertum nuper Romae prodidit Mutianus ter consul, parvasque iam reliquias eius superesse hac experientium iniuria. Italia et Pelignis etiamnum linis honorem habet, sed fullonum tantum in usu: nullum est candidius, lanaeve similius; sicut in culcitis praecipuam gloriam Cadurci obtinent. Galliarum hoc, et tomenta pariter, inventum. Italiae quidem mos etiam nunc durat in appellatione stramenti.

transibant: itaque nullo negotio vel unus homo cassium multitudini gestandae par fuit, qua saltus integer cingeretur, ut Iulius Lupus fecit. H.

Thorace. Thoraces militum lineos olim fuisse probat hic Alcaei versus apud Athenaeum, p. 310, θώραχές τε νεώλινοι, ex novoque lino thoraces. Dalec.

Quod se expertum. Vel. apud Dalec. *quod exemplum per se e. n.* Ed. P.

Fullonum tantum in usu. Vel quod fullones qui fere nudi, et subucula linea tantum tecti, pannos terunt et calcant pedibus, eo lino soli ad indusia conficienda uterentur, vel quod ex eo lino vestes textae in fulloniis officinis solae purgarentur et polirentur. Dalec. — Aut quia ex eo lino culcitas concinnebant (fullones), opplebantque deinde stramine, seu tomento. H.

Culcitis. Gronov. et al. ante Hard. *culcitris.* Ed. P.

Galliarum hoc, etc. Nimirum tomentum Lingonum, culcita Cadurcorum inventum fuit. Vnde alterum *tomentum Lingonicum* et *Lingonicum stramen* dictum est, uti monuimus l. VIII, c. 73, ex Martiali. Culcitam Veteres nomine gentis, quae invenit, cadurcum vocavere. Iuvenal. Sat. VII, v. 221: *Institor hibernae tegetis, niveique cadurci.* Idemque, Sat. VI, v. 535: *Magnaque debetur violato poena cadurco.* Sulpitia poëtria in vetere epigrammate *cadurcas fascias*, e lino cadurcino fascias vocat. *Ne me cadurcis destitutam fasciis Nudam Caleno concubantem proferat.* H.

Italiae quidem mos. Ita MSS. Salmasius in Solin. pag. 938, *vox* legi, non *mos* iubet. Frustra. Qui mos fuerit antiquus Italiae, inquit auctor, vel ex quotidiano sermone palam est: nam lorum saltem castrensem vulgo stramentum vocamus, quoniam, ut dictum est lib. VIII, c. 37, *antiquis*

6 Aegyptio lino minimum firmitatis, plurimum lucri. Quatuor ibi genera: Taniticum, ac Pelusiacum, Buticum, Tentyriticum, cum regionum nominibus, in quibus nascuntur. Superior pars Aegypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem aliqui gossipion vocant, plures xylon, et ideo lina inde facta xylina. Parvus est, similemque barbatae nucis defert fructum, cuius ex interiore bombyce lanugo netur; nec ulla sunt eis candore mollitiave praeferenda. Vestes inde

totus e stramento erat, qualiter etiam nunc in castris, ubi haec potissimum stramenti appellatio perseverat. H. — *Stramenti.* Stramentum, quod homini et animalibus quieturis et dormituris substernitur, nempe fenum, vel palea. Dal.

Aegyptio lino minimum. Gratius in Cyneget. *Vix operata suo sacra ad Bubastia lino, Velatur soulpes aestivi turba Canopi.* Sic autem Isiacos sacerdotes vocat, Saliorum modo per Bubaston urbem saltantes, et sistris personantes: de quibus Plutarch. Οὔτε φιλοσόφους πωγωνοτρόφιαι καὶ τριβωνοφορίαι ποιοῦσιν, οὔτ' ἰσιακοὺς αἱ λινοφορίαι καὶ ξύρησις. Ion poëta in Phoenice Aegyptum λινοῦλκον vocat. Had. Iun. lib. IV, c. 29. Dal.

Xylon. Ξύλον lignum sonat: quare Vlpianus in leg. *Si cui lana legetur*, Digest. de leg. 3, ἐριόξυλον *lignean lanam* reddit. Harn.

Barbatae nucis. Cuiusmodi sunt Ponticae nuces, quas mollis barba protegit, ut dictum est XV, 24. Sic etiam Iul. Pollux, lib. VII, cap. 17: Ἤδη δὲ καὶ παρ' Αἰγυπτίοις ἀπὸ ξύλου τι ἔριον γίγνεται, ἐξ οὗ τὴν ἐσθῆτα λίνου ἄν τις μᾶλλον φαίη προσοικεῖν, πλὴν τοῦ πάχους· ἔτι γὰρ παχύτερος τῷ δένδρῳ καρπὸς ἐπιφύεται, καρύῳ μάλιστα προσοικώς, etc.

Ex interiore bombyce. Hoc est, lanugine, quam Itali *bombace* appellant, nos *coton* dicimus: unde *bombazin* vocamus telas bombacinas, aut lintea ex bombace confecta. Iacobus de Vitriaco, lib. I, cap. 85: *Sunt ibi in Oriente praeterea arbusta quaedam quae seminantur, ex quibus colligunt bombacem, quae Francigenae cotonem seu* coton *appellant: et est quasi medium inter lanam et linum: ex quo subtilia vestimenta contexuntur.* Nascitur hic frutex iam in Gallia, ex India delatus: cotonem pariter vocant, *le coton.* In horto Regio pomum vidimus, quod quum patens dehisceret, inculcatum flocci glomum exponeret. H. — De gossypio egimus XII, 21, p. 33, t. V; et in Exc. ad calcem eiusdem libri, p. 104. Ed. P.

Vestes inde sacerdotibus, etc. Apuleius Apologia prima de lineo texto: *Purissimum est rebus divinis velamentum; quippe lana segnissimi corporis excrementum pecori detracta, iam inde Orphei et Pythagorae scitis, profanus vestitus est: sed enim mundissima lini seges, inter optimas fruges terrae corta, non modo indutui et amictui sanctissimis Aegyptiorum sacerdotibus, sed operiui quoque inde rebus sacris usurpatur* Dal. — *Vestes inde.* Ex gossypio, qui regionis il-

sacerdotibus Aegypti gratissimae. Quartum genus, Orchomenium appellant. Fit e palustri velut arundine, dumtaxat panicula eius. Asia e genista facit lina ad retia praecipua, in piscando durantia, frutice madefacto denis diebus. Aethiopes, Indique e malis, Arabes cucurbitis, in arboribus, ut diximus, genitis.

III. Apud nos maturitas eius duobus argumentis intelligitur, intumescente semine, aut colore flavescente. Tum evulsum, et in fasciculos manuales colligatum, siccatur in sole, pendens conversis superne radicibus uno die, mox quinque aliis, in contrarium inter se versis fascium cacuminibus, ut semen in medium cadat. Inter medicamina huic vis, et in quodam rustico ac praedulci Italiae Transpadanae cibo, sed iam pridem sacrorum tantum gratia. Deinde post messem tri-

lius peculiaris frutex, lini vices habet. Haad.

Quartum genus, etc. Lego, *Stramenti genus Orchomenium*, etc. Arundinis quidem panicula, ut gluma, et acere, sarciri culcitra potest, perinde ac stramento sive palea, vestes autem texi non possunt. Es arundinum concisis foliis tomentum factum Circense, quod in Circo pauperibus sternebatur, indicant hi versus Martialis, XIV, ep. 160: *Tomentum concisa palus Circense vocatur: Hace pro Leuconico stramina pauper habet.* Dal. — *Orchomenium.* De arundine Orchomenia diximus lib. XVI, cap. 66. Haad.

Panicula eius. Lanosam comam in milio, panico, arundine, et qualem in arvis complures herbae, et in palustribus iunci gerunt, Latini paniculam, Graeci ἀνθήλην dixere. De ea voce diximus XVI, 64. H.

Asia e genista. Vide quae dicturi sumus lib. XXIV, c. 40. H.

E malis. Arboribus lanigeris, in quarum foliis convolutis lanugo nascitur. Dalec. — Vide Excursum de gossypio ad calcem libri duodecimi, p. 104, t. V. Ed. P.

Vt diximus. Lib. XII, 21. H.

III. *Apud nos.* In orbe romano, qui Arabum Indorumque terris opponitur. Hard.

Fasciculos manuales. Qui manum impleant. Δειμάτιον χειροπληθές, fasciculum manualem appellat Hippocrates in Veterin. p. 879. H.

Et in... cibo. Galen. de alim. Fac. lib. I, cap. 32, tom. VI, lini tosto semine, obsonii vice, quosdam vesci tradit ex sale et garo: iidem melle conspersum edi: panibus denique a nonnullis inseri, ἐπιπάττουσι τουσι δὲ ἔνιοι καὶ τοῖς ἄρτοις αὐτό. Haad.

Sacrorum... gratia. Forte ad suffimenta, ut quidam volunt: vel potius ad epulas sacras, quas feriatis

ticeam virgae ipsae merguntur in aquam solibus tepefactam, pondere aliquo depressae : nulli enim levitas maior. Maceratas indicio est membrana laxatior. Iterumque inversae, ut prius, sole siccantur: mox arefactae in saxo tunduntur stupario malleo. Quod proximum cortici fuit, stupa appellatur deterioris lini, lucernarum fere luminibus aptior. Et ipsa tamen pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur. Medullae numerosior distinctio, candore, mollitia. Linumque nere et viris decorum est. Cortices quoque decussi clibanis et furnis praebent usum. Ars depectendi digerendique: iustum e quinquagenis fascium libris quinas denas carminari. Iterum deinde in filo politur, illisum crebro in silice ex aqua; textumque rursus tunditur clavis; semper iniuria melius.

4 IV. Inventum iam est etiam, quod ignibus non absu-

diebus privatus quisque domi instituerel. H.

Stupario malleo. Quo lina stupaeque lunduntur. H.

Et ipsa. Linum ita pectere Galli dicunt, *seranceer du lin, du chanvre*: ferreum hamum, *un serant.* H.

Medullae. Delicatioris substantiae, quae ad nendum reservatur. H.

Ars depectendi. Margo Varior. *ars est depectendi.* Ed. P.

In silice. In alvo siliceo, sive lapideo. Hard.

Clavis. Capitatis fustibus, clavae similibus. Dal.

Iniuria melius. Sic de salice pronunciavit, lib XVI, cap. 69: *Mirumque contuso ligno alieni maiores ad vincula esse vires.* H.

IV. *Inventum ... quod ignibus.* De lino asbestino non vetustatis modo plena monumenta sunt, sed et idonea eruditorum huius aevi testimonia. *Habeo et ego in Museo*, inquit Kircherus noster, tom. II Mundi subterr. lib. VIII, p. 87, *integrum scrinium asbestinis frustis plenum. Chartam ex hisce confectam habeo, quae litteris scribendis servit, quas ubi in ignem inieceris, consumptis mox litteris, charta veluti igne lota, integra et candidior exit, novisque litteris inscribendis servit. Donavit et mihi Eminent. Cardinalis de Lugo redimculum asbestino lino contortum, quod igni iniectum, si sordibus pollutum fuerit, inde nitidissimum exit. Memini quoque me ellychnium huiusmodi asbestinum lucernae inditum ad biennium conservasse, sine ulla sui consumptione, haud dubie perpetuo duraturum, nisi nescio quo casu id subductum esset*, etc. Vide et Aldrovand. de Metall. IV, 26. H.

meretur. Vivum id vocant, ardentesque in focis conviviorum ex eo vidimus mappas, sordibus exustis splendescentes igni magis, quam possent aquis. Regum inde funebres tunicae, corporis favillam ab reliquo separant cinere. Nascitur in desertis adustisque 2
sole Indiae, ubi non cadunt imbres, inter diras serpentes; assuescitque vivere ardendo, rarum inventu, difficile textu propter brevitatem. Rufus de caetero colos, splendescit igni. Quum inventum est, aequat pretia excellentium margaritarum. Vocatur autem a Graecis asbestinum ex argumento naturae. Anaxilaus auctor est, linteo eo circumdatam arborem, surdis ictibus, et qui non exaudiantur, caedi. Ergo huic lino principatus in toto orbe. Proximus byssino, mulierum

Quod ignibus non absumeretur. Rhodig. lib. XVIII, cap. 31, quo Indorum leges ac morea fuse narrat, scribit illos vestibus ex eo lino teatis indui: quod parum crebibile est, quum in tantam longitudinem trahi nequeat, ut vestea ex eo conficiantur. Dalec.

Vbi non cadunt. Vide quae diximus lib. XVII, c. 30, Colum. lib. I, c. 6: *Aestas in transmarinis regionibus pluvia caret.* H.

Asbestinum. Tale fuit in aurea lucerna, quam Athenis Callimachus fecit, oleo non nisi post exactum annum dissipato, licet semper arderet. Pausanias in Atticis. Plutarchus, lib. de oracul. Defectu, in Carystia rupe linum id igni tradit, molli et lapilleo filo, e quo mantilia, retia et reticula capitis tegumenta conficerentur. Dalec. — *Asbestinum.* Ασβεστον, quae vox graeca *inextinctum* sonat. H — *Vocatur a Graecis asbestinum.* Nobis *asbeste*, vel *amiante.* Cf. XXXVII, 54. Ed. P.

Byssino. Byssus Suidae et Theocriti Interpreti coloris genus, unde byssina vestis, hysso infecta. Byssus quibusdam pretiosissima lana, colore nitoreque auri. Byssua Philostrato, linum, quod Indi ex arbore legunt, trunco populis simili, foliis salicl, etiam Arriano auctore, Apollonioque oculato testa. Rhodig. lib. XXIII, cap. 8. Est et Amorgis lini species, unde Amorgina vestis memorata Aeschini contra Timarchum, Aristophani in Lysistrate, Eupolidi. Dal. — *Byssino.* Byssus genus fuit lini tenuissimi, ex quo textae vestes purpursum colorem non raro imbiberent: unde in sacris paginis toties byssus, et purpura, vel purpura et byssus pro purpurea bysso, per figuram, ἓν διὰ δυοῖν. Inde factum, ut byssus ab Hesychio et Suida pro purpura accipiatur. Rectius vero Pollux, loco cit. Καὶ μὴν καὶ τὰ βύσσινα· καὶ ἡ βύσσος λίνου τι εἶδος παρ' Ινδοῖς. Philostrato de vita Apollon. lib. II, cap. 9, ex arbore βύσ-

maxime deliciis circa Elim in Achaia, genito: quaternis denariis scripula eius permutata quondam, ut auri, reperio, Linteorum lanugo, e velis navium maritimarum maxime, in magno usu medicinae est: et cinis spodii vim habet. Est et inter papavera genus quoddam, quo candorem lintea praecipuum trahunt.

V. Tentatum est tingi linum quoque, et vestium insaniam accipere, in Alexandri Magni primum classibus, Indo amne navigantis, quum duces eius ac praefecti in certamine quodam variassent insignia navium; stupueruntque littora, flatu versicoloria implente. Velo purpureo ad Actium cum M. Antonio Cleopatra venit, eodemque effugit. Hoc fuit imperatoriae navis insigne.

VI. Postea in theatris tantum umbram fecere: quod

σος legitur, quae altitudine populi, folio salicis est. H.

Circa Elim. Pausanias in Eliacis prior. negat uspiam tota Graecia byssum nasci, nisi in Eleo agro, de quo egimus lib. IV, cap. 6. H.

Quaternis denariis. Monetae nostrae 2 fr. 80 c. Ed. P.

Scripula eius. Libra scripula continet 288. H.

Permutata quondam. Priorum scilicet Caesarum aevo, quo denarius aureus argenteis denariis quinque et viginti aestimabatur, ut dicemus lib. XXXIII, cap. 13. Sic Aureliani aevo libra auri libra serici fuit, et auro fila pensabantur, inquit Vopiscus in Aureliano, p. 224. H.

Linteorum lanugo. Οθονιων ξύσμα: unde fiunt ξυστοὶ μοτοὶ Galeno III, κατὰ τόπους, in remediis Heraclidae, quae sanguinem fluentem e naribus sistunt. Dal.

Inter papavera genus quoddam. Heraclaeum, sive ἀρρῶδες esse putant, quod et radiculae sive struthio simile est et semen valde catharticum habet. Eius nomen facultatis nomen meminit Dioscorides. Dal. — *Est et inter papavera.* De hac re dicemus lib. XX, cap. 79. H.

Velo purpureo. Alia sunt vela regia purpurea, gemmis et auro interteata, quibus reges et summi principes in suis palatiis utuntur suspensis, ut et Attalicis aulaeis. Raevardus, Varior. lib. V, cap. 11. Dal. — *Velo purpureo.* Huc refer et Agrippae vexillum caeruleum, de quo Dio lib. LI, p. 458. Haab.

VI. *Postea in theatris.* Hunc morem inducendi vela theatris describit eleganter Lucretius lib. IV, v. 73: *Et vulgo faciunt id lutea, rufaque vela, Et ferrugina, quum magnis intenta theatris Per malos vulgata trabesque trementia pendent. Namque ibi consessum caveai subter, et omnem Scenalem speciem patrum, matrum-*

primus omnium invenit Q. Catulus, quum Capitolium dedicaret. Carbasina deinde vela primus in theatro duxisse traditur Lentulus Spinter Apollinaribus ludis. Mox Caesar dictator totum forum romanum intexit, viamque Sacram ab domo sua et clivum usque in Capitolium, quod munere ipso gladiatorio mirabilius visum tradunt. Deinde et sine ludis Marcellus Octavia sorore Augusti genitus, in aedilitate sua, avunculo XI consule a. d. kalendas Augusti, velis forum inumbravit, ut salubrius litigantes consisterent: quantum mutatis moribus Catonis censorii, qui sternendum quoque forum muricibus censuerat? Vela

que, deorumque inficiunt, coguntque suo fluitare colore, etc. H.

Quod primus omnium. Valer. Maxim. lib. II, cap. 4, n. 6: *Q. Catulus Campanam imitatus luxuriam, primus spectantium consessum velorum umbraculis texit.* Ab eo Capitolium Sylla mortuo dedicatum diximus lib. VII, cap. 44. Haao.

Vela primus in, etc. Inde velaria theatra Iuvenali. Dal.

Lentulus Spinter. Plus hoc etiam praestitit: nam teste eodem Valerio Max. loc. citat. *argentatis choragiis*, hoc est, scenarum instrumentis, *P. Lentulus Spinter adornavit scenam, quum translatitium antea foret poenicis indui tunicis.* H.

Viamque sacram ab. Sacra quidem ea dicta est, quod foedus in ea inter Romulum et Tatium ictum fuisset; vel quod per eam sacram in arcem quot mensibus deferrentur: vel quod augurium in ea captaretur. Per eam in Capitolium frequens iter fuit, triumphorum pompa, subactis gentibus, domitisque nationibus, quum praeda captiva, et spoliis hostium solemni apparatu procedebat. Dal.

— *Viamque Sacram.* Fuit ea in quarta Vrbis regione, teste P. Victore, in Descript. urbis Romae. Sericis cortinis inumbratam fuisse, auctor est Dio lib. XLIII, p. 226: Περαπετάσματα σηρικὰ ὑπερεπίτασε. H.

Et clivum usque in Capitolium. MSS. Regg. et ita Broterius edidit post Rezzonicum: al. *ad clivum usque Capitolium.* Eo. P.

Munere. Quod munus a Suetonio describitur Iulio c. XXXIX. Quod vero Plinius addit, kalendis Augusti forum fuisse a Marcello velis inumbratum, Augusto XI consule; significare videtur, id ob recentem appellationem mensis Augusti, qui prius Sextilis dicebatur, factum fuisse: A. V. scilicet 735, vel sequente. H.

Forum muricibus censuerat. Nam Plutarchus lib. de Fenore, forum esse scribit ἀσεβῶν χώραν: Anacharsis, locum destinatum explendae avaritiae, et ad fallendum. Rhodig. lib. XXVIII, cap. 9. Forum triplex Romae fuit. Martialis: *Atque erit in tripliei par mihi nemo foro.* Id. *Et fora tot numeras Iane quot ora geris.* Seneca: *Adiice nunc publica periuria*

nuper colore caeli, stellata, per rudentes iere etiam in amphitheatro principis Neronis. Rubent in cavis aedium, et muscum a sole defendunt. Caetero mansit candori pertinax gratia. Honor etiam et Troiano bello. Cur enim non et praeliis intersit, ut naufragiis? Thoracibus lineis paucos tamen pugnasse, testis est Ho-

gentium, circumscriptiones, fraudes, inficiationes, quibus trina fora non sufficiunt. Quartum Traianus addidit. Fuit et forum Domitiani transitorium, quod a Suetonio *Methodium* dictum volunt. Rhod. lib. XXVIII, pag. 10. Dal. — *Muricibus.* Acutis lapidibus, ne fora litigiosa tam crebro litigantes adirent. Muricem Veteres dicebant saxi acumen. Virg. Aeneid. V, 205: *Concussae cautes, et acuto muricе remi Obnixi crepuere, illisaque prora pependit.* Vbi id Servius adnotat; et eiusdem loci auctoritate Nonius Marcellus: *Murices*, inquit, *vetustas etiam saxorum asperitates dici voluit.* Hard.

Vela nuper. Vela nuper, inquit, coloris caerulei visa, ac distincta stellis, per rudentes extenta cucurrere, in amphitheatro Neronis. Sunt et rubra in cavis aedium, quae muscum virentem a solis ardore defendant. Harn.

In amphitheatro. Hoc amphitheatrum esse censuerim, quod Tranquillus in Nerone cap. XII, ligneum fuisse dicit, in regione Martii Campi intra anni spatium fabricatum. De quo et Taeit. Annal. XIII, pag. 208: *Nerone secundum, L. Pisone coss. pauca memoria digna evenere: nisi cui libeat, laudandis fundamentis et trabibus, queis molem amphitheatri apud Campum Martis Caesar exstruxerat, volumina implere.* De velis ibi extentis, Dio LXIII, dum res gestas iis diebus enumerat, quibus a Nerone Armeniae regnum Tiridati concessum est: Τάγε μὲν παραπετάσματα τὰ διὰ τοῦ ἀέρος διεταθέντα, ὅπως τὸν ἥλιον ἀπερύκοι, ἀλουργὰ ἦν· καὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν ἅρμα ἐλαύνων ὁ Νέρων ἐνέστικτο· πέριξ δὲ ἀστέρες χρυσοῖ ἐπέλαμπον. *Vela per aërem extensa, solis arcendi causa, purpurea erant: quorum in medio Nero acu pictus currum agitabat: circa hunc undique sidera lucebant aurea*, etc. H.

Cavis aedium, Cavaedium, seu cava aedium (tot enim modis proferunt) quasi aedium cavea, Varroni lib. IV de Ling. Latin. locus tectus et patulus intra parietes ad omnium communem usum. Vt in theatro cavea locus fuit, e quo sedens populus ludos et publica munera spectabat: sic cavaedium ambulatio et porticus, monachorum peristyliis similis, e qua, qui spatiantur, proditurum dominum exspectantes, impluvium, id est, aream in quam impluit, aspiciunt. Graeci μίσαυλον vocant: et recte quidem, quoniam in medio est totius aedificii, nempe coenaculorum, cellarum, et cubiculorum, ut aperte Varro indicat. Dal.

Caetero. Diuturnior fuit gratia candoris in lino: sive candor in lino caeteris coloribus potior visus est. Harn.

Thoracibus lineis paucos tamen, etc. Iliad. B: Λοκρῶν δ' ἡγεμόνευεν Οἰλῆος ταχὺς Αἴας Μείων· οὔτι τοσός γε ὅσος

merus. Hinc fuisse et navium armamenta apud eumdem interpretantur eruditiores : quoniam quum sparta dixit, significaverit sata.

VII. (II.) Sparti quidem usus multa post secula coeptus est : nec ante Poenorum arma, quae primum Hispaniae intulerunt. Herba et haec sponte nascens,

Τελαμώνιος Αἴας, Αλλὰ πολὺ μείων· ὀλίγος μὲν ἔην λινοθώρηξ. Rursum eodem lib. Τῶν ἦρχ' Ἀδρηστος... καὶ Αμφιος λινοθώριξ. Mitalba — *Homerus.* Λινοθώρηκας eiusmodi bellatores vocat. Et linteam loricam induisse Galbam Tranquillus scribit cap. XIX, quanquam non dissimulantem parum adversus mucrones profuturam. H.

Quoniam quem sparta. Hic versus ille Homericus, quem respicit ex Iliad. B, vers. 135 : Καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν, καὶ σπάρτα λέλυνται. Error hic fuit eruditorum illorum, quos Plinius nunc appellat, qui τὰ σπάρτα in eo versu *sata* interpretati sunt, aut funes rudentesque nauticos ex rebus sativis factos, uti ex lino, stupa, cannabe; quia σπείρειν serere significat. Σπάρτα νεῶν Homerus vocat, funiculos e lino vel cannabe, quibus suebantur naves, non quia e sativis rebus nectebantur : sed quia ad nectendum idonei. Nam σπείρειν Graecis ut *serere* Latinis, non solum terrae semen committere, sed et nectere significat, et coniungere invicem. Τὸ σπαρτόν est sativum, quod seri potest : at σπάρτον est funis qui seritur, id est, nectitur. H.

VII. *Sparti quidem.* Hoc spartum Latinorum diversum est a sparto Graecorum. Haro. — *Sparti. Stipae* sc. *tenacissimae* (*Triand digyn.* gen. 111 W. *Gram.* Juss.) Memoratur a Clusio Histor. pag. 220. An *Lygeum Spartum?* Ed. P.

Poenorum arma. Bello Punico secundo, quo totam intra flumen Iberum Hispaniam sibi subiecit Hannibal. Hard.

Herba et. Spartum duplex est, alterum iuncus Ibericus, sive Hispanicus, ἀκάνθης, ἄκαρπος, ἄφυλλος, ad nexus tantum utilis : alterum genista, quam Graeci τὴν σπάρτην καὶ τὸ σπάρτον, et τὸ σπάρτιον dixerunt. Et haec duplex : altera silvestris, sine foliis, in agro Monspessulano frequens, qua olim Asiatici ἐδέσμευον τὰς ἀμπέλους, vites religabant, unde et ἀμπελοπλοκικῆς nomenclatura, et mulis, bobus, camelis, in attritu pedum subluvie, et aliis id genus morbis calceos et soleas nectebant, quas *crabatinas* Aristoteles videtur appellare Histor. Anim. lib. II, cap. 1. Altera foliosa : et haec rursum duplex : prior in hortis sata, eiusdem prorsus generis et usus cum supra scripta, sed cultus mangonin vestita foliis paucis et exiguis, quae desunt alteri, in aridis et squallentibus locis natae, floris odore iucundissimo gravissimoque apibus : quamobrem et prope alvearia plantatur, melle nonnunquam eius odorem referente lib. XI, cap. 8. Genistam Florentinam vocat Gallia : alii Hispanam. Posterior silvestris, in macris et arenosis ubivis luxurians, foliis multis et densius congestis operta, ramulis vietis, praetenuibus, graviter olentibus, quibus etiam ad vinciendum uti liceat. Guil-

et quae non queat seri, iuncusque proprie aridi soli, uni terrae dato vitio: namque id malum telluris est: nec aliud ibi seri aut nasci potest. In Africa exiguum et inutile gignitur. Carthaginiensis Hispaniae citerioris portio, nec haec tota, sed quatenus parit, montes quoque sparto operit. Hinc strata rusticis eorum, hinc ignes facesque, hinc calceamina, et pastorum vestis: animalibus noxium, praeterquam cacuminum teneritate. Ad reliquos usus laboriose evellitur, ocreatis cruribus, manu, textisque manicis, convolutum

landinus non satis diligenter has species distinxit. Ibericos funes sparteos Flaccus vocat: *Ibericis peruste funibus latus*: quamvis ineptum et ridiculum oratorem fuisse scribat, qui pro sparto *herbas Ibericas* disisset. Turneb. lib. XIV, cap. 9. Dal.

Et quae non queat seri. Contra seri Varro iubet, de Re Rust. lib. I, cap. 32: *Sic ubi cannabim*, inquit, *seras, linum, iuncum, spartum, unde lineas, funes facias*, etc. Sed aegre admodum scimus ex semine pullulare. H.

Iuncusque. Ob folia iuncea, et aspera. Haro.

Aridi soli. Siticulosi, aquarum penuria laborantis. Strabo lib. III, p. 60 de campo spartario: Τοῦτο δ' ἐστὶ μέγα καὶ ἄνυδρον, τὴν σχοινοπλοικὴν φύον σπάρτον, ἐξαγωγὴν ἔχουσαν εἰς πάντα τόπον, καὶ μάλιστα εἰς τὴν Ἰταλίαν. Haao.

Vni terrae. Hispaniae. Praecedenti tamen capite auctor scripsit e genista, id est, sparto, Asiam praecipua lina facere, etc. Auctor lib. XXIV, cap. 9, an genista, spartum ait, dubitat. Vide locum. Dal.

Carthaginiensis Hispaniae citerioris portio. Campum amplum et ἄνυδρον. Strabo lib. VI, vocat nunc ἰουγκάριον, iuncarium latino vocabulo, nunc πεδίον σχοινοῦν, nunc ἁλισχοινοῦν, Marathronio a feniculi copia dicto proximum. Dal. — *Carthaginiensis.* Gignit nunc quoque haec regio ab limitibus Granateusis regni, seu Baeticae fine, usque ad eam urbem, quae nunc Murcia dicitur. Fuit eo tractu, campus Spartarius, Carthagoque nova, *Carthagena* et ipsa inde a Plinio XXXI, 43, et ab Isidoro l. XV, c. 1, Spartaria appellata: Καρχηδὼν Σπαρταγενής Appiano, in Iber. p. 261. Crescit et in Valentino Hispaniae regno spartum. H.

Hinc strata. Eodem est hodie apud Hispanos usu: nam ex crudo exsiccatoque sparto tapetes sive aulaea, storeas, corbes, rudentesque conficiunt. Corbes ii certe, in quibus ficus et uvae passae advehuntur, e sparto contexti sunt. Ex eo denique in lini morem aqua macerato, deinde siccato, tusoque, calceamenti genus paratur, quod ipsi *Alpergates* vocant. Haec omnia ex Clusio, qui vidit, loc. cit. Hard.

Manu, textisque manicis. Sic ex MSS. emend. Hard. cons. Chiffl. Gron. et al. *manibusque textis manicis.* Ed. P.

osseis iligneisve conamentis. Nunc iam in hiemem iuxta. Facillime tamen ab idibus maiis in iunias: hoc maturitatis tempus.

VIII. Vulsum fascibus in acervo animatum biduo, tertio resolutum, spargitur in sole siccaturque, et rursus in fascibus redit sub tecta. Postea maceratur aqua marina optime, sed et dulci, si marina desit; siccatumque sole iterum rigatur. Si repente urgeat desiderium, perfusum calida in solio, ac siccatum stans, compendium operae fatetur. Hoc autem tunditur ut fiat utile, praecipue in aquis marique invictum. In sicco praeferunt e cannabi funes. At spartum alitur etiam demersum, veluti natalium sitim pensans. Est quidem eius natura interpolis; rursusque quam

Iligneisve conamentis. Conamenta ossea ligneave interpretor, ossa, ligneosque fustes teretes, quibus spartum convolvitur, ut vellentium conatus iuvetur, et minuatur labor. Ita sane libri omnes etiam MSS. Nugautur, qui *mucamentis*, vel *cum amentis* maluni. Hard.

Nunc iam in hiemem iuxta. Subintellige, vellitur pariter hieme, ut aestate: sed multo facilius ab idibus maiis, etc. Ita porro MSS. omnes: non ut edd. vetl. et Gron. *in hiemem vix.* H.

VIII. *Vulsum.* Ita libri omnes: hoc est, nondum exanime, sed viride adhuc et integrum: cum eo spiritu, quem exhalat, quum recens est: atque uti de palmae fructu Plinius ait, lib. XIII, cap. 9, *cum sui ardoris anima.* Resolvi deinde porro necesse est, vertique ad solem, uti de feno dictum est, lib. XVIII, cap. 67, alioqui, ut fenum, sic et spartium incensa illa anima nebulam exhalaret, accendereturque et conflagraret. Dalecampius et post eum Salmasius, legunt *manuatum*, interpretanturque, ut Plinios ipse loquitur initio cap. 3, *in fasciculos manuales colligatum*: quod vereor, ut cuiquam probent. H.

Si repente. Si statim uti sparto desideras. H.

In solio. Solium pro vase iligneo aut abiegno ponitur. Sic vasa ea, in quibus cum lixivio calido et cinere pannos emaculamus, folia dicimus. Hard.

Vt fiat utile. Quod ob eum usum σχοινοπλοκικὸν dicunt. Dal.—*Vtile.* Funibus texendis, caeterisque usibus. Haan.

Natalium sitim. Quoniam in arido solo, ut dictum est, nascitur.

Est natura.... interpolis. Ea sparti natura, ut interpolandis, resarciendis, renovandis operibus, quae ex eo fiunt, aptissime adhibeatur, et vetustum secure misceatur novo. Interpolis mulier a Plauto appellatur ea, quae se pigmentis interpolat, atque reconcinnat, ut ex vetusta anu nova quasi

libeat vetustum novo miscetur. Verumtamen complectatur animo, qui volet miraculum aestimare, quanto sit in usu, omnibus terris, navium armamentis, machinis aedificationum, aliisque desideriis vitae. Ad hos omnes usus quae sufficiant, minus triginta millia passuum in latitudinem a littore Carthaginis novae, minusque c in longitudinem esse reperientur. Longius vehi impendia prohibent.

IX. Iunco Graecos ad funes usos nomini credamus, quo herbam eam appellant: postea palmarum foliis, philuraque, manifestum est: et inde translatum a Poenis sparti usum, perquam simile veri est.

X. Theophrastus auctor est, esse bulbi genus circa ripas amnium nascens, cuius inter summum corticem, eamque partem qua vescuntur, esse laneam naturam, ex qua impilia vestesque quaedam conficiant. Sed ne-

puella fiat, in Mostellar. Act. I, scen. III, vers. 117. H.

Minusque C in longitudinem. Sic Apuleius in Herbario suo: quod etiam Salmasius vidit, in Solinum p. 264: *Ad quos omnes usus minus* XXX *M. pass. in latitudinem e littore Carthaginis novae... centum in longitudinem nascitur.* H. — Longitudo maior esse forte debet. Nam nos docuit Bowles, *Introd. à l'Hist. nat. d'Espagne*, pag. 239, spartum crescere in maxima Hispaniae parte. Brot.

Longius vehi. Ex interiore Hispaniae tractu advehi, impendia terrestris itineris vetant. H. — *Vehi.* Nunc Cartheiam advehitur spartum; ibique instituta an. 1776 spartaria officina. Brot.

IX. *Iunco Graecos.* Σχοῖνος et funem significat, et iuncum: quomodo et spartum nunc restem, nunc planam e qua restes fiunt. Dal.

Nomini credamus. Σχοῖνος. Vide Rob. Constant. in Lexico. Hard.

Philuraque. Hoc est, tenuissimis arboris liliae membranis, seu tunicis: haec enim φιλύρα Graecis dicitur. Hard.

X. *Theophrastus.* Hist. lib. VII, c. 13, et ex eo Atheu. lib. II, p. 64.

Ex qua impilia. Ita MSS. Reg. Colb. Chiffl. Thuan. non, ut editi perperam, *mapalia.* Sunt autem *impilia* socculi. Theophrasto ποδεῖα. Ὑφαίνεται δὲ ἐξ αὐτοῦ, inquit, καὶ ποδεῖα, καὶ ἄλλα ἱμάτια. Ποδεῖα sunt pedum tegumenta, ex coacta lana. Impilia igitur coactilia erunt, pedibus involvendis, calceandisque utilia. *Des chaussons de feutre.* Pollux, lib. II, cap. 4: Ποδεῖα δὲ τοὺς περὶ τοῖς ποσὶ πίλους. Hesych. Νάκτα, τοὺς πίλους καὶ τὰ ἐμπίλια. Vsus hac voce *impilia* Vlpianus. Vide Turneb. Advers. lib. XI, cap. 14. Hard.

que regionem, in qua fiat, neque quidquam diligentius, praeterquam eriophoron id appellari, in exemplaribus, quae quidem invenerim, tradit; neque omnino ullam mentionem habet, cuncta cura magna persequutus cccxc annis ante nos, ut iam et alio loco diximus: quo apparet, post id temporis spatium in usum venisse spartum.

XI. Et quoniam a miraculis rerum coepimus, se- 4
quemur eorum ordinem, in quibus vel maximum est, aliquid nasci aut vivere sine ulla radice. Tubera haec vocantur, undique terra circumdata, nullisque fibris nixa, aut saltem capillamentis, nec utique extuberante loco in quo gignuntur, aut rimas agente: neque ipsa terrae cohaerent. Cortice etiam includuntur, ut plane nec terram esse possimus dicere, nec aliud quam terrae callum. Siccis haec fere et sabulosis locis, frutectosisque nascuntur. Excedunt saepe magnitudinem mali cotonei, etiam librali pondere. Duo 2
eorum genera, arenosa dentibus inimica, et altera sincera. Distinguuntur et colore, rufo, nigroque, et

Eriophoron. Ερριοφόρον, ob tomenti copiam, quam gerit, quae lanae modo in stamina deduci potest. Bulbi eriophori geminam iconem exhibet Dodonaeus pag. 681. Ex his alterum in Regio horto vidimus, qualem et Clusius pinxit. Peruanum praeterea alterum, et tertium Orientalem appellatum. H. — *Eriophorum angustifolium* (*Triand. mon.* g. 115 W. *Cyperoid.* Juss.) Ed. P.

Neque mentionem. Eius nimirum quod nunc describitur. H. — *Mentionem habet.* Theophrastus, Histor. lib. I, cap. 8, λινοσπάρτου meminit inter ea, quibus cortex multis tunicis constat. Id autem aliud esse non potest quam spartum pro lino usurpatum ad varios usus vitae. Quidam eo loco divisim legunt *linum, spartum.* In hac ergo re memoria lapsus Plinius est. Dalec.

CCCXC annis. Nempe A. V. C. 440, ut dictum est l. XIII, c. 30, et l. XV, c. 1. Haec vero Plinius commentabatur anno 830, ut ipse fatetur lib. XIV, c. 5. Quare a Theophrasto ad Plinium intervallum fuit 390 annorum, non ut libri hactenus editi exhibent, 490, addita perperam centenarii nota, quae superfluit. Hard.

XI. *Tubera.* Vulgo, *des truffes.* — Vid. Not. II de Tuberibus. Ed. P.

intus candido: laudatissima Africae. Crescant, anne vitium id terrae (neque enim aliud intelligi potest) ea protinus globetur magnitudine, qua futurum est: et vivantne, an non, haud facile arbitror intelligi posse. Putrescendi enim ratio communis est iis cum ligno. Lartio Licinio praetorio viro iura reddenti in Hispania Carthagine, paucis his annis scimus accidisse, mordenti tuber, ut deprehensus intus denarius primos dentes inflecteret: quo manifestum erit, terrae naturam in se globari. Quod certum est, ex iis erunt quae nascantur, et seri non possint.

XII. (III.) Simile est et quod in Cyrenaica provincia vocant misy, praecipuum suavitate odoris ac saporis, sed carnosius: et quod in Thracia iton, et quod in Graecia geranion.

Lartio Licinio. Vetus inscriptio, sed suspecta illa quidem nobis apud Grulerum, p. 480: LARTIVS. LICINIVS. CVM. GVBERNASSET. HISPAN. HVNC. AQVAEDVCTVM. IVSSIT. AEDIFICARI. Apud Plinium Iuniorem, lib. II, epist. 44, Largius Licinius, pro Lartio mendose appellatur. HARD.

Terrae naturam. Substantiam tenuiorem, ax qua tuber nascitur, sic in se convolvi, ut incidentia quoque includat. De hoc argumento vide dissertationem D. Geoffroy Iunioris, in Hist. Academiae Regiae Scientiarum, anni 1711, p. 23. HARD.

Ex iis erunt. Ex eorum genere tubera erunt, quae seri non possint. HARD.

XII. *Simile est misy.* Tuberis genus, et iton, et geranion. HARD. — Geranion est *Geranium tuberosum* (*Monad. decand.* L. *Geran.* Juss.) ED. P.

Et quod in Tracia. Mutilus hic locus in libris hactenus editis fuit, hoc modo: *et quod in Thracia ceraunium.* Nos refinximus fideliter, ut remur, ex libri huius indice in quo diserte legitur, ex MSS. omnium fide, *Misy, iton, geranion.* Nec paulo sane certius ex ipso Theophr. haec tria tuberum genera iisdem fere verbis laudante, apud Athenaeum, lib. II, pag. 62: Λέγει δὲ περὶ αὐτῶν Θεόφραστος. Τὸ ὕδνον ὃ καλοῦσί τινες Γεράνειον, καὶ εἴτι ἄλλο ὑπόγειον. Καὶ πάλιν· ἡ τῶν ἐγγεοτόκων τούτων γένεσις ἅμα καὶ φύσις, οἷον τοῦ τε ὕδνου, καὶ τοῦ φυομένου περὶ Κυρήνην, ὃ καλοῦσι μισυ. Δοκεῖ δ' ἡδὺ σφόδρα τοῦτ' εἶναι, καὶ τὴν ὀσμὴν ἔχειν κρεώδη. Καὶ τὸ ἐν τῇ Θράκῃ δὲ γενόμενον ἴτον, etc. *De tuberibus haec Theophrastus. Tuber quod geranion quidam nuncupant, et si aliud sub terra generatur. Ac rursum: Eorum quae sub terra pariuntur, eiusmodi natura est ac generatio: quemadmodum tuberis et misy: sic enim*

XIII. De tuberibus haec traduntur peculiariter: quum fuerint imbres autumnales, ac tonitrua crebra, tunc nasci, et maxime e tonitribus: nec ultra annum durare: tenerrima autem verno esse. Quibusdam locis accepta riguis feruntur: sicut Mitylenis negant nasci, nisi exundatione fluminum invecto semine ab Tiaris. Est autem is locus, in quo plurima nascuntur. Asiae nobilissima circa Lampsacum, et Alopeconnesum: Graeciae vero, circa Elin.

XIV. Sunt et in fungorum genere a Graecis dicti pezicae, qui sine radice aut pediculo nascuntur.

vocant quod circa Cyrenen gignitur, et suavissimi gustus esse credunt, et odore carnis. Est et eiusmodi iton, quod in Thracia effodiunt, etc. Adde et Apuleium, qui quum librum suum de salutaribus herbarum remediis (ut alii multa sua volumina) ex Plinio concinnarit, hunc locum integrum fere sic repraesentat: ut Salmasius etiam vidit in Solinum p. 708: *Simile est quod in Cyrenaica provincia vocant misy, praecipuum suavitate odoris ac saporis: et quod in Thracia iton, et quod in Graecia geranion.* Eustathius in Iliad. A. tuber geranium pariter vocari auctor est: Εστὶ γὰρ κατὰ τὸν μύκητα, καὶ τὸ ὄδνον τὸ καὶ γεράνειον κατά τινας. Hard.

XIII. *De tuberibus.* Haec totidem verbis Athenaeus, lib. II, p. 62, ex Theophrasto. H.

Ac tonitrua. Sic etiam sensit Iuvenalis, Sat. v, vers. 116. Vide et Plutarch. Sympos. Quaest. l. IV, cap. 2. Hard.

Tenerrima autem, etc. Τὴν δὲ χρείαν, καὶ τὴν ἀκμὴν ἔχει τοῦ ἦρος. *Verno autem maxime vigent, atque tempestiva sunt.* Ex Athenaeo. Dal.

Quibusdam locis. Quibusdam in locis tuberum origo debetur aquis, et exundationibus fluminum, semina secum devehentium. Theophr. apud Athenaeum, loco cit. Οὐ μὴν ἀλλ' ἔνιοί γε ὡς σπερματικῆς οὔσης τῆς ἀρχῆς ὑπολαμβάνουσιν· ἐν γοῦν τῷ αἰγιαλῷ τῶν Μιτυληναίων οὐ φασὶ πρότερον εἶναι πρὶν ἢ γενομένης ἐπομβρίας τὸ σπέρμα κατενεχθῇ ἀπὸ Τιαρῶν, τοῦτο δ' ἐστὶ χωρίον ἐν ᾧ πολλὰ γίνεται... Φυέται δὲ καὶ περὶ Λάμψακον, καὶ ἐν Αλωπεκοννήσῳ, κἀν τῇ Ηλείων Quae totidem verbis apud Plinium latine legimus. Tiarae porro collis nomen fuit, imminentis littori Mitylenaeorum. In nummis antiquis, ΜΙΤΥΛΗΝΑΙΩΝ scribitur. H.

XIV. *Pezicae.* Πεζίται, inquit Athenaeus, ἄῤῥιζοι καὶ ἄκαυλοι ὄντες τυγχάνουσι (non ut legitur, καὶ αὐτοὶ τυγχάνουσι) nec caulem habent, nec radicem: fungus vero ortus sui principium habet in longum porrectum caulem, et in summo eius veluti crure distenditur. Pezias Itali vocant *Prugnoli*, Galli *mousserons* (*Helvella* aut *Morchella esculenta?* Spreng.), terrae semper incumbente ac instrato globoso capitulo, nec in caulem aliorum modo se attollente:

1 XV. Ab his proximum dicetur auctoritate clarissimum laserpitium, quod Graeci silphion vocant, in Cyrenaica provincia repertum: cuius succum vocant laser; magnificum in usu medicamentisque, et ad pondus argentei denarii pensum. Multis iam annis in ea terra non invenitur: quoniam publicani, qui pascua conducunt, maius ita lucrum sentientes, depopulantur pecorum pabulo. Vnus omnino caulis nostra
2 repertus memoria, Neroni principi missus est. Si quando incidit pecus in spem nascentis, hoc deprehenditur signo: ove, quum comederit, dormiente protinus, capra sternuente: diuque iam non aliud ad

statim primis veris imbribus erumpentes, et toto genere salubres ac innoxios. Quidam *pezitas* esse volunt ruffos fungos, castaneis potissimum adnascentes, quos *auriculas* Galli vocant. Dal. — *Pezicae.* Πέζιζας appellat Theophrast. apud Athen. lib. II, p. 61, quasi fungos sessiles dixeris: sunt ii globosae formae, et instar rotundi orbis terrae adhaerent, nullo pede aut cauliculo fulti: qui dum resiccati rumpuntur, tenuissimum pulverem instar fumi evomunt: vulgo lupi crepitus (*Lycoperdon*) vocant: nec sunt ii fungi edules. H.

XV. *Graeci silphion.* Colum. lib. VI, cap. 17: *Et radix quam Graeci σίλφιον vocant, vulgus autem nostra consuetudine laserpitium appellat.* Aliquando et ea caulis eius plantae appellatio fuit. Dioscorides lib. III, cap. 94: Ενιοι δὲ τὸν μὲν καυλὸν σίλφιον ἐκάλεσαν. Pro tota planta Galenus de Morb. ac. IV, comment. 95: Τὴν ῥίζαν τοῦ σιλφίου καλεῖν ἔθος τοῖς ἀνθρώποις ὁμωνύμως ὅλῃ τῇ βοτάνῃ. Hard.

In Cyrenaica. Inde Cyrenas laserpiciferas vocat Catullus, prave, pro *laserpitiferis.* H.

Cuius succum vocant laser. Nempe *Ferulae Tingitanae* (*Pent. digyn.* gen. 539 Willd. *Ombellif.* Iuss.), de qua vide not. ad calcem huius libri. Ed. P. — *Laser.* De lasere vid. Exc. III ad calc. hui. lib. Ed. P.

Multis iam annis. Sic lib. XXII, cap. 58: *Exstincto omni Cyrenaico silphio, ut diximus.* Scribonius Largus, qui Tiberii aetate vixit, c. XVI ad anginam, compos. 67: *Medicamenta autem simplicia quidam haec faciunt: Laser Cyrenaicum, si potest inveniri: sin minus, Syriacum aqua dilutum*, etc. H.

Quoniam publicani. Mancupum avaritia non patitur laserpitium in caulem assurgere, quia illud depopulantur pecorum pabulo: adeo ut unus caulis, qui pecoris aviditatem fefellerat, pro miraculo Neroni sit missus. Statim in herba tenerove caule depascuntur pecudes, neque sinunt in ferulam assurgere. Arcebant prius ipsi incólae greges ab ea planta, ne florem depascerentur, ra-

nos invehitur laser, quam quod in Perside, aut Media, et Armenia nascitur large, sed multo infra Cyrenaicum: id quoque adulteratum gummi, aut sagapeno, aut faba fracta. Quo minus omittendum videtur, C. Valerio, M. Herenio coss. Cyrenis advecta Romam publice laserpitii pondo XXX; Caesarem vero dictatorem initio belli civilis, inter aurum argentumque protulisse ex aerario laserpitii pondo M. D. Id apud au- 3
ctores Graeciae evidentissimos invenimus natum imbre piceo repente madefacta tellure, circa Hesperidum hortos Syrtimque maiorem, septem annis ante oppidum Cyrenarum, quod conditum est Vrbis nostrae anno CXLIII. Vim autem illam per quatuor millia

dicemque suffoderent, teste Arriano, de Exped. Alex. lib. III. H.

Quod in Perside. De lasere Mediae, Eustathius in Dionys. v. 1017, pag. 127. De Syria, Media, Armeniaque Dioscorides, lib. III, cap. 94. Apicius lib. I, cap. 30, *laser Parthicum* vocat. H. — Est *Ferula Assa foetida*, de qua vide not. ad calcem hui. lib. Ed. P.

Aut. Sic Franzius ex Dalec. Hard. et Brot. omisso τῷ *aut*, *sagapeno*, et *sacopenio*. Ed. P.

Aut sagapeno. Sic Dioscorid. lib. III, cap. 94: Δολοῦται δὲ πᾶς ὁπὸς πρὸ τοῦ ξηρανθῆναι σαγαπηνοῦ μιγνυμένου, ἢ ἀλεύρου ἐρεγμενοῦ, etc.

C. Valerio. C. Valerio Flacco, de quo Val. Max. lib. VI, cap. 9. Dal. — *C. Valerio.* In annum Vrbis 664 incidit consulatus C. Valerii Flacci, et M. Herennii. Vide Cassiod. Iul. Obseq. et Fragm. Capitol. H.

Pondo M. D. Hoc est, pondo mille quingenta. Ita MSS. Reg. 2, et Colb. non, ut editi, *pondo CXI* H. Brot. ex MSS. *CXI*. Ed. P.

Id apud auctores. Est et apud Theophrast. Hist. lib. VI, cap. 3. Hard. — *Evidentissimos.* Vet. ap. Dalec. *vetustissimos*. Ed. P.

Piceo. Crasso et nigro picis modo. Dalec.

Hesperidum hortos. Vide lib. V, cap. 5. Theophrast. loco cit. ut quidem in libris editis vulgo habetur, περὶ τὴν Σύρτιν ἀπὸ τῶν Εσπεριδῶν, circa Hespeliam, seu Berenicem oppidum Syrti vicinum. H.

Anno CXLIII. Olympiadis XLV annus hic secundus fuit. Theophrastus loco cit. conditam Cyrenen ait annis fere trecentis antequam Archon Athenis Simonides foret: fuit autem is Archon Olymp. CXVII: anno secundo, urbis Romae 442. Quare cum Plinio Theophrastus facit, quum a trecentorum annorum numero unicus desideretur. Solinus urbis Cyrenes ortum adscribit Olympiadi V et XL, post Troiam captam ann. 586. Eusebius in Chronico vicennio ante Olymp. XXXVII, ann. 4: *Battus*, inquit, *Cyrenen condidit.* H.

stadium Africae valuisse. In ea laserpitium gigni solitum, rem feram ac contumacem; et si coleretur, in deserta fugientem: radice multa crassaque, caule ferulaceo, aut simili crassitudine. Huius folia maspetum vocabant, apio maxime similia. Semen erat foliaceum, 4 folium ipsum vero deciduum. Vesci pecora solita, primoque purgari, mox pinguescere, carne mirabilem in modum iucunda. Post folia amissa, caule ipso et homines vescebantur decocto, asso, elixoque: eorum quoque corpora XL primis diebus purgante a

Quatuor millia. Theophr. πλείω ἢ τετρακισχιλία σταδία. Sunt ea passuum L millia. H.

Rem feram. Quae cultum aspernetur omnem, et loca culta fugiat: vel, uti de cupresso dictum est, quae sit natu morosa. H.

In deserta fugientem. Ἐξανακχωροῦσαν, evanescentem, exsrescentem, deserta, derelictaque sua sede. Theophr. Dalec.

Aut simili crassitudine. Ita MSS. omnes Reg. Colb. Thuan. et Chiffl. non uti hactenus editi, *haud simili.* Favel Theophr. Hist. lib. VI, cap. 3: Τὸν δὲ καυλὸν ἡλίκον νάρθηξ, σχεδόν τε τῷ πάχει παραπλήσιον. H.

Huius folia. Theophr. loco citato. Τὸ δὲ φύλλον, ὃ καλοῦσι μάσπετον, ὅμοιον τῷ σελίνῳ, etc. Pollucis, VI, 10, pag. 287, eadem sententia est, ἡ δὲ ῥίζα σίλφιον ... τὸ δὲ φύλλον μάσπετον. Diosc. vero III, 94, caulem maspetum: Οὗ ὁ καυλὸς μάσπετον καλεῖται, ἐμφερὴς νάρθηκι. Idem nihilominus aliorum sententiam recitat: Ἔνιοι δὲ τὸν καυλὸν σίλφιον ἐκάλεσαν, τὴν δὲ ῥίζαν μαγούδαριν, τὰ δὲ φύλλα μάσπετα. H.

Semen ... foliaceum. Theophrast. Σπέρμα δ' ἔχει πλατύ, φυλλῶδες, οἷον τὸ λεγόμενον φύλλον. Et ipsum quoque semen a planitie foliacea, folium est oppellatum, ut ex Galeno dicemus statim. Hard.

Vero. Hactenus *vere* legebatur: unde arrepta statim a Criticis, quos Salmasius sequutus est in libello, cui titulum fecit Praefationis ad Plinium, p. 104, occasio scribendi, perverse omnino reddita esse a Plinio haec Theophrasti verba, ex Hist. VI, 3, ἅμα μὲν οὖν, τῷ ἦρι τὸ μάσπετον ἀφίησι, quibus ille non amitti vere, sed emitti tum potius folia significat. At suspicionem omnem erroris abstulit sincera lectio codic. MSS. Reg. 1, Colb. Chiffl. etc. in quibus *vero*, non *vere* legitur. Quo porro tempore ea decidant, Pliuius ipse paulo post declarat: *Folia aurei coloris pro semine fuisse, cadentia a Canis ortu Austro flante.* Cui sententiae Theophrastus ipse suffragatur, ut in prioribus Notis monuimus. H.

Vesci pecora. Theophr. loco cit.

Post folia amissa. Decidere enim ea a Canis ortu, Austro flante, quidam tradidere. Hard.

Asso, elixoque. Theophr. ἑφθόν, ὀπτόν. Hard.

vitiis omnibus. Succus duobus modis capiebatur, e radice, atque caule. Et haec duo erant nomina: rhizias, atque caulias vilior illo ac putrescens. Radici cortex niger. Ad mercis adulteria, succum ipsum in vasa coniectum, admixto furfure, subinde concutiendo, ad maturitatem perducebant; ni ita fecissent, putrescentem. Argumentum erat maturitatis, color, 5 siccitasque sudore finito. Alii tradunt laserpitii radicem fuisse maiorem cubitali, tuberque in ea supra terram. Hoc inciso, profluere solitum succum, ceu lactis, superenato caule, quem magydarin vocarunt.

Succus duobus. Theophr. loc. cit. et Diosc. totidem verbis, καυλίαν vocant succum, qui e caule, ῥιζίαν qui ex radice exprimeretur. H.

Rhizias. Constans haec est exemplarium omnium scriptura, Reg. Colb. Theoph. Chiffl. etc. qua succum cauliam appellatum viliorem esse, praestantiorem esse rhizian, haud obscure declaratur. Favet Theophr. Hist. IX, 2, qui eadem habet: Καλοῦσι δὲ τῶν ὀπῶν τούτων τὸν μὲν καυλίαν, τὸν δὲ ῥιζίαν, καὶ ἔστι βελτίων ὁ ῥιζίας, καθαρὸς καὶ διαφανὴς, καὶ ξηρότερος. Ο δὲ καυλίας ὑγρότερος. Nequidquam refragante Apuleio, qui dum locum trascriberet ex vitioso codice, in lib. de Remediis herbarum, *vilior ille* legisse in eo videtur. H.

Radici cortex niger, etc. Eum detrahi solitum scribit Theophr. quapropter eo relicto mercem ab impostoribus adulterstam interdum fuisse. Dalec.

Ad mercis adulteria. Ad mercem eam sive succum adulterandum. Legit Salmasius in Solin. pag. 1024, *ad merces ad ultera*, et ad ultera esse ait, quod Graeci εἰς τὰ πέραν dicant. At id quis unus, smabo, dixit idoneus satis latinitatis suctor? Hard.

Admixto furfure. Theophr. *admixta farina*, ἄλευρα μίξωσι. H.

Ad maturitatem. Ad perfectionem integritatemque eam, quam hominum industria ac opera obtineret, ut 5 putredine defenderetur. H.

Sudore finito. Omni humore succi excocto, siccato. Hard.

Tuberque in ea. In eaque radice exluberare capitulum quoddam, quod sublime penitus exstet, ut fere in summa tellure esse appareat: Οἱ δὲ τοῦ σιλφίου τὴν ῥίζαν φασὶ γενέσθαι πηχυαίαν ἢ μικρῷ μείζονα. Ταύτην δὲ ἔχειν ἐπὶ τοῦ μέσου κεφάλιον· ἃ καὶ μετεωρότατόν ἐστι, καὶ σχεδὸν ὑπὲρ γῆς, κ. τ. λ. Theophr. l. c. H.

Hoc inciso. Theophrast. l. c. Sed quem ex Plinio aliisque sic legas: Μετὰ ταῦτα δὲ τὸν καυλὸν καλεῖσθαι δὲ μαγύδαριν· ἐκ δὲ τούτου τὸ καλούμενον φύλλον. Quanquam alii, ut diximus, radicem magydarin vocant, non caulem: semen ipsum fructumque Galenus, t. II, in expl. voc. Hipp. pag. 93: Οποῦ καρπὸς, σιλφίου σπέρμα, ὅπερ φύλλον ἐνικῶς καὶ μαγύδαρις ὑπό τινων καλεῖται. *Succi*

Folia aurei coloris pro semine fuisse, cadentia a Canis ortu, Austro flante. Ex his laserpitium nasci solitum, annuo spatio et radice, et caule consummantibus sese. Hoc et circumfodi solitum prodidere: nec purgari pecora, sed aegra sanari, aut protinus mori; quod in paucis accidere. Persico silphio prior opinio congruit.

XVI. Alterum genus eius est, quod magydaris vocatur, tenerius et minus vehemens, sine succo: quod circa Syriam nascitur, non proveniens in Cyrenaica regione. Gignitur et in Parnasso monte copiosius, quibusdam laserpitium vocantibus: per quae omnia adulteratur rei saluberrimae utilissimaeque auctoritas. Probatio sinceri prima, in colore modice rufo, et quum frangitur, candido intus, mox translucente:

fructus, silphii semen dicitur, quod et folium simpliciter, et magydaris a quibusdam vocatur. Et Iul. Pollux, VI, 10: Σιλφίου τὸ σπέρμα καλεῖται μαγύδαρις, etc. H.

Folia aurei. Foliacea, ut diximus, semina ei sunt: haec post Canis ortum, Austro flante, decussa novellas silphii seu laserpitii plantas gignunt. Semen silphii folium simpliciter appellatum esse, ex vetustis scriptoribus antea demonstratum est. Theophrasti haec verba suo loc. citat. Τὸ καλούμενον φύλλον εἶναι σπέρμα, ὃ καὶ ὅταν νότος λαμπρὸς πνεύσῃ μετὰ Κύνα, διαῤῥίπτεται· ἐξ ὧν φύεσθαι τὸ σίλφιον. Hard.

Annuo spatio. Eodem anno radix consummatur, perficiturque, et caulis, τῷ αὐτῷ δὲ ἔτει τήν τε ῥίζαν γίνεσθαι, καὶ τὸν καυλόν. H.

Hoc et circumfodi. Theophr. Δεῖν ὀρύττειν ἐπέτειον, *pastinari annis singulis oportere.* Hard.

Sed aegra sanari. Aut sanari protinus, aut protinus mori: mori autem protinus, rarum. Hard.

XVI. *Alterum genus.* Theophrast. loc. cit. Adde Hesychium pag. 614: Μαγύδαρις, ὁπὸς σιλφίου· οἱ δὲ ἕτερον τοῦ σιλφίου εἶναι εἶδος μανώτερον. H. — Vid. not. 1 ad calc. hui. lib. Eo. P.

Circa Syriam. Περὶ Συρίας Theophrast. At Diosc. III, 94, ἐν Λιβύῃ. Haro.

Gignitur. Theophr. l. c. H.

Per quae omnia. Per Syriacum, Parnassiumque silphium, verum ac sincerum adulteratur. H.

Probatio sinceri. Diosc. quoque l. Διαφέρει δὲ αὐτοῦ ὁ ὑπέρυθρος, καὶ διαυγὴς, σμυρνίζων... μὴ δὲ ἀπηνὴς, πρὸς τὴν γεῦσιν· εὐχερῶς τε διαμένος ἐπὶ τὸ λευκὸν χρῶμα, etc. *Praefertur modice ruber, atque translucens, myrrhae aemulus... neque saporis immitis: qui denique et facile liquescit ac diluitur, et albescit.* H.

Mox translucente. Myrrhae similis: non porracei: odore valenti, gustu

gutta, aqua salivaque liquescit. Vsus in multis medicaminibus.

XVII. Sunt etiamnum duo genera, non nisi sordido nota vulgo, quum quaestu multum polleant. In primis rubia tingendis lanis et coriis necessaria. Laudatissima Italica, et maxime suburbana; et omnes paene provinciae scatent ea. Sponte provenit, seriturque similitudine erviliae. Verum spinosus ei caulis: geniculatus hic est, quinis circa articulos in orbe foliis. Semen eius rubrum est. Quos in medicina usus habeat, suo dicemus loco.

XVIII. At quae vocatur radicula, lavandis demum

suavi, et quum gustatur, facile diluti in album colorem. Dioscor. Dal.

Vsus in multis. Quae referuntur inferius lib. XXII, 48, 49. H.

XVII. *Sunt... genera.* Earum scilicet plantarum, quarum confessae sunt utilitates, ut dictum est cap. 1. Hard.

Quaestu multum. Dioscor. de rubia: Ὀφελίμως σπείρεται, διὰ τὸ γίνεσθαι ἐκ τούτου πλείστην πρόσοδον. Hard.

In primis rubia. Graeci ἐρυθρόδανον vocant; Galli, *garance:* officinae, *rubiam tinctorum.* Radicis liquore apud nos singulis annis in Paschali festo mulieres ova tinguni. A Dodonaeo pingitur pag. 349, qualem in horto Regio vidimus. A vocabulo gallico deductus garaneus color, cuius Vgutio meminit; qui nempe accedit ad rubiam: cuiusmodi est color cervorum: *couleur de cerf, garancé.* H. — *Rubia tinctorum* (*Tetrand. monog.* gen. 187 Willd. *Rubiac.* Juss.) Eo. P.

Italica. Ravennatem rubiam laudat in primis Diosc. III, 160. H.

Sponte... seriturque. Hoc est, una silvestris est, saliva altera, quod et Diosc. l. c. sit: addens et inter oleas et in arvis seri. H.

Similitudine erviliae. Semen, inquit, seritur, similitudine erviliae, seu pisi minoris. De ervilia diximus lib. XVIII, cap. 10. H.

Verum spinosus. Licenter Plinius asperum caulem *spinosum* vocat. Spinis Erythrodranon carere, Theophr. aperte scribit Histor. lib. VI, cap. 1. Dalec. — *Verum spinosus.* Τραχύς, asper. Diosc. Εἰσὶ δὲ αὐτοῦ οἱ καυλοὶ τετράγωνοι, μακροὶ, τραχεῖς... ἔχοντες ἐκ διαστημάτων τὰ φύλλα καθ' ἕκαστον γόνυ, ὥσπερ ἀστέρας εἰς κύκλον περικείμενα. *Foliis in orbem per intervalla, nempe circa singula genicula, stellae modo decussatim radiatis.* Hard.

Semen... rubrum. Semen rotundum, inter initia viride, mox rubrum, postremo quum ematuruit, nigrum inquit Diosc. Καρπὸν στρογγύλον, τὰ πρῶτα χλωρόν, εἶτα ἐρυθρόν, εἶτα πεπαινόμενον μέλανα. H.

Suo dicemus. Lib. XXIV, cap. 56. Hard.

XVIII. *At quae... radicula.* Diosc. II, 139: Στρούθιον... ᾧ οἱ ἐριοπλύται

lanis succum habet: mirum quantum conferens candori mollitiaeque. Nascitur sativa ubique, sed sponte praecipua in Asia Syriaque, saxosis et asperis locis. Trans Euphratem tamen laudatissima, caule ferulaceo, tenui: et ipso cibis indigenarum expetito, et unguentis, quidquid sit, cum quo decoquatur: folio oleae. Struthion Graeci vocant: floret aestate, grata aspectu: verum sine odore, spinosa, et caule lanuginoso. Semen ei nullum, radix magna, quae conditur ad quem dictum est usum.

XIX. (IV.) Ab his superest reverti ad hortorum curam, et suapte natura memorandam, et quoniam antiquitas nihil prius mirata est, quam Hesperidum hortos, ac regum Adonis et Alcinoi: itemque pensiles,

πρὸς κάθαρσιν τῶν ἱρίων. *Struthium sive radicula, qua fullones purgandis lanis utuntur.* Ea est quae communi officinarum consensu saponaria dicitur, quoniam eluendis vestimentorum maculis, sordibusque lanarum expurgandis, saponis vicem exhibet. Quidam herbam fullonum etiam nominant, *l'herbe au foulon*, quod ea interpolandis vestibus, et mangonio poliendis fullones utuntur. Eadem apud Diosc. in Nothis: Στρούθιον, Ρωμαίοις ἕρβα λαναρία, ἢ ῥάδιξ λαναρία. Et Colum. XI, 2, in Aprili: *Oves Tarentinae radice lanaria lavari debent, ut tonsurae praeparentur.* H. — Plerisque botanicis videtur esse Radicula *Gypsophila Struthium* (*Decand. digyn.* gen. 891 Willd. *Caryoph.* Juss.) etsi Cl. Gerardus, e textu Pliniano, nec sine ratione, refragatur; nisi Plinius ipse in interpretandis auctoribus graecis peccaverit. Ed. P.

Sed sponte. Hoc est, quae silvestris est, et alterius fere naturae, caule nempe, ferulaceo et eduli, qualem saponaria non habet: etsi radicem eam Syriacam ῥίζιον quoque et στρούθιον vocant. Hard.

Et unguentis. Libri hactenus editi *et tingenti.* MSS. omnes Reg. Colb. Theophr. etiam quos Pintianus vidit, *unguenti:* quod ille approbat, ac veteri more dictum pro *ungenti* putat. Nos ex coniectura, et cibis caulem eum, et unguentis expetitum interpretamur, sit demum cum quo decoquatur, seu rosa, seu lilium, aliudve simile quidpiam, unde unguenta constant: quae planissima huius loci sententia est. Hard.

Ad quem dictum est. Ad lavandas scilicet lanas. Hard.

XIX. *Adonis.* Est hic *Adonis* in genitivo, ex graeco Ἄδων, Ἄδωνος. Tamen Adonidis hortos Antiqui vocant, in quibus alsiosae plantae educantur, intra περιφορήτους testas, seu dolia. Ἀδώνιοι κῆποι, inquit Suidas pag. 83, λέγονται οἱ μετέωροι κῆποι. Meminit et Plato in Phaedro. Fuit Adonis Cinyrae filius Cypriorum

sive illos Semiramis, sive Assyriae rex Cyrus fecit, de

regis, ut fabulae ferunt. At apud Ezech. VIII, 14, *mulieres plangentes Adonidem*, feminae sunt lamentantes, velut ob Lunae morbum, nempe ob virium lunae imbecillitatem, usque ad ipsam quintam lunam totam: unde die *quinta mensis* factum hoc vidit Propheta, Ez. VIII, 1. Triplex abominatio a Iudaeis patrata describitur eo capite, et gradatim refertur. Prima est, thurificatio idolorum, v. 9, 10, 11. Altera, planctus Adonidis, 11, 13, 14. Tertia, adoratio solis orientis, 15, 16. Iudaeae ergo mulieres sic Lunam colebant, ut viri solem, abominatione hi certe maiore: nam viros idololatria se contaminare tetrius est, quam feminas. Hae praeterea faciebant *placentas reginae caeli*, Lunae scilicet, Ierem. VII, 18. Eidem sacrificabant et viri *in urbibus Iuda et in plateis Ierusalem*, acceptum ei referentes, quod *abundarent panibus*, ibidem XLIV, 11, quo nomine et Ceres vocatur a Virgilio, in ipso initio lib. I Georgicon. *Adonis* propterea Luna appellatur, hoc est, Dominatrix: facto nomine eo feminino ex Hebraeo masculino *Adon* אדון. Adonis ergo Luna, eo quod in segetes dominatur, ut dictum est. *Quinta mensis* autem hoc se vidisse Ezechiel testatur, quod *sexta die abunde virium habeat Luna*, ut Plinius loquitur, qui propterea ab ea die, *mensium annorumque initia* fecisse Druidas in Galliis refert, lib. XVI, c. 95. Quamobrem dies illa *quinta mensis* ab Ezechiele idcirco notata credi potest admodum verisimiliter, quod usque ad eam ipsam totam protraherent mulieres lamentum Adonidis, hoc est, Lunae. Apud Virgilium autem, Ecl. X, vs. 11, *Adonis* nomen pastoris est, quem *Adoneum* Plautus vocat in Menaechmis, act. I, sc. 2, vs 34; sed defletum eum a mulieribus aut viris, neuter dicit. Fabulosus alius Adonis est, quem Theocritus, Bion, aliique commemorant. Sed quid cum illo Iudaeis mulieribus, praesertim Ezechielis aevo? Haao.

Alcinoi. Phaeacum regis in insula Corcyra ditissimi, cuius silvas laudat Virg. Georg. II; *pomaria* Statius, Silv. l. I, vs. 3; pometum Tertullianus, de Pallio: sequuti omnes Homerum in Odyssea. Haad.

Itemque pensiles. De pensilibus Babylonis hortis multa poëtae, multa historici narrant. Describit eos luculenter Diod. Bibl. II, 99: item Philo Bysantius, lib. de septem orbis spectaculis, pag. 3. Berosus lib. III rerum Chald. apud Iosephum, Ant. Iud. X; 11, ait saxeas moles fuisse, quae montium speciem referrent, superne consitas variis arborum generibus, etc. Pendentes recte dixeris in aëre silvas. Haad.

Sive illos Semiramis. Supersunt ex Berosi annalibus monumenta, proxime apud Iosephum laudata, in quibus scriptum est, non Semiramidem, Cyrumve, sed Nabuchodonosorum ex spoliis quae ex Iudaea devastata reportarat, templum Belo exstruxisse, urbemque Babylonem pro maiestate imperii auctam coctilibus cinxisse muris: ad haec hortos aëreos, et nemora pensilia fecisse, in gratiam uxoris, quae in montanis Mediae educata, silvas spectare, in edito quae essent, amabat. Berosum sequitur Cedrenus in synopsi historica. Curtius V, n. 5, *Syriae (hoc est, Assyriae) regem Babylone regnantem, quisquis*

quorum opere alio volumine dicemus. Romani quidem reges ipsi coluere. Quippe etiam Superbus Tarquinius nuntium illum saevum atque sanguinarium filio remisit
2 ex horto. In XII tabulis legum nostrarum nusquam nominatur villa, semper in significatione ea hortus: in horto vero, heredium. Quam rem comitata est et religio quaedam hortoque et foco tantum contra in-

demum is fuerit, hoc opus esse molitum scribit. HARD.

Sive Assyriae. Cuius olim metropolis Babylon fuit. Strabo XVI, pag. 743. HARD.

Alio volumine dicemus Morte praeventus non praestitit fidem: neque est illud in Indice voluminum ab eo exaratorum, quem Plinius Iunior concinnavit. H.

Tarquinius. Rem narrat admodum eleganter Valer. Max. VII, 4, n. 2, pag. 350. Vide quae dicturi sumus c. 53. Quum Superbi nomen Plinius Tarquinio praeponit, cognomen id ei fuisse admonet in ipso principatu datum, ob magnificentiam. H.

In significatione ea. Festus: *Hortus apud Antiquos omnis villa dicebatur, quod ibi qui arma capere possent, orirentur.* HARD.

Heredium. In Tabula VIII Legis quartae haec tantum hodie verba supersunt: HORTVS... HEREDIVM... TVCVRIVM... Varro de Re R. I, 10: *Antiquus as noster ante bellum Punicum pendebat: bina iugera, quod a Romulo primum divisa dicebantur viritim: quae quod heredem sequebantur, heredium appellarunt.* Festus: *Heredium, praedium parvulum.* Vide plura apud Vossium in Etymol. verbi *Heres.* H.

Hortoque et foco. Sic totidem plane apicibus ac litteris, teste Daleeampio, Chiffl. codex, sic et alii probatissimi, quos habemus. Prius legebatur: *Hortosque et fores tantum contra invidentium effascinationes dicari videmus, in remedio satyrica signa.* Salmasius Exerc. in Solin. pag. 310, *Hortoque et foro* mavult: caetero a nobis facit. Hortos certe dicari ac fores, nulla Veterum monumenta indicant: dicari signa, tralatitium est: uti vel ex hac inscriptione palam est, quam Gruterus affert, pag, 66, LIBERO. AVG. SIGNVM. SILENI. ET. SATYRI. Vt vero *horto et foco*, cum MSS. exemplaribus, quam *horto et foro*, ex Salmasii coniectura, quam nullis ille argumentis constabilit, libentius amplectamur, haec faciunt. Primum conditivorum exemplarium auctoritas, a quibus discedere religio est. Deinde quod fabri quoque ante caminos ipsi suis suspendere soliti erant signa eiusmodi, resque turpiculas, arcendae invidiae causa: Graeci προβασκάνια, *mutonia* Latini dixere, in veteri Glossario. Testis Iul. Pollux, VII, 24, p. 351, Πρὸ δὴ τῶν καμίνων τοῖς χαλκεῦσιν ἔθος ἦν γιλοιά τινα καταρτᾶν, ἢ ἐπιπλάττειν, ἐπὶ φθόνου ἀποτροπῇ· ἐκαλεῖτο δὲ βασκανία, etc. Vt ab interiorum aedium focis ad fabrorum officinas haec consuetudo transisse videri possit. Denique quod fluxisse hic mos a nobis credatur, ab illo foci exemplo, quod a Plinio recitatur XXXVI extremo, his verbis: *Non praeteribo et unum foci exemplum, romanis litteris clarum. Tarquinio*

videntium effascinationes dicari videmus in remedio satyrica signa, quanquam hortos tutelae Veneris assignante Plauto. Iam quidem hortorum nomine in ipsa urbe delicias, agros, villasque possident. Primus hoc instituit Athenis Epicurus otii magister. Vsque

Prisco regnante tradunt repente in foco eius comparuisse genitale e cinere masculini sexus: eamque, quae insederat ibi, Tanaquilis reginae ancillam Ocrisiam captivam, consurrexisse gravidam. Ita Servium Tullium natum, qui regno successit. Inde et in regia puberti puero caput arsisse visum creditumque Laris familiaris filium. Ob id compitalia et ludos Laribus primum instituisse. Hoc et alii scriptores referunt, quos ibi appellaturi sumus. Quid porro similius veri, quam ob id quoque foco deinceps dicata signa Satyrica fuisse, quae ipsa esse τὰ αἰδοῖα in Notis prioribus animadvertimus? Harv.

Contra invidentium. Invidiae magnam vim ad nocendum Antiqui putabant, quum eam sola voluntate, et ipso afflatu, ac contagione, maleficam et venenatam esse, et hominibus, quibus male vellet, obesse graviter censerent. Superstitiose. H.

Satyrica signa. Quidam legunt *Saturnia*, praesertim Scaliger lib. V Varr. de Ling. Lat. id quod nonnulli exposuerunt, Priapi, quoniam is deus Saturni modo pingeretur cum falce. Turnebus suis adnot. in Varronem legit *Satyrica*, eaque similia fuisse putat Phallis, et Ithyphallis, quos in pompa Bacchi ferebant: universaque haec omnia *oscilla* Virgilio vocata fuisse G. II, 389: *Oscilla ex alta suspendunt mollia quercu.* Sic inauspicatas aves foribus affixas fascinum depellere vetustas credidit, et alia quaedam turpia, ut asinae cranium. Vide quae adnotata sunt in lib. XXV, cap. 9, et Lilium Gyraldum in Priapo. Dalec.— *Satyrica signa.* Perinde est, sive Satyrorum intelligat ipsa signa, hoc est, simulacra, Priapive, qualis in eo lapide pingitur, qui in Grutero memoratur, pag. 95, cum hac epigraphe, quae et effigiem dei et munera luculenter expedit: ΙΘΥΦΑΛΛΩν. ΚΟΡΥΝΗΦΟΡΩι. ΚΙΠΟΦΥΛΑΚΙ. ΚΑΕΠΤΟΜΑΣΤΙΓΙ, etc. Sive τὰ αἰδοῖα tantum virilia, figuramque illam, ut Martial. ait Ep. III, LXVIII: *Custodem merito statuit quam villicus horto, Opposita spectat quam proba virgo manu.*

Tutelae Veneris. Rustica Vinalia mense Augusto Veneri dicata sunt, illi eadem die consecrata fuit aedes: iumenta, olitores, omnes horti in eius tutela sunt. Itaque iumenta coronata ab opere cessabant Consualibus, quae sequenti ac proximo die celebrabantur. Scalig. in Festum, pag. 161. Dalec.

Assignante Plauto. Quo loco Plautus id prodat, nobis hactenus incompertum. At Varro, tum lib. V de L. L. pag. 48: *Horti*, inquit, *Veneris tutelae assignantur*, hoc est, munditiei, elegantiae, venustatis; tum lib. I de Re R. c. 1. Et in hortis Sallustianis Romae fuisse templum Veneris accepimus, cui haec apposita epigraphe fuerit, pag. 39: AEDITVI. VENERIS. HORTORVM. SALLVSTIANORVM. H.

Otii magister. In MSS. *hortorum*

ad eum moris non fuerat in oppidis habitari rura. Romae quidem per se hortus ager pauperis erat.

3 Ex horto plebei macellum, quanto innocentiore victu! Mergi enim, credo, in profunda satius est, et ostrearum genera naufragio exquiri, aves ultra Phasidem amnem peti; et fabuloso quidem terrore tutas, immo sic pretiosiores, alias in Numidiam, atque Aethiopiae sepulcra: aut pugnare cum feris, mandique capientem quod mandat alius. At hercule quam vilia

magister. Emit quidem certe hortum minis octoginta, in eoque philosophiae ludum aperuit, Laërtio teste in eius vita, lib. X, pag. 274. Meminit Pausanius in Atticis regiunculae Athenarum, quam *Hortos*, κήπους, fuisse appellatam scribit: eam verisimili coniectura, propter haec Plinii verba, de hortis Epicuri Gassendus accepit, lib. de vita Epicuri, cap. 6. Si codicum MSS. lectio arriserit, *hortorum Magister* Epicurus sane dicatur, quod in hortis doctrinae magisterium exercuit. H.

In oppidis habitari rura. Romani veteres etiam in hortis habitarunt. Apud Tacitum, XVI, Thraseas in hortis agebat, quum advesperascente iam die consulis quaestor ad eum missus. Apud Sueton. Claudius, abiecta spe dignitatis, ad otium concessit modo in hortis et suburbano, in Campaniae secessu delitescens. Hortorum aedificia voluptaria, et amoenitatis gratia exstructa, in quae sui colligendi causa secedebant, Romani *diaetas* vocarunt, Graeci *zetas*, ut constat ex Lampridio in Heliogabalo, ἀπὸ τοῦ ζῆν, nisi fallor. Brissonius, lib. III, cap. 13. Dalec.

Ex horto plebei macellum, etc. Ex hortis et oleribus fercula venustissime apud Plautum in Pseud. coquus memorat: *Non item coenam condio, ut alii coqui, Qui mihi condita prata in patinis proferunt: Boves qui convivas faciunt, herbasque aggerunt: Eas herbas herbis aliis porro condiunt, Indunt coriandrum, feniculum, allium, atrum olus: Apponunt rumicem, brassicam, betam, blitum*, etc. Dal. — *Ex horto plebei macellum*. Non aliud plebei macellum quam hortus fuit: non aliunde fercula. Eodem sensu Tullius in Catone, n. 56: *Iam hortum ipsi agricolae succidiam alteram appellant*. Hard.

Ultra Phasidem. Phasianas intelligit, e Colchis olim peti solitas, ut superius dictum est lib. X, cap. 67. Hard.

Et fabuloso. Quanquam deterriti ab earum avium aucupio hominea poterant iure videri, vel solo terrore, quem de iisdem avibus, toloque caeli tractu quem incolerent, fabulae iniecissent. H.

Atque Aethiopiae. Mennonidas aves signat, de quibus lib. X, cap. 37. Quum *in Numidiam* dicit, Meleagridas, de quibus eodem libro, c. 38. Hard.

Mandique capientem. Dum apros venatur. H.

Digitized by Google

haec, quam parata voluptati satietatique; nisi eadem quae ubique, indignatio occurreret! Ferendum sane 4
fuerit exquisita nasci poma, alia sapore, alia magnitudine, alia monstro, pauperibus interdicta: inveterari vina, saccisque castrari; nec cuiquam adeo longam esse vitam, ut non ante se genita potet: e frugibus quoque quoddam alimentum sibi excogitasse luxuriam, ac medullam tantum earum; superque pistrinarum operibus et caelaturis vivere, alio pane procerum, alio vulgi, tot generibus usque ad infimam plebem descendente annona. Etiamne in herbis discrimen 5
inventum est, opesque differentiam fecere in cibo, etiam uno asse venali? In his quoque aliqua sibi nasci tribus negant, caule in tantum saginato, ut pauperis mensa non capiat. Silvestres fecerat natura corrudas,

Alia monstro. Quorum natura e caeterorum pomorum conditione dispar, ut sunt spadonia, item melofolia, caeteraque, de quibus lib. XV, c. 15, vel intempestive orta Plinius, XVII, c. 1: *Ob hoc insita, et arborum quoque adulteria excogitata sunt, ut nec poma pauperibus nascerentur.* H.

Saccisque castrari. Vina olim tum sacco per colaturam, tum nive frangebantur, ut mitiora lenioraque, defecata et liquida forent, atque ideo plus biberetur; σακκίζειν et σακχίζειν Graeci vocant. Dal. — *Saccisque castrari.* Sacco frangi vini vires, ut dictum est supra lib. XIV, c. 28.

Vt non. Vt non et vetustiora multo vina potet. H

E frugibus quoque. Alicam intelligit, de qua prolixe Plinius lib. sup. cap. 29: *Sed inter prima dicatur et alicae ratio, praestantissimae saluberrimaeque: quae palma frugum indubitata Italiam contingit.* Et: *Alica fit e zea . . Nudata conciditur medulla*, etc. H.

Superque pistrinarum. Pistrinarum opera ac caelaturas interpretor, varias rerum imagines, quas panificiis suis, crustulisque, quod etiam hodie fit, pistores effingunt. Cave enim intelligas, quod visum est nonnullis, pistrinulas aedificari etiam ac caelari solitas, quibus procerum panis moleretur, seorsum a pane vulgi. H.

Et caelaturis vivere. Scalpturis. Nam in lautis illis panificiis, ut a multis etiam hodie fit, pistores varias omnium rerum imagines caelabant. Dal.

Opesque. . in cibo. In herbis, quae vix asse venenut. H.

Tribus negant. Tribuum nomine plebem infimam monet intelligi oportere, cuius mensa saginatos caules, altilesque asparagos minime capiat. Hard.

ut quisque demeteret passim: ecce altiles spectantur asparagi: et Ravenna ternos libris rependit. Heu prodigia ventris! Mirum esset non licere pecori cardùis vesci: non licet plebi. Aquae quoque separantur, et ipsa naturae elementa vi pecuniae discreta sunt. Ili nives, illi glaciem potant, poenasque montium in voluptatem gulae vertunt. Servatur algor aestibus, excogitaturque ut alienis mensibus nix algeat. Decoquunt alii aquas: mox et illas hiemant. Nihil utique homini sic, quomodo rerum naturae placet. Etiamne herba aliqua divitiis tantum nascitur? Nemo Sacros Aventinosque montes, et iratae plebis secessus circumspexerit: mox enim certe aequabit, quos pecunia

Ecce altiles. Ponderosi, quasi ex sagina pingues. H.

Et Ravenna ternos libris. Ravennates asparagi, inquit, ita sunt saginati, ut terni libram pendant. H.

Ili nives. Huius moris indicia signat Martialis passim, ut lib. IX, ep. 23: *Nec labris nisi magna meis crystalla terantur, Et faciant nigras nostra Falerna nives.* Et lib. XII, ep. 17: *Nec nisi post niveam Caecuba potet aquam.* Sed et nivem merum bibebant, A. Gellius, XIX, 5: *Is nos aquam multam ex diluta nive bibentes coërcebat, severiusque increpabat.* Vel ibi forsan *ex nive*, cum nive admista sonat, quae loquendi forma Pliuio quoque ipsi familiaris est. H.

Poenasque montium. Glaciei moles, ac nivium globos, quibus montium juga premuntur. H.

Servatur algor. Nix in fossis eam ob rem cavatis asservatur in aestatem usque. Athenaeum vide lib. III, pag. 424. Harn.

Decoquunt alii aquas, etc. Vide quae dicenda sunt libro XXXI, cap. 23. H. — *Divitiis*, Divitibus. H.

Nemo Sacros. De secessione plebis in Sacrum montem, ob iniurias potentium ac divitum contemptus, vide Livium, II, pag. 32; in Aventinum, lib. III, pag. 59. H.

Mox enim certe. Nemo, inquit, in tanto divitum fastidio, qui ipsis quoque erbis pauperibus interdicunt, plebis iram secessumque, ut quondam, desideret: mox enim certe intelliget abunde iratam: et quum utrosque componet, diviles, pauperesque, aequabit eos inter se, quos pecunia separavit. Nam quum macelli vectigali aliud maius Romae nullum esset, tanta insequuta est plebis indignatio, tantus clamor, tanta apud omnes principes conquestio, ut portorium mercis hdius remitti oportuerit: compertumque aequas esse fere pauperum ac locupletum opes: pauperumque divitias non in nummo quidem, sed in solo: nec in arca reditum, sed sub dio esse. In libris hactenus editis, *mors enim certe*, satis pie quidem, at non sincere: quum in MSS. R. Th. Colb. aliisque, quos Pintianus vidit, *mox* planissime

separaverit. Itaque hercule nullum macelli vectigal maius fuit Romae, clamore plebis incusantis apud omnes principes, donec remissum est portorium mercis huius; compertumque non aliter quaestuosius censum haberi aut tutius, ac minore Fortunae iure, quum credatur pensio ea pauperum. Is in solo sponsor est, et sub dio reditus, superficiesque caelo quocumque gaudens.

legatur. Aliis *mos* legi placet, nimium subtiliter, nec satis congruenter orationi reliquae. Vectigalia sibi remitti saepe flagitavere civitates: remissa sibi sunt saepe gratulatae. Testes nummi veteres plurimi, eiusdem generis sunt isti insignes duo, Carausii Augusti IMP. CARAVSIVS. P. F. AVG. Caput radiatum, in alio laureatum .)(. EXPECTATE VENI. Augustus et civitatis genius dextras iungunt. Argenteus olim apud D. Foucauli. Hic si legi oportet, *Expectate veni*, fingi oportet rebellem provinciam aliquam auxilio Carausium evocasse, non per litteras, ut fit, vel per legatos, sed per numisma. At in pictura iam in provinciam et in ipsam Vrbem advenisse perhibetur: cur ergo etiam tum diceretur, *Expectate veni*; quum verius tum diceretur, *Expectatus venisti*, ut titulus picturae responderet? Latet igitur sub his litteris aliqua sententia, nempe ista, qua civitas Augustum alloquitur, cuius dextram tenet: EXPECTAT *Adventu Tuo Edua Vectigalium Exemplo Narbonis Immunitatem*. Gallice: *La ville d'Autun s'attend qu'à votre avénement elle sera exempte d'impôts sur le pied de Narbonne*. In alio, qui in Anglia adservatur, scriptum est: EXPECTATE VENIES: hac sententia EXPECTAT *Adventu Tuo Edua Vectigalium Exemplo Narbonis Immunitatem Et Securitatem* oratione etiam aliquanto pleniore: quum si legendum sit, *Expectate venies*, congrua omnino non sit oratio. Claudii Gothici nummus est singularis in Cimelio domus Professae Societatis Iesu Parisiis, hac epigraphe, conspicua maxime in ipsa nummi priore pagina, quae vultum Imperatoris exhibet: IMPOCET AVCI. Sententia est *IMPerator Optimus Claudius, Eduorum Tutator, Augustodunensibus Vectigalium Concessit Immunitatem*. In parte nummi aversa litterae sunt usu detritae. De titulo Imperatoris Optimi, vide lib. VII, c. 28, et quae alibi diximus. H.

Principes. Imperatores. H.

Compertumque non aliter. Subintellige, non aliter quam si res herbaria immunis ab omni vectigali foret. H.

Pensio ea pauperum. Quoniam ex eo reditu pauperes extunderent, unde capitis tributum penderent. Vide quae diximus supra lib. XVI, c. 12. HARD.

Is in solo sponsor est. Nam *praedia* quasi praedes sunt et sponsores dominorum. Vide Turn. Adversar. lib. IV, c. 12. DAL. — *Is in solo sponsor*. Hortus, inquit, pro sponsore est, soli bonitate. Satis lauta res familiaris est hominis illius, cui hortus est solo feraci: nec alio is sponsore eget. H.

7 Hortorum Cato praedicat caules. Hinc primum agricolae aestimabantur prisci, et sic statim faciebant iudicium, nequam esse in domo matrem familias (etenim haec cura feminae dicebatur), ubi indiligens esset hortus: quippe e carnario, aut macello vivendum esse. Sed nec caules, ut nunc, maxime probabant, damnantes pulmentaria, quae egerent alio pulmentario. Id erat oleo parcere: nam gari desideria
8 etiam in exprobratione erant. Horti maxime placebant, quia non egerent igni, parcerentque ligno, expedita res et parata semper: unde et acetaria appellantur, facilia concoqui, nec oneratura sensum cibo, et quae minime accenderent desiderium panis. Pars eorum ad

— *Cato.* Nunc lib. de Re R. c. CLVI, CLVII, ubi de brassica. H.

Nequam esse. Hoc est, parum frugi, nec ad rem augendam satis acrem, ut recte Budaeus, lib. III, c. 68. Harn.

Dicebatur. Sic etiam MSS. *non dicebatur.* H.

Quippe e carnario, aut macello. Carnarium dicebatur is locus, ubi carnes: macellum vero nunc, ubi olera distrahebantur. Varro lib. IV de Ling. Lat. pag. 35: *Forum olitorium: hoc erat antiquum macellum, ubi olerum copia. Ea loca etiamnum Lacedaemonii vocant* μαχελλώτας: *sed lones ostia hortorum et castelli,* μαχέλλους. *Secundum Tiberim ad Iunium, Forum piscarium... Haec omnia postquam contracta in unum locum quae ad victum pertinebant, et aedificatus locus, appellatum macellum, ut quidam scribunt quod ibi fuerit hortus*, etc. H.

Nam gari. De garo dicemus lib. XXXI, cap. 43. H.

Vnde et acetaria appellantur. Inepte quidam *acedaria* legunt et intelligunt, quae sine cura provenirent. *Acetaria* dicta λάχανα, quae cruda ex aceto edebantur, Graeci τρώξιμα appellantur. Sal.

Pars eorum ad condimenta. Hortorum scilicet. Vt piper Indicum et condimenta trans mare nascentia sibi gulae proceres compararent, cogebantur plerumque versuram foris facere, hoc est, pecuniam aliunde mutuari. At homines frugi et sobrios, qui condimentis in horto suo nascentibus erant contenti, domi versuram facere dixit eleganter Plinius, quasi qui domi sumerent, non ex aliena arca, quo cibos suos condirent. Haec Salmasii interpretatio est, in Confut. Cercoelii, pag. 119. Multo simplicior veriorque Petavii, in Mastigoph. II, pag. 10. Eleganter ille, inquit, versuram domi facere, hoc est, ab horto fenerari scribit eum, qui ut gulae, tamquam ἀχρειστῇ satisfaciat, non ab alio quam ab horto suo mutuum accipit. Ita versura proprie est creditoris mutatio. Haan.

condimenta pertinens fatetur domi versuram fieri solitam; atque non Indicum piper quaesitum, quaeque trans maria petimus. Iam quoque in fenestris suis plebs urbana in imagine hortorum quotidiana oculis rura praebebant, antequam praefigi prospectus omnes coëgit multitudinis innumerae saeva latrocinatio. Quamobrem sit aliquis et his honos, neve auctoritatem 9
rebus vilitas adimat, quum praesertim etiam cognomina procerum inde nata videamus, Lactucinosque in Valeria familia non puduisse appellari: et contingat aliqua gratia operae curaeque nostrae, Virgilio quoque confesso, quam sit difficile verborum honorem tam parvis perhibere.

XX. Hortos villae iungendos non est dubium, ri- 1
guosque maxime habendos, si contingat, praefluo amne: si minus, e puteo rota, organisve pneumaticis,

Praefigi. Praecludi *pergulas vel fenestras, quibus* prospectus *pateret in vicum.* Praefigere interdum praecludere est. Caius in Dig. VIII, tit. de Servitut. urbanorum praediorum, lege 6: *Haec autem iura. Veluti si aedes tuae*, inquit, *aedibus meis serviant, ne altius tollantur, ne luminibus mearum aedium officiatur: et ego per statutum tempus fenestras meas praefixas habuero, vel obstruxero, ita demum ius meum amitto*, etc. Virgil. Georg. III, vs. 398: *Multi iam exercetos prohibent a matribus haedos, Primaque feriatis praefigunt ora capistris.* Prospectus vero pergulae est, seu fenestra, seu quilibet situs altus, unde prospicere in vicum licet. Infra lib. XXI, cap. 7: *Populus, qua praeferebatur funus, flores ex prospectu omni sparsit.* H.

In Valeria familia. In una gente plures fuerunt familiae agnominibus distinctae: Volusiorum, qui et Publicolae postea appellati: Maximorum, in quibus Lactucae, seu Lactucini. Apud Diodor. XII, pag. 74, consul legitur M. Valerius Lactuca: Μάρκον Οὐαλέριον Λακτοῦκαν vocat. Eidem et Maximi cognomen fuit: gessit consulatum ann. Urb. 298. H.

Virgilio quoque. Georg. IV, vs. 6. *In tenui labor.* H.

XX. *Hortos villae iungendos*, etc. Cassianus libro XII Geopon. c. 2 et 3. Dalec.

E puteo rota. Sic recte Turnebus, ex MSS. vestigiis, Advv. lib. XI, cap. 20, quum prius *pertica* insulse legeretur. Rota ea machina est ad hauriendam aquam, quae a Vitruvio describitur cum tympano, lib. X, cap. 9. Harl.

Pneumaticis. Inter machinarum genera, πνευματικὸν fuit, seu spiritale, quod vi flatus ac spiritus aquam

vel tollenonum haustu rigandos. Solum proscindendum a Favonio: in autumnum praeparandum est post XIV dies, iterandumque ante brumam. Octo iugerum operis palari iustum est, fimum tres pedes alte cum terra misceri, areis distingui, easque resupinis pulvinorum toris, ambiri singulas tramitum sulcis, qua detur accessus homini, scatebrisque decursus.

XXI. In hortis nascentium alia bulbo commendantur, alia capite, alia caule, alia folio, alia utroque, alia semine, alia cortice, alia cute, aut cartilagine, alia carne, alia tunicis carnosis.

XXII. Aliorum fructus in terra est, aliorum et extra, aliorum non nisi extra. Quaedam iacent crescuntque,

haurirel et attraheret: cuiusmodi fistulae nostrae sunt, vulgo *pompes*. Aliud κηλώνειον appellatum, iuxta puteos positum, ad hauriendam facilius aquam, alteram partem praegravante pondere: tollenonem pariter vocant Festus et Vegetius: Galli, *une bascule*. Vide Vegetium, lib. IV, cap. 21. HARD.

Octo. Operas octo iugerum unum pastinare aequum est. H.

Palari. Hoc est, ut Plinius ait, lib. super. cap. 8, verti pila, seu pastinari. Est enim pala rusticum instrumentum ad fodiendam terram. HARD.

Pulvinorum toris. Sic l. XVII, cap. 35: *Pulvinatis a devexitate labris*. Pulvinus dicitur areolae terra elata inter duos sulcos in hortis, a similitudine pulvinorum, in quibus sedemus: idcirco et torus dicitur. *Couche de jardins, de melons, de concombres*, etc. HARD.

XXI. *Alia bulbo*. Rotundae radices suis membranis tunicatae, bulbi nominantur: sive pluribus capitulis coagmententur, uno folliculo omnes ambiente, sive quadamtenus distinctae separentur: quales sunt croci, liliorum, narcissi, scillae, arundinum. Hae bulbosae radices sic sub terra crescunt, ut ad novam quotannis sobolem decerpi aliqua portio possit. HARD.

Alia capite. Id quod sursum deorsumve in globum extuberat, aut in orbem glomeratur, caput dici consuevit: ut in papavere: si magnitudine cesserit, capitulum: a quo multa herbarum capitulata visuntur fastigia. Radices nonnullae, ut porri et ceparum, extuberant in capita: unde et capitatum porrum sibi nomen arrogavit. HARD.

Alia caule. Quem et scapum Latini vocant. HARD.

Alia cortice. Cortice, ut cucurbitae: cortice et cartilagine, raphani: ut dicetur inferius, cap. 26. H.

Alia carne. Vt poma, pira, pepones. HARD.

Alia tunicis. Vt cepae. H.

ut cucurbitae et cucumis. Eadem pendent, quanquam graviora multo etiam iis quae in arboribus gignuntur: sed cucumis cartilagine. Cortex huic uni maturitate transit in lignum. Terra conduntur raphani, napique et rapa; atque alio modo inulae, siser, pastinacae. Quaedam vocabimus ferulacea, ut anethum, malvas: namque tradunt auctores, in Arabia malvas septimo mense arborescere, baculorumque usum praebere extemplo. Sed et arbor est malva in Mauretania Lixi 2
oppidi aestuario, ubi Hesperidum horti fuisse produntur cc pass. ab Oceano, iuxta delubrum Herculis, antiquius Gaditano, ut ferunt. Ipsa altitudinis pedum xx, crassitudinis quam circumplecti nemo possit. In simili genere habebitur et cannabis. Necnon et carnosa aliqua appellabimus, ut spongias in humore pratorum enascentes. Fungorum enim callum, in ligni arborumque natura diximus, et alio genere tuberum paulo ante.

XXIII. (v.) Cartilaginei generis, extraque terram 1
est cucumis, mira voluptate Tiberio Principi expeti-

XXII. *Namque tradunt auctores*, etc. Theophrast. Histor. lib. I, cap. 5. Hard.

Malvos septimo mense arborescere, baculorumque usum praebere extemplo. Theophrast. Histor. lib. I, cap. 5, cultura id fieri auctor est, nulla privatim facta Arabiae mentione. Dal.

Et cannabis. Et beta quoque, si Theophrasto fides, loco cit. H.

Vt spongias. Conservam intelligit, de qua lib. XXVII, cap. 45. H.

Diximus. Lib. XVI, c. 11. H.

Paulo ante. Cap. 11, 12, 13 et 14 huius libri. Hard.

XXIII. *Cartilaginei generis.* Nam radices quaedam cartilaginosae sunt, ut raphani, betae. Vide lib. XX, c. 1 et 2. Dal.

Cucumis. Vt apud Graecos σίκυος, sic apud Latinos cucumis late patentis significatus est: nam et quos proprie cucumeres appellamus, *concombres*: et pepones, *pepons*: et melones denique complectitur, *mèlons*. Quum magnitudine excesserunt, aut in longitudinem processere, quales multis locis nascuntur, pepones quondam vocari coeperunt, ut inter omnes constat, a maturitate ducto nomine: ita ut veri cucumeres, qui quanto maturescunt magis, tanto solidiore cartilagine constant, lignosaque crusta durantur, in pristinae nomenclationis

tus. Nullo quippe non die contigit ei, pensiles eorum hortos promoventibus in solem rotis olitoribus; rursusque hibernis diebus intra specularium munimenta revocantibus. Quin lacte mulso semine eorum biduo macerato, apud antiquos Graeciae auctores scriptum
2 est seri oportere, ut dulciores fiant. Crescunt qua

ambage remanserint. Sed qui iam mites ac teneri maturitate flaccescunt, pristino nomine defuncti, pepones dici voluerunt: quasi mites et maturitate teneri cucumeres. Sed quum formam et effigiem mali referunt, et humi rotundantur, melopepones Graeci vocant, facto ex pepone et malo nomine: quasi inter eos nihil nisi figurae varietas intersit. Ita fere Ruellius lib. I, p. 87. Hard.

Tiberio. Columella lib. XI, cap. 3: *Possunt etiam cucumeres, si sit operae pretium, vasis maioribus rotulae subiici, quo minore labore producantur, et rursus intra tecta recipiantur. Sed nihilominus specularibus integi debent, ut etiam frigoribus, serenis diebus, tuto producantur ad solem. Hac ratione fere toto anno Tiberio Caesari cucumis parabatur. Non autem leviore opera*, etc. Gustus illa insignis voluptas Tiberio expetita, meloni nostro, quam cucumeri, aptius competit. Hard.

Pensiles ... hortos. Sic vasa maiora vocat, Gallis, *des caisses*, cuiusmodi fere sunt, quibus aurei mali continentur. Hard.

Rursus hibernis. Eadem fere Theophrast. Caus. lib. V, cap. 6, memorat, quo loco docet hieme cucumeris semen in canistris serere, ut celerius fructus proveniat. Dal.

Intra specularium. De specularibus dicemus lib. XXXVI, cap. 45. Horum vicem ac similitudinem referunt vasa vitrea, quibus melones integimus, *des cloches*. Lepide conqueritur Martialis lib. VIII, epig. 44, se peius ab amico exceptum, quam soleat esse hortus pensilis, in quo tenera arborum semina sunt: ut qui non haberet in cella specularia, quibus vim ventorum, et iniurias temporum propulsaret. Hard.

Quin et lacte mulso. Hoc est, lacte in quo mel additum. Colum. loc. c *Cucumis tener et iucundissimus fit, si ante quam seras, semen eius lacte maceres: nonnulli etiam, quo dulcior exsistat, aqua mulsa idem faciunt.* Palladius lib. IV in Martio tit. 9: *Nunc melones sereudi rarius... semina mulso et lacte per triduum maceranda sunt, et tunc iam siccata ponenda: hinc suaves efficiuntur. Odorati autem fiunt*, etc. H.

Apud antiquos Graeciae. Theophrast. Hist. lib. VII, cap. 4, et de Caus. lib. III, cap. 12, p. 277. Hodieque id fit in satu nostrorum melonum: quorum genus illud, quod dulcedinem gustui repraesentat, vulgus inde *sucrinos*, quasi saccharinos appellat: *melons sucrés*. Haec praemaceratio seminis in cucumerum nostratium satu non adhibetur. H.

Crescunt. Pallad. loc. citat. de cucumere: *Si eius florem sicut in sua vite est, in forma fictili clauseris, ac ligaveris, qualem vultum forma vel hominis vel animalis habuerit, talem cucumis figuram praestabit.* H.

coguntur forma. In Italia virides, et quam minimi: in provinciis quam maximi: et cerini aut nigri. Placent copiosissimi Africae, grandissimi Moesiae: quum magnitudine excessere, pepones vocantur. Vivunt hausti in stomacho in posterum diem, nec perfici queunt in cibis, non insalubres tamen plurimum. Natura oleum odere mire: nec minus aquas diligunt. Desecti quoque ad eas modice distantes adrepunt: aut si quid obstet versi pandantur, curvanturque: id vel una nocte deprehenditur, si vas cum aqua subiiciatur a quatuor digitorum intervallo, descendentibus ante posterum diem: at si oleum eodem modo sit, in hamos curvatis. Idem in fistula flore demisso, mira longitudine crescunt. Ecce quum maxime nova forma eorum in Campania provenit mali cotonei effigie. Forte primo natum ita audio unum: mox semine ex illo genus factum: melopeponas vocant. Non pendent hi, sed humi rotundantur. Mirum in his, praeter figuram coloremque, et odorem, quod maturitatem adepti, quanquam non pendentes, statim a pediculo rece-

Et cerini. Sic recte Thuanaeus codex: minus recte prius, *citrini* legebatur. De ea voce egimus XV, 12. Harn.

Vivunt hausti. Vide Atheu. l. III, pag. 74, ubi eadem de cucumere Diphilus Siphnius medicus fere commemorat, quae Plinius. H.

Si vas cum aqua. Palladius l. cit. pag. 89 de cucumeribus: *Longi*, inquit, *et teneri cucumeres fiunt, si aquam in patenti vasculo sub eis ponas, duobus palmis inferiorem, ad quam festinando tales efficiuntur.* H.

At si oleum. Palladius loc. cit. de cucumere: *Oleum sic metuit, ut si iuxta posueris, velut hamus plicetur.* Harn.

Idem in fistula. Pallad. loc. cit. *Aliqui florem cucumeris cum viticulae suae capite cannae inserunt, cui prius omnes nodos perforaverint: ibi cucumis nascetur in nimium longitudinem tensus.* H.

Melopeponas. Alii melones, ut diximus, quasi μήλωνας, id est, pomosos: quod fere nomen in omnem Italiam et Galliam abiit. Melones Hostienses laudat Inl. Capitol. in Albino pag. 83. A Theophrast. σίκυοι, a Iulio Polluce quandoque σπερματίαι, quasi seminarii nominantur. Et Hesychius: Σικυὸς σπερματίας, ὃν ἡμεῖς μηλοπέπονα. H.

Mirum in his. In melonibus.

dunt. Columella suum tradit commentum, ut toto anno contingant. Fruticem rubi quam vastissimum in apricum locum transferre, et recidere, duum digitorum relicta stirpe, circa vernum aequinoctium: ita in medulla rubi semine cucumeris insito, terra minuta fimoque circumaggeratas resistere frigori radices. Cucumerum Graeci tria genera fecere: Laconicum, Scytalicum, Boeoticum. Ex his tantum Laconicum aqua gaudere. Sunt qui herba, quae vocatur culix nomine, trita, semen eorum maceratum seri iubeant, ut sine semine nascantur.

XXIV. Similis et cucurbitis natura, dumtaxat in nascendo. Aeque hiemem odere. Amant rigua ac fi-

Columella tradit suum commentum. Scribo, *Columella tradit Mendesium commentum* Columellae verba sunt lib. XI, cap. 3: *Nos autem leviore opera istud fieri apud Aegyptiae gentis populum Mendesium legimus, qui praecipit aprico et stercoroso solo alternis ordinibus ferulas, alternis rubos in hortis consitos habere. Deinde eas confecto aequinoctio paululum infra terram secare, et ligneo stylo luxatis vel rubi vel ferulae medullis stercus immittere, atque ita semina cucumeris inserere, quae scilicet incremento suo coëant rubis et ferulis. Nam non sua, sed quasi macerata radice aluntur; sic insitam stirpem frigoribus quoque cucumeris praebere fructum.* Plin. — *Columella.* Et ex Columella Palladius lib. IV in Martio tit. 9. H. — *Columella suum tradit commentum.* Excogitatam scilicet a se rationem, ut melopeponas toto anno habere liceat. H.

Cucumerum Graeci. Theophr. lib. VII, c. 4, ubi haec cucumerum tria genera: Λακωνικός, Σκυταλίας, Βοιώτιος. H.

Ex his tantum Lacon. Ex his Laconicum melius rigatum provenire: reliqua non rigata praestantiora esse. Τούτων δὲ ὁ Λακωνικὸς ὑδρευόμενος βελτίων· οἱ δὲ ἕτεροι ἀνύδρευτοι. Theophrast. loc. cit. H.

Sunt qui herba. Pallad. loc. cit. de cucumeribus: *Sine semine nascentur, si prius eorum semina oleo sabino perungantur, et herba ea, quae culex dicitur, tria confiicentur.* Vbi pro *oleo sabino*, legimus *oleo sesamino*, ex auctore Geop. eadem refereote l. XII, cap. 17. Culex porro forsan eadem est, quae ψύλλιον et pulicaris dicitur, *l'herbe aux puces.* Hosce cucumeres ex eventu rei σύνουχίας appellat Plato Comicus apud Athenaeum lib. II, p. 68: H.

XXIV. *Similis et cucurbitis natura.* Theophrast. Hist. lib. VII, cap. 4, et Caus. lib. V, cap. 6; Columell. lib. XI, cap. 3. Dal. — *Similis et cucurbitis.* Vulg. *courges.* H.

Amant. Palladius loc. cit. p. 91. H.

mum. Seruntur ambo semine in terra sesquipedali fossura, inter aequinoctium vernum, et solstitium: Parilibus tamen aptissime. Aliqui malunt ex kalendis martii cucurbitas, et nonis cucumeres, et per quinquatrus serere, simili modo reptantibus flagellis scandentes parietum aspera in tectum usque, natura sublimitatis avida. Vires sine adminiculo standi non sunt, velocitas pernix, levi umbra cameras ac pergulas operiens. Inde haec duo prima genera: camerarium: et 2
plebeium, quod humi repit. In priore mire tenui pediculo libratur pondus immobile aurae. Cucurbita quoque omni modo fastigatur, vaginis maxime vitilibus, coniecta in eas postquam defloruit; crescitque qua cogitur forma, plerumque et draconis intorti figura. Libertate vero pensili concessa, iam visa est novem pedum longitudinis. Particulatim cucumis floret, sibi ipse superflorescens: et sicciores locos patitur, candida lanugine obductus, magisque quum crescit. Cucurbitarum numerosior usus. Et primus caulis 3

Seruntur ambo. Cucumeres, cucurbitaeque. Pallad. loc. cit. H.

Parilibus. Ita libri omnes, etiam MSS. Sic lib. sup. cap. 66, *Parilicium* scribi monuimus oportere, non *Palilicium*. Auctor Marius Victorinus, Art. Grammat. lib. I, p. 2470: *Parilia dicuntur, non Palilia: non a Pale dea, sed quod eo tempore omnia sata, arboresque, et herbae parturiant, pariantque.*

Quinquatrus. Columella IX, c. 3, pag. 492 de cucumere: *Satio secunda eius seminis Quinquatribus observatur.* De quinquatribus dixi lib. XVIII, 56. Harb.

Camerarium. Quod in cameras, testudinesve, et pergulas scandit. Pergulae, *des treilles et des cabinets de jardin.* H.

In priore. In camerario genere. Harb.

Vaginis... vitilib. Forte rectius, *fictilibus.* Nam forma fictili ineludi cucumeres Palladius iubet, paulo ante laudatus a nobis, ut crescant qua coguntur forma. Vase testaceo auctor Geop. lib. XII, cap. 19. H.

Particulatim. Non tota simul planta flores emittit, sed partes aliae deinceps ex aliis flore induuntur. H.

Et primus. Et primus quidem caulis in cibos admittitur. At ex eo tempore, *postquam increvit et induruit*, omnino diversae naturae ille est, *nec in cibis ultra recipitur.* Vt in brassicis cymae, qui delicatiores sunt ipsorum caulium, tenerioresque cauliculi, ut dicetur cap. 41. Forte haud

in cibo. Atque ex eo in totum natura diversa. Nuper in balinearum usum venere urceorum vice, iampridem vero etiam cadorum ad vina condenda. Cortex viridi tener: deraditur nihilominus in cibis. Cibos salubres ac lenes pluribus modis existimant, qui perfici humano ventre non queant, sed non intumescant. Semina quae proxima collo fuerint, proceras pariunt: item ab imis, sed non comparandas supra dictis: quae in medio, rotundas; quae in lateribus, crassas brevioresque. Siccantur in umbra, et quum libeat serere, in aqua macerantur. Cibis, quo longiores tenuioresque, eo gratiores; et ob id salubriores, quae pendendo crevere; minimumque seminis tales habent, duritia eius in cibis gratiam terminante. Eas quae semini serventur, ante hiemem praecidi non est mos. Postea fumo siccantur, condendis hortensiorum seminibus rusticae supellectili. Inventa est ratio, qua cibis quoque servarentur; eodemque modo cucumis, usque ad alios paene proventus; et id quidem in muria fit. Sed

perperam legas, *et primus, caulis in cibo.* Primus usus scilicet. H.

Atque ex eo. Sic MSS. omnes. non, ut vulgati libri, *ex eo totum diversa natura:* quae ne Oedipus quidem explanarit. Familiaris haec Plinio loquendi formula *in totum.* H.

Cibos salubres. Vide Ruellium lib. II, p. 378. H.

Semina quae. Pallad. lib. IV in Martio tit. 9, p. 91: *Hoc in cucurbitis insigne est, quod longas faciant et exiles semina quae in earum cervice nascuntur: quae in ventre fuerant faciunt cucurbitas crassiores: quae in fundo, latas, si inversis cacuminibus obruantur.* Qua ratione ex eodem seminio haec varietas fieri possit, suo carmine Columella demonstrat lib. X in Hortulo. H.

Duritia. Duritia seminis gratiam in cibis cucurbitis auferente. H.

Eas quae semini. Pallad. loc. citat. *Quae seruntur ad semina, usque ad hiemem in sua vite dependeant: deinde sublatae in sole ponantur, aut fumo: aliter semina putrefacta deperemt.* Hard.

Hortensiorum. Ita MSS. omnes. Hortensia sunt quae in hortis seruntur. Hard.

Inventa est ratio. Describit hanc fuse Nicander in Georgic. II apud Athen. lib. IX, p. 372. H.

In muria fit. Modum edocet auctor Geopon. l. c. p. 344. H.

et scrobe, opaco in loco arena substrato, fenoque sicco opertos, ac deinde terra, virides servari tradunt. Sunt et silvestres in utroque genere, et omnibus fere hortensiis: sed et his medica tantum natura est. Quam ob rem differentur in sua volumina.

XXV. Reliqua cartilaginum naturae terra occultantur omnia. In quibus de rapis abunde dixisse poteramus videri, nisi medici masculini sexus facerent in his rotunda; latiora vero et concava feminini, praestantiora suavitate, et ad condiendum faciliora; quae saepius sata transeunt in marem. Iidem naporum quinque genera fecere: Corinthium, Cleonaeum, Liothasium, Boeoticum, et quod per se viride dixerunt. Ex

Sed et scrobe. Sic etiam auctor Geop. l. c. 443. H.

Sunt et silvestres. Cucumer silvestris, colocynthis. Dal.

Sed et his medica. Nullus horum in cibis usus: omnis in medicina. H.

XXV. *De rapis abunde* Lib. XVIII, cap. 34. Harn. — *Brassica Rapa*, et mox, *Napus*, *Eruca* (*Tetrad. siliquos.* gen. 1245 W. *Cruciferae* Juss.) Eo. P.

Nisi medici. Medicis praeivit Th. Hist. lib. VII, cap. 4. Medicos fuisse Graecos ipse Plinius admonuit loco proxime appellato. H.

Et ad condiendum. De condiendis rapis vide Pallad. in Decembri, tit. 5. Haro.

Quae saepius sata. Ita MSS. quoque, Theophr. l. c. monet si densius spissiusve serantur, in marem transire. Γογγυλίδος δὲ οἱ μὲν φασὶν εἶναι γένη, οἱ δ' οὐ φασὶν· ἀλλὰ καὶ τῷ ἄῤῥενι, καὶ τῇ θηλείᾳ διαφέρειν· γίνεσθαι δὲ ἐκ τοῦ αὐτοῦ σπέρματος ἄμφω· πρὸς δὲ τὸ ἀποθηλύνεσθαι, πηγνῦναι δεῖ μανάς. Ἐὰν γὰρ πυκνάς, πάσας ἀπαῤῥενοῦσθαι. H.

Iidem naporum. Igitur ii medici, quorum nunc placita referuntur, napos appellavere, quos raphanos sive radiculas verius appellassent: nam Theophr. Histor. lib. VII, c. 4, quinque haec ipsa τῶν ῥαφανίδων genera agnoscit, ita prodente Athenaeo lib. II, p. 56, ex quo Theophrasti locus, qui nunc in mendo cubat, refingi debet: Θεόφραστος δὲ ἐν τοῖς περὶ φυτῶν, inquit, γένη ῥαφανίδων φησὶν εἶναι πέντε. Κορινθίαν, Λειοθασίαν, Κλεωναίαν, Αμωρέαν, Βοιωτίαν· καλεῖσθαι δ' ὑπό τινων τὴν Λειοθασίαν Θρακίαν. etc. *Des raiforts.* H.

Liothasium. Sic Athen. mox citatus. Theophrastus, loco citato, Λειοθαλάσσιον, cui favere Hesychius videtur, in Απλυτοι ῥαφανίδες. Has ipsas tamen, quae illorum ἄπλυτοι vocitantur, Θασίας Athenaeus vocat. H.

Et quod per se viride: Id videtur esse, quod Αμώρεον Athenaeus appellat. Haro.

iis in amplitudinem adolescit Corinthium, nuda fere radice. Solum enim hoc genus superne tendit, non ut caetera in terram. Liothasium quidam Thracium appellant, frigorum patientissimum. Ab eo Boeoticum dulce est, rotunditate etiam brevi notabile, neque ut Cleonaeum praelongum. In totum quidem, quorum tenuia folia, ipsi quoque dulciores; quorum scabra, et angulosa, et horrida, amariores. Est praeterea genus silvestre, cuius folia sunt erucae similia. Palma Romae Amiterninis datur, inde Nursinis: tertia nostratibus. Caetera de satu eorum in rapis dicta sunt.

XXVI. Cortice et cartilagine constant raphani; multisque eorum cortex crassior etiam, quam quibusdam arborum. Amaritudo plurima illis est, et pro crassitudine corticis. Caetera quoque aliquando lignosa. Et vis mira colligendi spiritum, laxandique

Ex iis. Theophr. l. c. de raphanis. Εὐαυξεστάτην δέ φασι τὴν Κορινθίαν, ἣ καὶ τὴν ῥίζαν ἔχει γυμνὴν ὠθεῖσθαι γὰρ εἰς τὸ ἄνω, καὶ οὐκ ὡς αἱ ἄλλαι κάτω. Hard.

Liothasium. Theophrast. ex Athenaeo, loco proxime allato. H.

Ab eo Boeoticum. Theophrast. l. c. iisdem verbis. H.

In totum quidem. Theophrast. loc. cit. Ὅσῳ δ' ἂν ᾖ λεῖα τὰ φύλλα, etc. Hard.

Est praeterea. Theophrast Γένος δέ τι παρὰ ταῦτά ἐστιν ὃ ἔχει τὸ φύλλον εὐζώμῳ ὅμοιον. De eruca lib. XX, c. 49. Hard.

Genus silvestre. Genus quidem hoc Theophrast. memorat: sed agreste vel esse, vel appellari minime scribit. Dalec.

Amiterninis. Vide quae diximus libro superiore cap. 38. Rapi vero hi proprie sunt, non raphani, ut priores. Hard.

Tertia nostratibus. Romani agri. Hard.

In rapis dicta sunt. Lib. sup. cap. 34. Hard.

XXVI. *Cortice... raphani.* Quas Graeci ῥαφανίδας vocant: Galli, *des raiforts.* Radices quae sunt edendo, multa carne sunt indutae, velut raphani, napi, rapa: humo nonnullae quamdam cartilaginis speciem prae se ferre conspiciuntur: quapropter et cartilagineae nominantur, ut raphani. Hard. — *Raphani sativi* var. (*Tetrad. siliq.* gen. 1247 W. *Crucifer.* Juss.) Ed. P.

Amaritudo. Δριμύτης, acrimonia dicitur a Theophr. l. c. Sed amaritudinem appellare eum saporem acutum, qualis in raphano sentitur, familiare Plinio est. H.

Et vis mira. Inflationem habere hunc cibum ait, ac vim eiendi ructus. Quod et Dioscorides edocet, II, 137: Ραφανὶς καὶ αὕτη πνευμά-

ructum: ob id cibus illiberalis, utique si proxime olus mandatur: si vero cum olivis drupis, rarior ructus fit, minusque foetidus. Aegypto mire celebratur propter olei fertilitatem, quod e semine eius faciunt. Hoc maxime cupiunt serere, si liceat: quoniam et quaestus plus quam a frumento, et minus tributi est, nullumque copiosius oleum.

Genera raphani Graeci fecere tria, foliorum differentia, crispi, atque laevis, et tertium silvestre. Atque huic laevia quidem, sed breviora ac rotunda, copiosaque, atque fruticosa: sapor autem asper, et medicamenti instar ad eliciendas alvos: et in prioribus tamen differentia a semine est; quoniam aliqua 2

των γεννητική ... ἐρευκτικὴ δὲ, etc. Hard.

Aegypto. Plinius ipse, XV, 7: *Plurimum autem in Aegypto fit oleum e raphani semine.* H:

Genera raphani, etc. Brassicae. Theophr. Histor. lib. VII, cap. 4. — *Genera raphani.* Genera eius quod Graeci ῥάφανον appellarunt, fecere illi tria. Verum ne quempiam nomenclatio remoretur, attendendum est apud Atticos appellatione raphani brassicam venire: sic Aristophanem, sic etiam Theophrastum, et alios plerosque pro brassica constat usurpasse. Atque ut in Theophrasto potissimum morer, cuius orationem similem esse Plinianae perspicuum est, sic ille habet Hist. VII, 4: Τῆς δὲ ῥαφάνου τριχῇ διαιρουμένης, οὐ λειοφύλλου τε, καὶ λειοφύλλου, καὶ τρίτης τῆς ἀγρίας, etc. Ea brassicae, non raphano proprie dicto referuntur: siquidem Marcus Cato ultima voluminis parte quam brassicae dicavit, tria fecit eadem illius vestigia: tres pariter notas attulit. Prima est laevis, altera crispa, tertia quae proprie crambe nominatur: singula deinde genera suis notis describit, quas omnes Theophrasti verbis suffragari constat. Hesychius: Ραφανὶς, καὶ ῥάφανος διαφέρει παρὰ τοῖς Αττικοῖς· ῥάφανος μὲν γὰρ ἡ κράμβη· ῥαφανὶς δὲ παρ' ἡμῖν ῥάφανος Habet eadem Apollodorus Carystius apud Athen. I, p. 34. Vide plura in eam rem apud Galen. de alim. Fac. II, 44, pag. 364. H.

Atque huic laevia. Theophr. iisdem verbis, de brassica. H.

Atque fruticosa. Ramosa, πολύκλαδος Theophrast. H.

Ad eliciendas alvos. Ad deiciendam, ad ciendam alvum, et purgandam. De brassica Theophrast. loc. cit. Ετι δὲ χυλὸ, ἔχουσα δριμὺν καὶ φαρμακώδη· διὸ καὶ πρὸς τὰς κοιλίας αὐτῷ χρῶνται οἱ ἰατροί. H.

Et in prioribus. In crispa, laevique brassica. Theophr. l. c. de brassica: Ομοίως δὲ ... εἶναι δοκοῦσι διαφοραὶ καὶ ἕτεραι· ἐπεὶ ἄσπερμόν τι γένος αὐτῶν ἐστιν, ἢ κακόσπερμον, etc. H.

peius, aliqua admodum exiguum ferunt. Haec vitia non cadunt, nisi in crispa folia.

3 Nostri alia fecere genera: Algidense a loco, longum atque translucidum. Alterum rapi figura, quod vocant Syriacum, suavissimum fere ac tenerrimum, hiemisque patiens. Praecipuum tamen est, quod e Syria non pridem advectum apparet, quoniam apud auctores non reperitur: id autem tota hieme durat. Etiamnum unum silvestre Graeci agrion vocant, Pontici armon, alii leucen, nostri armoraciam, fronde copiosius quam corpore. In omnibus autem probandis maxime spectantur caules: imnitium enim rotundiores crassioresque, ac longis canalibus. Folia ipsa tristiora, et angulis horrida.

4 Seri vult raphanus terra soluta, humida. Fimum odit, palea contentus. Frigore adeo gaudet, ut in Germania infantium puerorum magnitudinem aequet. Seritur post idus febr. ut vernus sit: iterumque circa Vulcanalia, quae satio melior. Multi et martio, et aprili serunt, et septembri. Incipiente incremento,

Haec vitia. Seminis parvitas, aut imbecillitas. H.

Algidense. Ab Algido monte Romae vicino, de quo nos alibi. Sed nunc de Italis vernaculisque raphanis, atque adeo veris et proprie dictis agit, non de brassica. H.

Etiamnum unum. Raphani nimirum, non brassicae, silvestre genus. Philoxenus in Glossis: Ραφανίδες, *armoracia.* Isidor. XVII, 10, armoraciam esse lapsanam falso putat. Vtramque distinguit Colum. IX, 4: *Iam vero*, inquit, *notae vilioris innumerabiles nascuntur herbae... ut vulgares lapsanae, nec his pretiosior armoracia.* Italia rerum antiquarum parens, adhuc *Aramoraci* et *Remolaci* nominat, teste Anguillara, Part. 7, pag. 112. (*Cochlearia Armoracia.*) Dioscor. II, 138: Ραφανὶς ἀγρία, ἣν Ῥωμαῖοι ἀρμοραχίαν καλοῦσι, etc. Harduin.

Circa Vulcanalia. Columella XI, 3: *Caeterum Augusto circa Vulcanalia, tertia satio est: eaque optima radicis* (*hoc est, raphani*), *et rapae, itemque napi, et siseris,* etc. Ac multo post: *Raphani radix bis anno seritur: februario mense, quum vernum fructum exspectamus: et Augusto mense circa Vulcanalia, quum maturius. Sed haec satio sine dubio melior habetur.* Harduin.

confert alterna folia circumobruere, ipsos vero accumulare. Nam qui extra terram emersit, durus fit atque fungosus. Aristomachus detrahi folia per hiemem iubet; et, ne lacunae stagnent, accumulare: ita in aestatem grandescere. Quidam prodidere, si palo adacto caverna palea insternatur sex digitorum altitudine, deinde in semen fimumque et terra congeratur, ad magnitudinem scrobis crescere. Praecipue tamen salsis aluntur. Itaque etiam talibus aquis irrigantur, et in Aegypto nitro sparguntur, ubi sunt suavitate praecipui. In totum quoque salsugine amaritudo eorum eximitur, fiuntque coctis similes; namque et cocti dulcescunt, et in naporum vicem transeunt. Crudos medici suadent, ad colligenda acria viscerum, dandos cum sale ieiunis esse, atque ita vomitionibus praeparant meatum. Tradunt et praecordiis necessarium hunc 6
succum: quando phthisin cordi intus inhaerentem

Ipsos vero accumulare. Aggerare terram, circumfundere. Colum. loc. cit. Hard.

Nam qui extra. Colum. iisdem verbis, l. c. Hard.

Aristomachus. Theophr. de Caus. V, 5, p. 330. Hard.

Et in Aegypto. Plinius, lib. XXXI, c. 16: *Salis vice utuntur ad raphanos nitro Aegyptio: teneriores eos facit: olera viridiora*: ubi raphanos ab oleribus, hoc est, a brassica secernit. Hard.

Dandos cum sale. Eadem de raphano Dioscor. lib. II, cap. 137: Αρμόζει δὲ καὶ τοῖς ἱερεῖν μέλλουσι προσεθιομένη. De radicula Celsus, ut dicemus lib. seq. cap. 13. II.

Phthisin. Lentam ea vox tabem sonat. De hoc cordis vitio egimus l. XI, cap. 69. — *Phthisin* certe, ut libri omnes editi habent, hoc est, tabem, congruere huic loco aptius, quam phthiriasin, hoc est, morborum pedicularem, nemo, opinor, inficitias ierit. Tamen, ne quid dissimulem, in MSS. Reg. 1, *tiriasin*, in Reg. 2, *phthiriasin* diserte legimus. Quin Plinius alter, Valerianus appellatus, de Re medica, IV, 1, hunc Plinii nostri locum exscribens, legisse sic omnino videtur. Nam de raphani virtutibus disputans, *Contra phthiriasin*, inquit, *succus eius adhibetur, qui solus potest tenuitate subtili ad imi corporis liniamenta cor penetrare. Aegyptii enim reges, quibus erat studium serutari corpora mortuorum, et causas valetudinum occulta fide recognoscere, in corde ipso nasci eiusmodi vitium prodiderunt.* Quid si φθειριάσεως, seu pedicularis morbi causas,

non alio potuisse depelli compertum sit in Aegypto, regibus corpora mortuorum ad scrutandos morbos insecantibus. Atque, ut est graeca vanitas, fertur in templo Apollinis Delphis adeo caeteris cibis praelatus raphanus, ut ex auro dicaretur, beta ex argento, rapum e plumbo. Scires non ibi genitum Manium Curium imperatorem, quem Samnitium legatis aurum repudiaturo afferentibus, rapum torrentem in foco inventum annales nostri prodidere. Scripsit et Moschion graecus unum de raphano volumen. Vtilissimi in cibis hiberno tempore existimantur; iidemque dentibus semper inimici, quoniam atterant. Ebora certe poliunt. Odium his cum vite maximum, refugitque iuxta satos.

XXVII. Lignosiora sunt reliqua, in cartilaginum genere a nobis posita; mirumque, omnibus vehementiam saporis inesse. Ex iis pastinacae unum genus

quod medicis omnibus adhuc latet, ex pravo cordis habitu repeti iubeat? Hasd.

Manium Curium. Rem narrat elegante, ut solet, Valer. Maxim. IV, 3, p. 208; Cicero in Catone cap. 16; Megacles quoque, lib. de Viris illustribus apud Athen. X, p. 419; Plutarch. in Apophth. et Freinsh. Suppl. Liv. l. XIV, c. 49.

Quem Samnitium legatis. In exercitu duos tantum colones pro servis, famulis, ministris, ei fuisse scribit Alexand. ab Alexand. lib. III, c. 11. Dalec.

Scripsit et Moschion. Fuit eius nominis medicus, cuius libellum latine versum vidimus nondum publicatum. Geler.

Odium his. Raphanis scilicet: nec minus brassicae, uti ex Theophr. vidimus, lib. XVII, c. 37, et ex Plinio ipso visuri sumus lib. XXIV, cap. 1: *Pernicialia et brassicae cum vite odia.* Pallad. IX in Aug. t. 5: *Raphanum tamen, sive brassicam, constat esse vitibus inimicum: nam si circa se serantur, natura discordante refugiunt.* Ράφανον de brassica recte accepit. Sed et raphano proprie dicto, hoc est, ῥαφανίδι vis eadem est. H.

XXVII. *Ex iis pastinacae unum.* Plinius pastinacae nomine Latinis significari ait plantas quatuor: primam quidem pastinacam sativam: alteram agrestem, in pratis nascentem, quam hibiscum hic vocat, malachen agriam, lib. XXI, cap. 4: tertiam daucum staphylinum, altilem et hortensem, memoratum Galeno, lib. VI Simpl. vulgo *carottes:* quartam daucum staphylinum silvestrem, officinis notissimum. Et quoniam haec romano more tractaverat, subiungit statim

agreste sponte provenit: staphylinos graece dicitur. Alterum seritur radice vel semine, primo vere vel autumno: ut Hygino placet, februario, augusto, septembri, octobri, solo quam altissime refosso. Annicula utilis esse incipit, bima utilior, gratior autumno, patinisque maxime, et sic quoque virus illi intractabile est. Hibiscum a pastinaca gracilitate distat, damnatum in cibis, sed medicinae utile. Est et quartum genus in eadem similitudine pastinacae, quam nostri Gallicam vocant, Graeci vero daucon: cuius genera etiam quatuor fecere: inter medica dicendum.

XXVIII. Siser et ipsum Tiberius princeps nobili-

Graecos quatuor etiam genera dauci statuere, nempe tria descripta a Dioscoride, et quartum daucum staphylinum, quem post Ligusticum Dioscorides explicat, silvestrem scilicet, nulla usquam facta mentione sativi, aut pastinacae, vel sativae, vel agrestis, quasi ignotae Graecis illae plantae fuerint, quamvis staphylinum apud Dioscoridis interpretes vertant pastinacam. Staphylinum tamen suum Dioscorides epithelo peculiari ἄγριον vocat, id est, erraticum, tamquam si et ἥμερον sativum cognovisset. Pastinacam Romani Gallicam vocabant, quod, ut etiam nunc fit, in Gallia tum passim diligentissime coleretur. Dal.

Staphylinos graece dicitur. Officinis staphylinus agrestis. — *Staphylinos.* Σταφυλῖνος Athen. IX p. 371. Haec pastinaca tenuifolia silvestris pingitur a Dodonaeo, p. 668. — *Daucus Mauritanicus* (*Pent. dig.* gen. 530 W. *Ombellif.* Juss.). Eo. P.

Alterum. Pastinaca sativa, quae in Gallia vulgo *panais* nominatur. Dodonaeo, pag. 669, pastinaca sativa latifolia est. Hard. — *Pastinaca sativa* (*Pent. digyn.* gen. 558 W *Ombellif.* Juss.). Eo. P.

Virus, etc. Scilicet sapor. Hard.

Hibiscum. Pastinaca latifolia silvestris Dodonaei haec est, p. 669, *Panais sauvage.* Hard.

Est et quartum. In quo genere est illud haud postremum, quod vulgo notum *carotae* nomine, et dauci officinarum, ut recte Anguillara, part. 7, pag. 129, praedulci radice, odorata, lutea, rufa, vel interdum purpurea, quam cum farina et oleo frigunt ad mensarum usus, aut coctam in aceto et oleo mandunt. Tenuifolia sativa pastinaca dicitur Dodonaeo, p. 667. Hard.

Cuius genera etiam quatuor. De his dicemus opportunius lib. XXV, cap. 64, inter medica, ut Plinius sit. Hard.

XXVIII. *Siser et.* Dioscorid. II, 139, Σίσαρον. Nostris, *chervis.* Iconem Dodonaeus exhibet pag. 670. Quanquam an siser Graeciae, rum sisere Gelduhae sive Germanorum sit idem, subdubitat Anguillara, part. 7, pag. 112. II. — *Sium Sisarum* (*Pent.*

tavit, flagitans omnibus annis e Germania. Gelduba appellatur castellum Rheno impositum, ubi generositas praecipua. Ex quo apparet frigidis locis convenire. Inest longitudine nervus, qui decoctis extrahitur, amaritudinis tamen magna parte relicta: quae mulso in cibis temperata, etiam in gratiam vertitur. Nervus idem et pastinacae maiori, dumtaxat anniculae. Siseris satus mensibus februario, martio, aprili, augusto, septembri, octobri.

XXIX. Brevior his est, sed torosior, amariorque inula, per se stomacho inimicissima: eadem dulcibus mixtis saluberrima. Pluribus modis austeritate victa gratiam invenit; namque et in pollinem tunditur arida, liquidoque dulci temperatur: et decocta posca, aut asservata, vel macerata pluribus modis, et tunc

digyn. gen. 544 Willd. *Ombellif.* Juss.) Eo. P.

Gelduba. Ex Tacito Geldubae situm agnovimus haud procul fuisse Novesio, *Nuys*, in citeriore Rheni ripa, ubi nunc pagus est cum prisai nominis vestigio *Gelb*. Vide Tacit. Hist. IV, pag. 95 sq. Castra Rheno imposita scito plurima fuisse, in quibus romanae cohortes praesidii causa excubarent. In Conc. Agrippinensi, anno 346: *Epistola plebis Agrippinensium, sed et omnium castrorum Germaniae secundae.* H.

XXIX. *Torosior.* Carnosior.

Amariorque inula. H. e. acrioris succi. Sic Horat. Sat. II, II, vs. 44, *acidas inulas* appellat, de quibus idem postes, Sat. VIII, vs. 51: *inulas ego primus amaras Monstravi incoquere.* Graecis ἐλένιον dicitur: nostris, *de l'aunée.* H.—*Inula Helenium*, de qua Noster, XX, 49. Eo. P.

Pluribus modis. Tres quatuorve inulae condituras, quibus amaritudinem dimittat omnem, affert Colum. XII, 46. H.

Liquidoque dulci. Liquore aliquo dulci. H.

Decocta posca. Decoqui inulam iubet ex posca. Poscam Latini vocant id quod Graeci ὀξύκρατον, quod potionis genus ex aquae et aceti mixtura fit. Decoqui ex aceto Columella praecipit l. c. quod idem est: nam aceti solius nomine saepe posca exprimitur. Plautus in Rud. *Sed hic rex cum aceto pransurus est, et sale.* Spartianus in Pescennino: *Iussit vinum in expeditione neminem habere, sed aceto universos esse contentos.* Vulcatius in Avidio: *Praeter laridum, et buccellatum, et acetum.* H.

Macerata pluribus Praesertim muria ex Columella. Cum succo rutae, schola Salernitana: *Enula Campana reddit praecordia sana, Cum succo rutae succus si sumitur eius, Affirmant ruptis quod prosit potio talis.* Hasd.

mixta defruto, aut subacta melle, uvisve passis, aut pinguibus caryotis. Alio rursus modo cotoneis malis, vel sorbis, aut prunis, aliquando pipere aut thymo variata, defectus praecipue stomachi excitat, illustrata maxime Iuliae Augustae quotidiano cibo. Supervacuum eius semen: quoniam oculis ex radice excisis, ut arundo, seritur. Et haec autem, et siser, et pastinaca, utroque tempore, vere et autumno, magnis seminum intervallis: inula ne minus quam ternorum pedum, quoniam spatiose fruticat. Siser autem transferre melius.

XXX. Proxima his est bulborum natura, quos Cato in primis serendos praecepit, celebrans Megaricos.

Iuliae Augustae. Quae Caesaris Augusti filia, Tiberii Augusti coniux fuit. Vixit illa perhonorifice usque ad quartum saltem Tiberii Augusti annum, teste nummo singulari, es aere minimo, apud D. Abb. de Fontenu: hac epigraphe graeca in corona laurea TIB. KAICAP. In aversa parte spica erecta, fertilitatis Iudaeae symbolum: hinc IOY. inde AIA. infra L. Δ. *anno quarto* Iuliae Tiberii coniugis causa imperium ille in Iudaea obtinebat. Nam Caesar ipse fuit et heres Augusti ob illud coniugium. Adde achaten Tiberianum, aut appellant, quem alibi explicuimus; et nummum perrarum argenteum ex Museo nostro, et consecrationis eius indicem, DIVA. IVLIA. AVGVSTA. ut jam superius diximus ad lib. VII, cap. 46. H.

Supervacuum eius semen. Sationi inutile. H.

Quoniam oculis. Sine bulbis, ut diximus lib. XVI, cap. 67. Palladius in Febr. tit. 24: *Hoc mense inula seritur, quo canneta ponuntur. Seritur oculis, sicut calami*, etc. H.

Inula ne minus. Colum. XI, 3: *Pastinaca, siser atque inula convalescunt alte pastinato, et loco stercorato: sed quam rarissime ponenda sunt, ut maiora capiant incrementa. Inulam vero intervalla trium pedum seri convenit, quoniam vastos facit frutices.* Sic enim Palladius l. c. *Seritur inula oculis, sicut calami, quos abscindere et terra leviter debemus obruere, terra fossa et subacta, excitatis ad lineam pulvinis, quibus eius oculos oportet infodere: trium pedum inter se spatio separantur.* H.

XXX. *Proxima... bulborum.* Diosc. II, 200, βολβὸς γνώριμος πᾶσιν, ὃν ἐσθίομεν. Bulborum facies notior est visa Dioscoridi, Pliniaque, quam quae deberet repraesentari: nunc incognita omnibus fere quum medicis, tum officinis habetur; quoniam bulbi omnes ii edi iam desiere. Inveniuntur tamen hodieque cepae modo tunicati bulbi, quibus rura sibi vorandi facultatem maliunt: miram enim excitant aviditatem: quare *appetitus* appellationem in agris sibi vindicarunt H. — *Proxima* Vide infra XX, 9, paulo ante finem. DAL.

Megaricos. Μεγαρικὸς βολβός; laudat etiam Nicander, apud Athen. II,

Verum nobilissima est scilla, quanquam medicamini nata, acetoque exacuendo. Nec ulli amplitudo maior, sicut nec vis asperior. Duo genera medica: masculum albis foliis, femina nigris. Et tertium genus est cibis gratum: epimenidium vocatur, angustius folio, ac minus aspero. Seminis plurimum omnibus. Celerius tamen proveniunt satae bulbis circa latera natis. Et ut crescant, folia quae sunt his ampla, deflexa circa obruuntur: ita succum omnem in se trahunt capita. Sponte nascuntur copiosissime in Balearibus Ebuso-
2 que insulis, ac per Hispanias. Vnum de iis volumen condidit Pythagoras philosophus, colligens medicas vires, quas proximo reddemus libro. Reliqua bulborum genera differunt colore, magnitudine, suavitate. Quippe quum quidam crudi mandantur, ut in Cherroneso Taurica. Post hos in Africa nati maxime laudantur, mox Apuli. Genera Graeci haec fecere; bul-

p. 64. Dammal Ovidius, ob Venerem scilicet, quam mirum in modum stimulat, his numeris, in Rem. Am. 797: *Daunius, an Libycis bulbus tibi missus ab oris, Ah veniat Megaris: noxius omnis erit.* Haro.

Scilla. Squillam exemplo Varronis omnes nunc vocant officinae. Graeci σκίλλαν et σκύλλαν. Scilla Hispanica Clusii est, Rarr. Plantt. II, pag. 171, radice alba. Vidimus in horto Regio. Hard. — *Scilla maritima* (*Hexand. monog.* gen. 640 W. *Liliac.* Juss.). Ed. P.

Acetoque. Fit enim ex ea acetum scillinum, uti dicemus lib. XX, 39. Hard.

Et tertium. Neque omnem scillae radicem in cibis approbat Theophr. Hist. VII, 11. Sed illius tantum quae Epimenidia appellatur, ἀλλὰ τῆς Επιμενιδείου καλουμένης, quae angustiore folio ac laeviore est, στενοφυλλοτέρας καὶ λειοτέρας. H.

Epimenidium vocatur. Theophrastus, Hist. lib. VII, 11.

Et ut crescant. Theophr. l. c..

Vnum de iis volumen, etc. Eius mentio fit apud Laërtium in Pythagora, quo loco perperam legitur περὶ τῆς κήλης eum scripsisse, non περὶ τῆς σκίλλης. Muretus, lib. IX Variar. cap. 20. Dal.

Reliqua bulborum. Theophr. Hist. VII, 13. H.

Quippe quum. Theophr. l. c. et ex eo Athen. lib. II, p. 64. H.

Post hos in Africa. Λιβυκοὺς laudat pariter Athenaeus, loc. cit. Libycos, Dauniosque, sive Apulos, Ovidius paulo ante appellatus. H.

Genera Graeci. Theophr. in primis loc. cit. ubi haec genera recensentur. Τὸ λευκόϊον, καὶ βολβίνη, καὶ ὁ πυ-

binem, setanion, pythion, acrocorion, aegilopa, sisyrinchion. In hoc mirum imas eius radices crescere hieme: verno autem, quum apparuerit viola, minui et contrahi, tum deinde bulbum pinguescere. Est inter genera, et quod in Aegyto aron vocant, scillae proximum amplitudine, foliis lapathi, caule recto duum cubitorum, baculi crassitudine, radice mollioris naturae, quae edatur et cruda. Effodiuntur bulbi ante ver, aut deteriores illico fiunt. Signum maturitatis, folia inarescentia ab imo; vetustioresque improbant: item parvos et longos. Contra rubicundis rotundioribusque laus, et grandissimis. Amaritudo plerisque in vertice est. Media eorum dulcia. Bulbos non nasci, nisi e semine, priores tradiderunt. Sed et in Praenestinis campis sponte nascuntur, ac sine modo etiam in Remorum arvis.

XXXI. (VI.) Hortensiis omnibus fere singulae radi-

θίων, καὶ κύτῃ, καὶ τρόπον τινὰ τὸ σισυρίγχιον. Rectius forsan, συσιρίγχιον, a rostri suilli similitudine. Huius iconem apud Dodonaeum vide, p. 210. Est in Eystettensi horto. H.

Acrocorian. An *Acroscorodon?* Vt nil est, bulborum eiuscemodi ignota facies, ut et pythionis. H.

In hoc mirum. Nempe in sisyrinchio. Haec Theophr. l. c. H.

Est inter genera. Nempe bulborum. De aro autem Aegyptiaco loquitur, quae diversa a Dioscoridis aro vulgari. Aegyptiaca colocasiae genus est alterum, quod cum faba Aegyptia plerique confuderunt: Plinius apte distinguit. Pingitur a Dodonaeo, pag. 348. Vidimus in horto Regio. H.

Quae edatur. Theophr. Hist. VII, 11. Hand.

Effodiuntur bulbi ante ver. Bulbis salaciores fieri ostendunt Martialis versus: *Quum sit anus coniux, quum sint tibi mortua membra, Nil aliud bulbis quam satur esse potes.* Ex iis cum nucleis pineis, eruca, pipere in nuptiali coena sponso ferculum parari solitum scribit Alex. ab Alex. l. II, 5, ut apud quosdam e papaveris semine cum lacte et melle, et apud Atheniensis, sponsae, priusquam mariti thalamum adiret, cydonium malum gustare morem fuisse, ut halitu animaque suaviori virum oscularetur. D.

XXXI. *Hortensiis.... ut raphano.* Theophr. Hist. Pl. I, 9: Σχεδὸν δὲ καὶ λαχανωδῶν τὰ πλεῖστα μονόῤῥιζα· οἷον ῥάφανος, τεῦτλον, etc. Ῥάφανος, ut saepe monuimus, brassica Theophrasto est, non raphanus, quem ille ῥαφανίδα vocat. Verum sui ῥαφανὶς hoc loco scripsit, aut raphanum nunc ipse intellexit: nam brassicam μονόῤῥιζον esse falsum est. Et sane idem,

ces, ut raphano, betae, apio, malvae. Amplissima autem lapatho, ut quae descendat ad tria cubita. Silvestri minor et humida: effossa quoque diu vivit. Quibusdam tamen capillatae, ut apio, malvae: quibusdam surculosae, ut ocimo. Aliis carnosae, ut betae, aut magis etiamnum croco: aliquibus ex cortice et carne constant, ut raphano, rapis: quorumdam geniculatae sunt, ut graminis. Quae rectam non habent radicem, statim plurimis nascuntur capillamentis, ut atriplex, et blitum. Scilla autem, et bulbi, et caepe, et allium, non nisi in rectum radicantur. Sponte nascentium quaedam numerosiora sunt radice, quam

Hist. VII, 2, ubi ea recenset, quae singulari radice constant, appellat σέλινον apium, τεύτλιον betam, ῥαφανίδα raphanum, γογγυλίδα rapam: ῥάφανον non appellat. H.

Amplissima. Theophr. Hist. VII, 2: Μονοῤῥιζότατον δὲ τούτων πάντων τὸ λάπαθον... ἔχει γὰρ μείζω τριῶν ἡμιποδίων, *maiores habet radices terno semipede*, hoc est, sesquipede. Hard.

Silvestris minor. Nempe silvestri lapatho. Perperam in libris editis, *silvestris minores tumidae*, quum sequatur proxime, *effossa quoque diu vivit.* In MSS. Reg. etc. *minore tumido.* Firmat emendationem Theophr. Hist. VII, 2: Τὸ δὲ ἄγριον βραχυτέραν. Πολυχρονιώτερόν τε τοῦ ἀγρίου... ἔχει δὲ σαρκώδη τὴν σάρκα, καὶ ἐνικμον. Διὸ δὲ ἐξαιρεθεῖσα ζῇ πολὺν χρόνον. Hard.

Capillotae. Quae fibras habent, hoc est, minores radiculas, oblongas, in capilli modum extenuatas, in quas velut extremas, crassiores effusae sparguntur. H.

Surculosae. Hoc est, lignosae. Theophr. Hist. lib. VII, 3: Τῶν δὲ ῥιζῶν ξυλωδέστατα πασῶν αἱ τοῦ ὠκίμου, καθάπερ ὁ καυλός. Addit idem cap. 2, blitum, atriplicem, erucam, anethum, brassicam, coriandrum, et Hist. I, 10, magnam silvestrium partem. H.

Ut betae. Theophr. Hist. VII, 2. Hard.

Croco. Theophr. Hist. I, 2: Εἰσὶ μὲν σαρκώδεις καθάπερ ῥαφανίδος, γογγυλίδος, ἄρου, κρόκου. Idem repetit Hist. lib. VII, c. 3. H.

Aliquibus. Theophr. Hist. I, 10. Hard.

Geniculatae. Geniculatae radices vocantur, quae nodis quibusdam interstinctae protuberant, rotundae et leviter capitulatae. Γονατώδεις, Theophr. Hist. I, 10. H.

Quae rectam. Theophr. Hist. I, 9, Hard.

In rectum radicantur. Radicum natura est a lateribus radiculas alias fundere, quas ἐπιφυάδας appellamus, inquit Theophr. I, 10: at eiusmodi nullam bulbi habent. Omnes enim radices bulborum in rectum tendunt: nec a latere funduntur, sed a capite. Hard.

Sponte nascentium, etc. Theophr.

folio, ut aspalax, perdicium, crocum. Florent confertim serpyllum, abrotonum, napi, raphani, menta, ruta: et caetera quidem quum coepere, deflorescunt: ocimum autem particulatim et ab imo incipit: qua de causa diutissime floret. Hoc et in heliotropio herba evenit. Flos aliis candidus, aliis luteus, aliis purpureus. Folia cadunt a cacuminibus, origano, inulae, et aliquando rutae iniuria laesae. Maxime concava sunt caepae, gethyo.

XXXII. Allium caepasque inter Deos in iureiurando

Histor. lib. I, cap. 14, τῶν ποωδῶν, earum quae herbae vulgari simile folium, id est, longum et angustum habent, quales sunt crocus, perdicium, aspalax. Tamen de perdicio tantum hoc idem scribit, non de croco, aut aspalace. Sed et sunt, qui eiusdem perdicion esse volunt ornithogalon Dioscoridis; et pro aspalace *asphodelum* legant. Vtrumque certe ποῶδες est. Dal.

Florent confertim. Hoc est, simul universum florem emittunt, non particulatim. — Prius legebatur, *florent cum fraxino.* Atqui florere fraxinum mature, et quidem prinsquam serpentes prodeant, ipsemet admonuit, lib. XVI, c. 24. Sero abrotonum serpyllumque: abrotonum certe aestate, ut ait ipse lib. XXI, cap. 34. Ex Theophrasto medicinam huic loco fecimus. Sic enim ille, Hist. VII, 3: Ἀνθεῖ δὲ τῶν μὲν ἄλλων ἕκαστον ἑφεξῆς. Τὸ δὲ κατὰ μέρος κάτω πρῶτον· εἶθ' ὅταν ταῦτα ἀπανθήσῃ, τὰ ἄνω· τὸ δὲ πολυχρόνιον ἐν τῷ ἀνθεῖν καθάπερ κύαμος, καὶ τῆς ῥόας τὸ ἡλιοτρόπιον, etc. Vbi perspicuum est, tum a graeco scriptore, tum a Plinio, opponi ea inter se, quae confertim, seu primum ab imo florescunt. Id enim latinus auctor statim subiicit, *Ocimum autem particulatim, et ab imo incipit.* H.

Ocimum. Th. Hist. VII, 9.

Hoc et in heliotropio. Theophr. Hist. VII, 3. H.

Flos aliis. Theophr. Hist. VII, 9. Hard.

Folia cadunt. Theophr. Hist. I, 15, quem locum Gaza non satis fideliter vertit. H.

Maxime concava. Theophr. Hist I, 16: Ἰδιον δὲ ἐπὶ τῶν λοχανωδῶν, οἷον κρομμύου, γηθύου, τὸ κοιλόφυλλον. Hard.

XXXII. *Allium caepasque.* Aegyptii, inquit, quum iurant per deos suos, simul per opes suas iurant, quae sunt allium et caepae. Non dicit inter deos reponi vel coli ab Aegyptiis allium et caepas: quantumvis scribat Iuvenalis, Sat. XV, 1: *Quis nescit, Volusi Bithynice, qualia demens Aegyptus portenta colat?..... Porrum et caepas violare, et frangere morsu. O sanctas gentes, quibus haec nascuntur in hortis Numina!* De hic Prudentius quoque eleganter, περὶ στεφάνων, hymno 10 in S. Romanum v. 255, et lib. II in Symmach. v. 866, quem consule. At Horat. lib. I, ep. 12: *Verum seu pisces, seu por-*

habet Aegyptus. Caepae genera apud Graecos: Sardia, Samothracia, Alsidena, Setania, Schista, Ascalonia, ab oppido Iudaeae nominata. Omnibus etiam odor lacrymosus, et praecipue Cypriis, minime Gnidiis. Omnibus corpus totum pinguitudinis earum cartilagine. E cunctis setania minima, excepta Tusculana, sed dulcis. Schista autem et Ascalonia condiuntur. Schistam hieme cum coma sua relinquunt, vere folia detrahunt, et alia subnascuntur iisdem divisuris: unde
2 et nomen. Hoc exemplo reliquis quoque generibus detrahi iubent, ut in capita crescant potius, quam in semina. Ascaloniarum propria natura. Etenim velut steriles sunt ab radice, et ob id semine seri illas, non

rum, et caepe trucidas, iocosa dixit atque ironice, pro eo quod est, si nihil aliud occidis in coenam. Hoc tantum. H.

In iureiurando habet Aegyptus. Zeno Stoicus per capparim iurabat, Teleclides per brassicam. Plutarchus lib. de Isid. et Osir. Caepam quidem Aegyptii sacerdotes aversabantur, quod lacrymas eliciendo, festos dies celebrantibus molesta sit, et excitata siti incommoda sit iis, qui religionis causa potu ciboque abstinent. Plutarchus ibid. praeterea quia luna decrescente viget et augescit. Dal.

Caepae genera. Theophr. Hist. VII, 4, a quo haec enumerantur: Σάρδεια, Κυίδια, Σαμοθράκια, καὶ πάλιν Σητάνια, καὶ Σχιστὰ, καὶ Ασκαλώνια. *Dei oignons.* Alsidenorum mentio alibi nulla. H. — *Allium sativum*, *Cepa* (*Hexand. monog.* gen. 626 Willd. *Liliae* Juss.). Ed. P.

Odor lacrymosus. Lacrymas ciens. Lucilius Sat. lib. V: *Flebile caepe simul, lacrymosaeque ordine tallae.* Tallas Festus appellat interiores caeparum tunicas. Vaporem lentum ac tenuem exspirat caepa, qui ad oculos irreptans lentitia cohaeret, et sui tenuitate lancinans dolorem excitat, et sic lacrymas exigit. Vide Ruell. lib. II, pag. 399. H.

Cypriis. Cyprias caepas laudat Marcellus Empiricus cap. xv, ad anginam p. 105. H.

Omnibus... cartilagine. Subintellige, constat: vel *e cartilagine* legito. Hard.

E cunctis. Theophr. l. c. H.

Vnde et nomen. Vt nempe σχισταὶ, hoc est, caepae fissiles appellentur. Sic Theophr. l. c. H.

Hoc exemplo. Pallad. lib. III in Febr. tit. 24, p. 68: *Si capita voluerimus his esse maiora, folia omnia debemus auferre, et sic succus ad inferiora cogetur.* H.

Ascaloniarum. Has adhuc hodie nominant *échalottes*, quasi Ascalotas, relictis pristini vocabuli rudimentis. Vide Gloss. Du-Cangii, voce *Aloigna.* H.

Etenim velut. Apud nos tamen et

deponi iussere Graeci. Praeterea serius circa ver, quum germinant, transferri: ita crassescere, et tunc properare praeteriti temporis pensitatione. Festinandum antem in his est, quoniam maturae celeriter putrescunt. Si deponantur, caulem mittunt et semen, ipsaeque evanescunt. Est et colorum differentia. In Isso enim et Sardibus candidissimae proveniunt. Sunt in honore et Creticae, de quibus dubitant, an eaedem sint, quae Ascaloniae, quoniam satis capita crassescunt: depositis, caules et semina. Distant sapore tantum 3
dulci. Apud nos duo prima genera. Vnum condimentariae, quam illi gethyon, nostri pallacanam vocant. Seritur mensibus martio, aprili, maio. Alterum capitatae, quae ab aequinoctio autumni, vel a Favonio. Genera eius austeritatis ordine, Africana, Gallica, Tusculana, Ascalonia, Amiternina. Optima autem, quae rotundissima. Item rufa acrior, quam candida: sicca, quam viridis, et cruda quam cocta, sicca quam condita. Seritur Amiternina frigidis et humidis locis, 4
et sola allii modo capite, reliquae semine. Proxima quae aestate nullum semen emittunt, sed caput tan-

radice melius, seu bulbo seruntur. Hard.

Festinandum. Cito evellendae: alioqui putrescunt: Πολὺν δὲ χρόνον ἰκθύεται ἐν τῇ γῇ σήπεται. Theophr. l. c. H.

Si deponantur. Si plantentur, φυτευθέντα. Theophr. H

In Isso enim et Sardibus, etc. Prius legebatur, *Samo enim et Sardibus*. In MSS. Reg. Colbert. Chiffl *differentia; amisso enim et Sardibus.* Nostram egregie constabilit coniecturam Theophr Histor. VII, 4: Ἐν Ἰσσῷ γὰρ μὲν ἄλλα ὅμοια τοῖς λευκοῖς· λευκὰ δὲ σφόδρα τῇ χροιᾷ. Φέρειν δέ φασιν ὅμοια τοῖς Σαρδιανοῖς. H.

Quoniam satis Hoc est, quoniam quum seruntur semine, capita eis crassescunt: σπειρόμενον μὲν, inquit Theophr. cui φυτευόμενον opponitur, depositum sive deplantatum. H.

Gethyon. Γήθυον, quod fere sine capite est, cervicis tantum longae; ideoque totum in frondem lusurial. Vulgus nostrum sua consuetudine *cebulam*, quasi *caepulam* vocat; alii *ciboulam*, *ciboule*; nonnulli *civas*, vel *civones*, quasi csepinas veruaculo sermone proferunt. H.

Alterum capitatae. Quod fere citra cervicem in caput extuberat. Hanc vocant unionem veteres rustici, ut testatur Columella XII, 10: quod

tum, quod inarescit. Sequenti autem anno permutata ratione semen gignitur, caput ipsum corrumpitur. Ergo omnibus annis separatim semen caepae causa seritur, separatim caepae seminis. Servantur autem optime in paleis. Gethyum paene sine capite est, cervicis tantum longae, et ideo totum in fronde; saepiusque resecatur, ut porrum. Ideo et illud serunt, non deponunt. Caetero caepas ter fosso solo seri iubent, extirpatis radicibus herbarum, in iugera denas libras. Intermisceri satureiam, quoniam melius proveniat. Runcari praeterea, et sarriri, si non saepius, quater. Ascaloniam mense februario serunt nostri. Semen caeparum nigrescere incipiens, antequam marcescat, metunt.

XXXIII. Et de porro in hac cognatione dici conveniat, praesertim quum sectivo nuper auctoritatem dederit Princeps Nero, vocis gratia, ex oleo statis mensium omnium diebus, nihilque aliud, ac ne pane quidem vescendo. Seritur semine ab aequinoctio autumno: si sectivum facere libuit, densius. In eadem

nomen apud Gallos velut triviale hactenus usurpatum est: siquidem quod singulari constat capite, nec pluribus coagmentatur bulbis, unionem gallica lingua nominat, *oignon*. Hard.

Gethyum paene. Theophrast. Hist. lib. VII, cap. 4. H.

Caetero caepas. Columell. lib. XI, cap. 3. H.

In iugera. Denas seminis caeparum libras in singula iugera seri iubet. H.

Intermisceri. Colum. l. c. et Pallad. lib. III in Febr. tit. 24. H.

Runcari. Colum. loc. cit. H.

Ascaloniam. Sic Colum. l. c.

Semen..... marcescat. Colum. *Sed nec patiendum est, ut perarescat*, etc. H.

XXXIII. *Et de porro*. Pallad. cap. 24 Februar. Dal. — *Et de porro. Allium porrum*, v. 6 *sectile* (*Hexand. monog.* gen. 626 W. *Liliac.* Juss). Ed. P. — *Vocis gratia*. Cui splendorem affert: ut dicetur lib. XX, cap. 21. Hard.

Si sectivum facere. Colum. l. XI, cap. 3; *Porrum si sectivum facere velis, densius satum praecepserunt priores relinqui, et ita, quum increverit, secari. Sed nos docuit usus*, etc. Porrum sectivum est, quod saepius secatur, demetiturque in usum culinae. *Sectile porrum* Iuvenalis appellat: Martialis, *tonsile: sectum*,

area secatur, donec deficiat, stercoraturque semper. Si nutritur in capita, antequam secetur, quum increvit, in aliam aream transfertur, summis foliis leviter recisis ante medullam, et capitibus retractis, tunicisve extremis. Antiqui silice vel tegula subiecta capita dilatabant: hoc item in bulbis. Nunc sarculo leviter convelluntur radices, ut delumbatae alant, neque distrahant. Insigne, quod quum fimo laetoque solo gaudeat, rigua odit; et tamen proprietate quadam soli constant. Laudatissimus in Aegypto, mox Ostiae, 3
atque Ariciae. Sectivi duo genera: herbaceum folio incisuris eius evidentibus, quo utuntur medicamentarii. Alterum genus pallidioris folii, rotundiorisque,

auctor Moreti. Bursum de hoc Martialis lib. XIII, epigr. XVIII, cuius lemma: *Porri sectivi*: » Fila Tarentini graviter redolentia porri Edisti quoties, oscula clausa dato. » H.

Si nutritur in capita. Si vis porrum esse capitatum. Capitatum porrum a radice quae in caput extuberat sibi nomen usurpavit. — *Si nutritur.* Voculam *si*, quam libri hactenus editi omiserunt, magno totius sententiae detrimento, ex R. eod. et Colb. supplevimus, et quod certius aliquanto est, ex Columella. Sic enim ille lib. XI, cap. 3: *In eo autem porro, quod magni capitis efficere voles, servandum est, ut antequam translatum deponas, omnes radiculas amputes, et fibrarum summas partes intondeas. Tum testulae vel conchae*, etc. Fibras pro foliis eo capite haud raro usurpat. H.

Antiqui silice. Ita Sotion in Geop. XII, cap. 29, pag. 351: Ὁμοίως τὰ πράσα ἔσται μεγάλα, εἰ μεταφυτεύων αὐτὰ, ὄστρακον ἢ λίθον πλατὺν ὑποθήσεις, καὶ μὴ ποτίσεις. *Similiter porri magni fient, si dum ipsos transfers, testam, latumve lapidem supposueris, nec rigabis.* Columella quoque lib. XI, cap. 3: *In eo autem quod magni capitis efficere voles, servandum sit, ut antequam translatum deponas, omnes radiculas amputes, et fibrarum summas partes intondeas. Tum testulae vel conchae, quasi sedes in singulis subiectae seminibus adoriuntur, ut fiant capita latioris incrementi.* H.

Subiecta capita dilatabant. Inde κεφαλωτὸν πράσον. Auctor Moreti: *Hic siser, et capiti nomen debentia porra.* In Priapeis: *Crescensve semper in suum caput porrum.* Dal.

Atque Ariciae. Mart. lib. XIII, ep. XIX, cui titulus: *Porri capitati*: » Mittit praecipuos nemoralis Aricia porros, In niveo virides stipite cerne comas. » H.

Alterum.... pallidioris folii. Hoc est, dilutioris viriditatis. In MSS. *suavidioris.* Forsan *flavidioris*: qua de voce diximus lib. XVIII, cap. 34, ut viridiuri herbaceo opponatur. H.

incisuris levioribus. Fama est, Melam equestris ordinis, reum ex procuratione a Tiberio Principe accersitum, in summa desperatione succo porri ad trium denariorum argenteorum pondus hausto, confestim exspirasse sine cruciatu. Ampliorem modum negant noxium esse.

XXXIV. Allium ad multa ruris praecipue medicamenta prodesse creditur. Tenuissimis, et quae separantur, in universum velatur membranis: mox pluribus coagmentatur nucleis, et his separatim vestitis. Asperi saporis: quo plures nuclei fuere, hoc est asperius. Taedium huic quoque halitu, ut caepis: nullum tamen coctis. Generum differentia in tempore: praecox maturescit sexaginta diebus: tum in magnitudine. Vlpicum quoque in hoc genere Graeci appellavere allium Cyprium, alii antiscorodon, praecipue Africae celebratum inter pulmentaria ruris, grandius

Fama est Melam. Mela is falso esse creditur cuius Geographici nunc manibus omnium teruntur libri. H.

XXXIV. *Allium.* Sim. Sethi lib. de Alim. tit. Σκόροδα ex Galeno, allium vocat θηριακὴν τῶν ἀγροτῶν, *theriacam rusticorum.* H.

Nucleis. Ονυχας vocat Aetius l. XI, cap. 21; σκιλλίδας, Paulus Aegineta lib. IV, cap. 33. Dal. — *Nucleis.* Cohaerentes bulbi, in quos allii caput extumuit, quo seorsum consili novam creant sobolem, et nuclei, et spicae, latinis auctoribus appellantur: sicut Graecis γίλγες et ἄγλιθες grana dicuntur, quibus allii caput compactum est. Theophr. Hist. lib. VII, c. 4, et Diosc. lib. II, pag. 182. H.

Generum differentia. Quoniam aliud praecox, aliud serotinum, πρώϊον, καὶ ὄψιμον. Theophr. loc. cit. H.

Tum in magnitudine. Differunt etiam magnitudine et parvitate. Magnitudine siquidem praestat caeteris genus illud quod Cyprium vocant: Καὶ μεγέθει, καὶ μικρότητι. Καὶ γὰρ τῷ μεγέθει γένος τι διαφέρον ἐστὶ, μάλιστα δὲ τὸ Κύπριον καλούμενον τοιοῦτον. Theophr. loc. citat. H. — *Vlpicum.* In eo est illud genere, quod caeteris mole capitis antecellit. Colum. in Hortulo: *Alliaque infractis spicis et olentia late Vlpica.* Et lib. XI, cap. 3: *Vlpicum, quod quidam allium punicum vocant, Graeci autem ἀφροστόροδον appellant, longe maioris est incrementi quam allium .. habet velut allium plures cohaerentes spicas*, etc. H.

Pulmentaria. In moretis utuntur, inquit Gaza illud Theophrasti vertens πρὸς τοὺς μυττωτοὺς χρῶνται. Recte: est enim id pulmentarium ruris moretum, cui allium immix-

allio. Tritum in oleo et aceto, mirum quantum increscat spuma. Quidam ulpicum et allium in plano seri vetant, castellatimque grumulis imponi, distantibus inter se pedes ternos. Inter grana digiti interesse debent; simul atque tria folia eruperunt, sarriri. Grandescunt, quo saepius sarriuntur. Maturescentium 3
caules depressi in terram obruuntur: ita cavetur ne in frondem luxurient. In frigidis utilius vere seri, quam autumno. Caetero, ut odore careant, omnia haec iubentur seri, quum luna sub terra sit: colligi, quum in coitu. Sine his Menander e Graecis auctor

tum intritumque est: Inde ei *alliato* nomen. Meminit Plautus in Mostell. act. I, sc. 1. vs. 44: *Tu tibi istos habeas, turtures, pisces, aves: Sine me alliato fungi fortunas meas.* H.

Increscat spuma. Hinc ἀφροσκόροδον, ut arbitror, alii apud Columellam vocant. H.

Castellatimque. Castellatim idem fere quod acervatim, σωρηδόν. Grumulos sive cumulos spicarum allii seri iubet ita, ut cumuli multis in orbem constent granis: inter grana singula digiti unius intervallum sit: ternum pedum inter cumulos singulos: qui cumuli sic dispositi castellorum speciem quamdam referunt. Namque in limitibus Imperii ad finium custodiam adversus incursiones hostium castella statuebantur, aliquot inter se discreta passibus. Anonymus auctor, de rebus bellicis: *Est praeterea inter commoda rei publicae utilis limitum cura, ambientium ubique latus Imperii. Quorum tutelae assidua melius castella prospiciens: ita ut millenis interiecta passibus stabili muro et firmissimis turribus erigantur*, etc. Vsus ea voce Livius lib. XVII, ubi *castellatim dispositos circa collem* milites ait. Aliter seri praecipit Colum. loc. cit. H.

Simul atque. Colum. lib. XI, cap. 3: *Quum ternas fibras emiserunt spicae, sarriantur: nam quo saepius id factum, maius semina capiunt incrementum.* Sic Pallad. in Novb. t. 6. Haan.

Maturescentium. Colum. loc. citat. *Ante quam caulem faciant, omnem viridem superficiem intorquere, et terram prosternere conveniet, quo vastiora capita fiant.* H.

In frigidi. Vid. Colum. l. c.

Caetero, ut odore. Colum. loc. cit. *Sed quandocumque conseremus .. servabimus... ut luna infra terram sit: nam sic sata, et rursus sic recondita, existimantur neque acerrimi saporis existere, neque mandentium halitus inodorare.* Idem habet Anel. Geop. l. XII, cap. 30: Ἄοσμα δὲ ἔσται, etc. Pallad. in Novb. t. 6.

Sine his. Hoc est, citra hanc operam, sive hac praeceptione neglecta, quam proxime attulimus, ut sint allia odoris expertia. H.

est, allium edentibus, si radicem betae in pruna tostam superederint, odorem exstingui. Sunt qui et allium, et ulpicum inter Compitalia ac Saturnalia seri aptissime putent. Allium et semine provenit, sed tarde. Primo enim anno porri crassitudinem capite efficit: sequenti dividitur, tertio consummatur; pulcriusque tale existimant quidam. In semen exire non debet, sed intorqueri caulis satus gratia, uti caput validius fiat. Quod si diutius allium caepamque inveterare libeat, aqua salsa tepida ungenda sunt. Ita diuturniora
5 fient, melioraque usui, sed in satu sterilia. Alii contenti sunt primo super prunas suspendisse, abundeque ita profici arbitrantur, ne germinent: quod facere allium caepamque extra terram quoque certum est, et cauliculo acto evanescere. Aliqui et allium palea optime servari putant. Allium est et in arvis sponte nascens, alum hoc vocant: quod adversus improbitatem alitum depascentium semina coctum, ne renasci possit, abiicitur; statimque quae devoravere aves, stupentes manu capiuntur; et si paulum commovere,

Compitalia. In kalendario rustico ap. Gruter. pag. 133, Compitalia, sexto nonas maii; Saturnalia, decimo sexto kalendas ianuarii assignantur. Harn.

Allium et semine. Theophr. Hist. lib. VII, cap. 4. H.

Primo enim. Theophr. loc. citat. Hard.

Sequenti dividitur. Hoc est, discernitur in nucleos, γελγιοῦται.

Pulcriusque. Quum nihil sit eo deterius, quidam tamen praestantius putant, quam si deponatur, sive plantetur: Καὶ οὐδὲν χεῖρον· ἀλλ' ἔνιοί γε καὶ κάλλιόν φασι τοῦ πηκτοῦ. Hard.

Satus gratia. Nucleis enim serere satius est, quam semine. H.

Allium est, et in arvis. Illud esse arbitrantur, quod agreste allium et ὀρεοστόροδον Galen. de Fac. simpl. med. VIII, pag. 280; Diosc. II, 182, aliique vocant. Nos suspicamur esse silvestre tenuifolium Dodonaei pag. 672, quale viaum a nobis in Horto Regio. H. — *Allium arenarium* (*Hexand. monog.* gen. 626 W. *Liliac.* Juss.). En. P.

Etsi paulum. Si ita salum aves eae vel paululum commoverint. in MSS. etsi fortasse rectius, *commorentur.* Hard.

sopitae. Est et silvestre, quod ursinum vocant, odore molli, capite praetenui, foliis grandibus.

XXXV. (VII.) In horto satorum celerrime nascun- 1
tur ocimum, blitum, napus, eruca; tertio enim die erumpunt: anethum quarto, lactuca quinto, raphanus sexto, cucumis et cucurbitae septimo, prior cucumis: nasturtium ac sinapi quinto, beta aestate sexto, hieme decimo: atriplex octavo, caepe XIX, aut vigesimo, gethyum decimo, aut duodecimo. Contumacius coriandrum. Cunila quidem, et origanum post XXX diem. Omnium autem difficillime apium: quadragesimo enim die quum celerrime, quinquagesimo maiore ex parte emergit. Aliquid et seminum aetas confert, 2
quoniam recentiora maturius gignuntur, in porro, gethyo, cucumi, cucurbita: ex vetere autem celerius proveniunt apium, beta, cardamum, cunila, origanum, coriandrum. Mirum in betae semine: non enim totum eodem anno gignit, sed aliquid sequente, aliquid tertio. Itaque ex copia seminis modice nascitur. Quaedam anno tantum suo pariunt, quaedam saepius, sicut apium, porrum, gethyum. Haec enim semel sata pluribus annis restibili fertilitate proveniunt.

Est et silvestre. Allium silvestre latioris folii, sive allium Vrsinum Dodonaei, loc. cit. in praedicto etiam horto observatum a nobis. HARD. — *Vrsinum.* Serval nomen. ED. P.

XXXV. *In h. sator.* Quae hoc capite continentur totidem fere verbis sunt in Theophr. Hist. VII, cap. 1: Τάχιστα μὲν οὖν ὥκιμον, etc. Causas singulorum idem investigat, de Caus. IV, 3. HARD.

Contumacius. Difficilius, morosius. Causam cur aegre provenat, aperit Theophr. de Caus. IV, 3. H.

Cunila quidem. Theophrast. Histor. VII, 1: Θύμβρα δὲ καὶ ὀριγανός, etc. H. — *De Satureia, Thymbra,* etc. vid. cap. 50. ED. P.

Maiore ex parte emergit. Idque omnibus sementibus. In omnibus enim quidem densius serunt. Theophrast. DAL.

Aliquid et seminum. Theophrast. loc. citat. Apii vetus semen celerius nasci, novellum serius, scribit etiam Pallad. lib. V in Aprili, t. 3, p. 110. HARD.

Restibili fertilitate. Assidua plurium annorum fertilitate. Διαμένει χρόνον

1 XXXVI. Semina plurimis rotunda, aliquibus oblonga, paucis foliacea et lata, ut atriplici. Quibusdam angusta et canaliculata, ut cumino. Differunt et colore, nigro candidoque; item duritie surculacea. In folliculo sunt, raphano, sinapi, rapo. Nudum semen apii, coriandri, anethi, feniculi, cumini. Cortice obducta bliti, betae, atriplicis, ocimi. At lactucis in lanugine. Nihil ocimo fecundius: cum maledictis ac probris serendum praecipiunt; ut laetius proveniat,
2 sato pavitur terra. Et cuminum qui serunt, precantur ne exeat. Quae in cortice sunt, difficillime inarescunt, maximeque ocimum et gith: siccantur omnia, ac sunt

πλείονα, καὶ οὐκ ἔστιν ἐπέτεια. Th. Hard.

XXXVI. *Plurimis.* Haec deinceps etiam Theophr. Hist. VII, 2. H.

Item duritie surculacea. Hoc est, lignosa, ut alibi monuimus. Theophr. Hist. VII, 3: Τὰ μὲν μέλανα, τὰ δὲ λευκότερα, καὶ τὰ μὲν ξυλώδη. Sic enim scripsisse eum oportet: etsi in libris vulgatis traiectione laborat hic locus. Hard.

In folliculo. Quadruplex seminum genus distinguit: 1° quod in folliculis; 2° quod nudum; 3° quod obductum cortice; 4° quod lanugine continentur. Th. l. c. ἐλλοβοσπέρματα, ἢ γυμνοσπέρματα, ἢ ἐμφλοιοσπέρματα, ἢ παπποσπέρματα. Ραφανὶς μὲν γὰρ, καὶ νάπυ, καὶ γογγυλὶς, ἐλλοβοσπέρματα, etc. H.

Nudum semen apii. Γυμνόσπερμα Theophr. Hist. lib. I, c. 18. Dal. — *Nudum.* Theophr. l. c. Γυμνοσπέρματα, quae nec folliculo, nec vasculo continentur. H.

Cortice. Theophr. l. c. H.

At lactucis. Θριδακίνη δὲ, παπποσπέρματον. Theoph. H.

Nihil ocimo. Ita libri omnes, etiam manu exarati: reponere frustra curante Pintiano: *Nihil cumino fecundius.* Facil enim pro recepta lectione Theophr. Hist. VII, 3, πολυκαρπότατον δὲ τὸ ὤκιμον. H. — *Ocimum Basilicum* (*Didynam. gymnosp.* gen. 1121 Willd. *Lab.* Juss.) Perperam ad *Polygonum Fagopyrum* retulit Tragus, Hist. II, 25. Ed. P.

Cum maledictis. Et hoc de cumino Theophr. Hist. VII, 4, de ruta Pallad. lib. 4, in Mart. t. 9.

Vt laetius. Colum. lib. XI, cap. 3: *Fere etiam his diebus ocima seruntur, quorum quum semen obrutum est diligenter, incalcatur pavicula vel cylindro: nam si terram suspensam relinquas, plerumque corrumpitur.* Idem et in Horto repetit. H.

Et cuminum. Theophr. IX, 9.

Quae in cortice. Δυσξηραντότερα δὲ τὰ ἐμφλοιοσπέρματα, καὶ τούτων μάλιστα ὤκιμον. Theophrast. VII, 3. Hard.

Siccantur... fecunda. Hoc est, atque ita fiunt fecunda. Theophr. Πάντα δὲ ξηρανθέντα πολυκαρπότερα γίγνονται. διὸ καὶ προαφαιροῦντες αὐτὰ ξηραίνουσιν. Hard.

fecunda. Vtique meliora nascuntur acervatim sato semine, quam sparso. Ita certe porrum et allium serunt in laciniis colligatum. Apium etiam paxillo caverna facta, ac fimo ingesto. Nascuntur autem omnia aut 3
semine, aut avulsione. Quaedam semine, et surculo: ut ruta, origanum, ocimum: praecidunt enim et hoc, quum pervenit ad palmum altitudinis. Quaedam et radice, et semine, ut caepa, allium, bulbi, et si quorum radicem anniferorum relinquunt. Eorum vero

Vtique meliora. Theophr. Εἰς τὰ ἀθρόον τιθέμενα .... οὕτω γὰρ τὸ τοῦ πράσου, καὶ τὸ τοῦ σελίνου τιθέασιν, ἀποδήσαντες εἰς ὀθόνιον. H.

In laciniis. In linteolo. De apio. Colum. XI, 3: *Quod si quis velit apium lati folii facere, quantum seminis possunt tres digiti comprehendere, raro linteolo illiget, et ita in arcolas dispositum releget.*

Apium etiam. Quum apium transfertur, adigi paxillum tam alte praecipiunt quam apium fieri magnum placet. Quin etiam et apii semen panniculo exceptum, stercore terraque pleno, in cavernam paxillo iam antea reclusam dimitti. Sic Theophr. Hist. VII, 3. Plinius supra XVII, 27: *Pali laxato prius meatu.* Et Colum. IV, 16: *Prius paxillo perforato solo.* H.

Nascuntur autem. Theophr. sic ista deinceps. Hist. VII, 2. H.

Avulsione. Avulsionem fieri nunc intellige, quum vel ramus e matre avulsus cum parte radicis aliqua, in terram depangitur, quod in brassica fieri Theophrastus admonet loc. cit. Φύεται δὲ πάντα τοῦ σπέρματος· ἔνια δὲ καὶ ἀπὸ παρασπάδος, καὶ κλωνὸς, καὶ ῥίζης· ἀπὸ μὲν παρασπάδος, ἡ ῥάφανος· ἀεὶ γάρ τι καὶ ῥιζῶδες προσλαβεῖν. Haab.

Quaedam semine, etc. Theophrast. l. c. Από δὲ τῶν βλαστῶν, πήγανον, ὀρίγανον, ὤκιμον. Αποφυτεύουσι γὰρ καὶ τοῦτο, ὅταν σπιθαμιαῖον ἢ μεῖζον γένηται, τεμόντες εἰς τὸ ἥμισυ. *Ramo seruntur, ruta, origanum, ocimum: transferunt enim et hoc, quum pervenit ad palmum, aut plus altitudinis, mediumque praecidunt.* Apud nos recusat ita provenire ocimum: novo quotannis semine nascitur: plantaque annua est: in Graecia, de qua Theophrastus haec scripsit, diuturnior. Colum. XI, 3: *Mense autem februario, vel planta, vel semine ruta*, etc. H.

Quaedam et radice. Theophr. l. c. Harn.

Et si quorum radicem, etc. Annifera vocat, τὰ ἐπετειόκαυλα, quorum annuus caulis est: apposite quidem, sed significatu minus proprio, quum *annifera* etiam intelligere possimus, quae fructum aut florem quotannis ferunt. Dal. — *Et si quorum.* Hoc est, et quorum radices longiori temporis spatio durant, quanquam annuo tantum caule constant. Sic enim Th. loc. citat. Φύεται δὲ καὶ εἴ τινων αἱ ῥίζαι διαμένουσιν ἐπὶ πλείονα χρόνον, ἐπετειοκαύλων ὄντων. H.

Eorum vero. Theophrast. loc. citat. Fruticosa porro radix vocatur, quae sub terra crescit ita, ut ad novam sobolem decerpi quotannis ex ea por-

quae a radice nascuntur, radix diuturna et fruticosa est, ut bulbi, gethyi, scillae. Fruticant alia et non capite, ut apium et beta. Caule reciso fere quidem omnia regerminant, exceptis quae non scabrum caulem habent: et in usum vero ocimum, raphanus, lactuca. Hanc etiam suaviorem putant a regerminatione. Raphanus utique iucundior detractis foliis antequam decaulescat. Hoc et in rapis. Nam et eadem direptis foliis cooperta terra crescunt, durantque in aestate.

XXXVII. Singula genera sunt ocimo, lapatho, blito, nasturtio, erucae, atriplici, coriandro, anetho. Haec enim ubique eadem sunt, neque aliud alio melius usquam. Rutam furtivam tantum provenire ferti-

tio aliqua possit, ut alii nuclei sive spicae. Hard.

Fruticant alia. Theophr. Παραβλαστάνει δ' ἔνια καὶ τῶν μὴ κεφαλορρίζων, χρονιωτέρων δὲ, οἷον σέλινον, καὶ τεύτλιον. H.

Et non capite. Non radice fruticant, quam capitatam non habent: sed coma, quae secta regerminat. H.

Exceptis. Πλὴν τῶν λειοκαυλῶν. Scilla tamen, apium, lapathumque, quae sunt laevi caule, deciso caule saepe regerminant. H.

Et in usum. Manifestum vero haec maxime regerminare caule reciso, quae in usum quotidianum veniunt: cuiusmodi sunt ocimum, raphanus, lactuca. In brassica Theophrastus, non in raphano exemplum posuit: Εμφανέστατα δὲ ὥσπερ καὶ εἰς χρεῖαν, ὤκιμον, Θρίδαξ, ῥάφανος. H.

Hanc etiam. Theophr. loc. cit. Καὶ τῆς μὲν Θρίδακος ἡδίους φασὶ τοὺς παλιβλάστους εἶναι καυλούς. *Et lactucae quidem regerminatos caules suaviores esse affirmant.* H. — De variis apud Antiquos *lactucae* speciebus, vid. Excurs. IV ad calcem huiusce libri, ex notis Cl. Gerardi. Ed. P.

Raphanus utique. Vt Plinium critici reprehendant, de raphano accepisse ea finguni, quae de brassica Theophrastus prodidit loc. cit. atque omnia foede miscuisse. Verum tam sunt affinia quae Theophrastus, et quae Plinius refert, quam ovum est ovo simile. Quae de raphano rapisque nunc adstruuntur, sunt verissima, et ex alio fonte, quam ex Theophrasto, hausta. H.

Antequam decaulescat. Sive caulescat. Nam idem est. Sic ἐκκαυλίω apud Graecos, et erumpere in caulem sonat, et simul est contrariae significationis: quoniam ἐκκαυλεῖν etiam dicuntur ea, quorum caules marcescunt. H.

XXXVII. *Singula genera.* Conf. Theophr. Histor. Plant. lib. VII, c. 4. H. — De his fusius Nosler lib. seq. Ed. P.

Rutam. Pallad. in Mart. t. 9, pag. 90: *Hoc mense ruta seritur... sed ut asserunt, melius furtiva proveniet.*

lius putant, sicut apes furtivas pessime. Nascuntur etiam non sata, mentastrum, nepeta, intubum, pulegium. Contra, plura genera sunt eorum quae diximus, dicemusque: et in primis apio. (VIII.) Id enim 2
quod sponte in humidis nascitur helioselinum vocatur, uno folio, nec hirsutum. Rursus in siccis hipposelinum, pluribus foliis, simile helioselino. Tertium est oreoselinum, cicutae foliis, radice tenui, semine anethi, minutiore tantum. Et sativi autem differentiae in folio denso, crispo, aut rariore et leviore:

Sub fici aboris umbra libentius acquiescit. H.

Sicut apes. Plin: lib. XI, cap. 15, de apibus: *Et furem odere.* H.

Helioselinum. Ἑλειοσέλινον, hoc est, apium palustre, et apium idem officinarum: Gallis, *ache.* A Dodonaeo pingitur pag. 683. A paludibus nomen habet: Theophr. Hist. VII, 6: Τὸ μὲν γὰρ ἑλειοσέλινον, τὸ παρὰ τοὺς ὀχετοὺς καὶ ἐν τοῖς ἕλεσι φυόμενον, μανόφυλλόν τε καὶ οὐ δασύ γίνεται. *Paludapium enim, quod apud aquaeductus, et in paludibus provenit, folio raro, nec hirsuto constat.* Vbi μονόφυλλον legisse perperam Plinium aiunt. Rectius multo Palladius in Aprili lib. 3, Theophrastum accurate interpretatus: *Heleoselinon molli folio, et caule tenero, quod nascitur in lacunis, et hipposelinon durius austeriusque* dixit. H. — *Helioselinum.* Est *Apium graveolens* (*Pentand. dig. gen.* 563 W. *Ombellif.* Juss.). Ed. P.

Vno folio, nec hirsutum. Th. lib. VII. cap. 7, μανόφυλλον, raris foliis, pro quo legit Plinius μονόφυλλον, uno folio. Dal.

Hipposelinum. Theophr. loc. citat. Τὸ δ' ἱπποσέλινον, φύλλον μὲν ἐμφερὲς τῷ ἑλειοσελίνῳ, δασὺ δὲ καὶ μεγαλόκαυλον. Officinae petroselinum Macedonicum vocant. Depingitur a Dodonaeo pag. 686, et a Lobelio in Obss. pag. 406. H.

Oreoselinum. Ορεοσέλινον, a locis montuosis, in quibus nascitur, nomen adeptum, Apium montanum: quod delineatur a Dodonaeo p. 684; a Clusio lib. VI rarior. Plant. p. 195. Pliniana haec oreoselini descriptio etiam apud Theophrast. est loc. cit. Anguillara part. VII, pag. 123, existimat esse vulgare *Cerfoglio.* H.

Et sativi autem. Apii videlicet hortensis, quod vulgo *persil* dicimus, seu petroselinum. Iconem apud Dodonaeum vide pag. 682. Aliud crispum, latifolium aliud in horto Regio vidimus. H.

Et leviore. Sic pertinaciter libri omnes habent. Verum, an *laeviore* rectius? nam laeve, nec hirsutum, heleoselini folium paulo ante commendat. An *latiore* sincerius? Nam Theophr. Hist. VII, 4: *Apii*, inquit, *tum in foliis, tum in caulibus discrimen constat: aliud enim folio spisso, crispo, densoque: aliud rariore ac latiore, canleque maiore.* Τῶν δὲ σελίνων καὶ ἐν τοῖς φύλλοις, καὶ ἐν τοῖς καυλοῖς αἱ διαφοραί. Τὸ μὲν γὰρ πυκνὸν καὶ οὖλον καὶ δασὺ τὸ φύλλον

item caule tenuiore aut crassiore. Et caulis aliorum candidus est, aliorum purpureus, aliorum varius.

XXXVIII. Lactucae Graeci tria fecere genera: unum lati caulis, adeo ut ostiola olitoria ex his factitari prodiderint. Folium his paulo maius herbaceo, et angustissimum, ut alibi consumpto incremento. Alterum rotundi caulis: tertium sessile, quod Laconicon vocant. Alii colore, et tempore satus, genera discrevere. Esse enim nigras, quarum semen mense ianuario seratur: albas, quarum martio: rubentes, quarum aprili. Et omnium earum plantas post binos menses deferri. Diligentiores plura genera faciunt: purpureas, crispas, Cappadocas, Graecas. Longioris has folii, caulisque lati: praeterea longi et angusti,

ἴχει. Τὸ δὲ μανώτερον καὶ πλατύτερον · καυλὸν μείζω. H.

Et caulis aliorum. Theophr. Hist. VII, 4, de generibus apii: Τούτων δὲ πάλιν τὰ μὲν λευκόκαυλα, τὰ δὲ πορφυρόκαυλα, ἢ ποικιλόκαυλα.

XXXVIII. *Lact. Graeci.* Th. loc. cit. caodidae lactucae, quae dulcior teneriorque est, tria haec genera esse admonet: Γένη δὲ λευκῆς ἐστιν ἄλλα τρία · τό τε πλατύκαυλον, καὶ στρογγυλόκαυλον, καὶ τρίτον Λακωνικόν. *Des laitues.* Hard.

Adeo ut ostiola. Theophr. loc. cit. Τῶν δὲ πλατείων οὕτω τινὲς πλατύκαυλοι γίνονται, ὥστ' ἐνίους φασὶ καὶ θύρας χρῆσθαι κηπορικαῖς. *Inter latas lactucas quaedam adeo laticaules fiunt, ut pro valvis hortorum his nonnulli utantur.* H.

Folium his. His, inquit, candidis lati caulis lactucis folium oblongius est, quam herbaceis, ceu viridioribus: idemque angustum, consumpto alibi, nempe io caulem, nutrimento. Et hic multi falso Plinium coarguunt, quos refellere nec otium fert, nec ingenium. H.

Tertium sessile. Sessilis lactuca dicitur, quae in altum non assurgit, nec in caulem crescit; sed in latitudinem potius, et io plano se spargit. Graeci χαμαίζηλον vocaol. Sunt qui sessilem vocent, quam alii capitatam appellaol, *laitue pommée*: sed errore illi ducti haud sane levi. Sessiles lactucas Martialis quoque commendat, inter beati copias ruris lib. III, ep. XLVII. H.

Alii colore. Apud Columellam haec multo uberius tractata XI, 3, atque etiam in Hortulo X, oumeris elegantibus pag. 351: *Altera crebra viret, fusco nitet altera crine*, etc. Harn.

Cappadocas. Viles Cappadocae, Martial. V, 79. Colum. in Hort. *Tertia quae spisso, sed puro vertice pallet, Haec sua Cappadocae servat cognomina gentis.* Et lib. XI, cap. 3: *Cappadocia, quae pallido, et pexo, densoque folio viret*, etc. H.

intubi similis. Pessimum autem genus cum exprobratione amaritudinis appellavere picrida. Est etiamnum alia distinctio atrae, quae meconis vocatur, a copia lactis soporiferi, quanquam omnes somnum parere creduntur. Apud antiquos Italiae hoc solum genus 3
earum fuit, et ideo lactucae nomen adeptae. Purpuream maximae radicis, Caecilianam vocant. Rotundam vero ac minima radice, latis foliis, astytida: quidamque eunuchion, quoniam haec maxime refragetur Veneri. Est quidem natura omnibus refrigeratrix, et ideo aestate gratae stomacho fastidium auferunt, cibique appetentiam faciunt. Divus certe Augustus la-

Picrida. Est enim πικρίζειν Graecis *amarescere.* Exod. 12: Φάγονται τὰ κρέα τῇ νυκτὶ ταύτῃ ὀπτὰ πυρί, καὶ ἄζυμα ἐπὶ πικρίδων ἔδονται. Vulgata: *Edent carnes hac nocte assas igni, et azymos panes, cum lactucis agrestibus.* Vide quae diximus VIII, 41. H.

Quae meconis Dicemus de ea lib. XX, cap. 26. H.

Somnum parere. Diosc. II, 165, 166, sativam, silvestremque lactucam ὑπνωτικὴν esse pariter admonet. Galen. de alim. Fac. II, 40, p. 359 l. V, lactucam vespere commanducatam fuisse sibi adversus vigilias remedio singulari prodit. H.

Et ideo lactucae. Quod abundantia lactis exubereut, inquit Pallad. in Ian. II, t. 14, p. 44. H.

Caecilianam. Caecilii de nomine dicta Metelli, ut eanil in Hortulo Colum. pag. 354, eius nimirum qui primo Punico bello Romae consulatum gessit, ann. V. 503. H.

Astytida: quidamque. Astytida legi oportere, non uti prius *Astylida,* Eustathii locus eviucit, in Iliad. X, pag. 849. H.

Veneri. Geniturae profluvium cohibere, auctor est Galenus, loco mox citando. Vide et Marcellum c. XXXIII, p. 228. H.

Natura omnibus refrigeratrix. Ea de causa Veteribus postrema mensa sumebatur, ut ebrietatem et capitis gravitatem arceret frigiditate. Martialis XIII, epigr. XIV: *Claudere quae coenas lactuca solebat avorum, Dic mihi, Cur nostras inchoat illa dapes?* Rhodig. lib. XXVII, cap. 20 et 26. Apud Athenaeum Aristoxenus quum vesperi lactucas oenomelite perfudisset, virides placentas a terra summissas se habere, mane iactabat. In lactuca occultatum Adonin a Venere Callimachus, Phaona Cratinus scribit. Pythagorei lactucam vocant, εὐνοῦχον; Eubulus mortuorum cibum; mulieres ἀστύλιδα, quia τὸν στύλον, id est penem, arrigere prohibeat. Rhodig. lib. XXVII, c. ult. Auctor Moreti: *Grataque nobilium requies lactuca ciborum.* Dalec. — *Est quidem natura.* Dioscor. II, 165; Galenus de Fac. simpl. med. VI, p. 478, aliique. H.

ctuca conservatus in aegritudine fertur prudentia Musae medici, quum prioris Camelii religio nimia eam negaret: in tantum recepta commendatione, ut servari etiam in alienos menses eas oxymelite repertum sit. Sanguinem quoque augere creduntur. Est

In aegritudine. Idcirco lactuca Columellae dicitur ea esse, *Tristia quae relevet longi fastidia morbi.* In Hortulo p. 351. Incidit in morbum eum Augustus, ann. Vrb. C. 731, ipso undecimum, Calpurnio Pisone coss. ut quidem Dio ponit lib. III, pag. 517, et Sueton. in August. c. LXXXI. Haao.

Musae medici. Fuit is Antonius Musa, cui idcirco statuam aere collato, iuxta signum Aesculapii plebs statuit, ut auctor est Tranquillus in Augusto cap. LIX. Exstat huius libellus, de herba Vettonica, cum notis Humelbergii. De eo rursum dicemus lib. XXIX, cap. 5. H.

Quum prioris Camelii. Prioris medici, quo usus ante Musam Augustus, fuisse id nomen videtur — Visa nobis potior ea lectio est, quam quae recepta hactenus, excogitata ab Hermolao est, *quum priores caverent, religione nunc omni caret.* In codice Reg. 1, *quum priores cameli religio minime omne caret.* Apuleius lib. de Remediis salutaribus, qui nondum editus in lucem, exstat in Bibliotheca Regia, totus ex Plinii verbis concinnatus, hunc locum ita expressit: *Divus certe hac lactuca conservatus in aegritudine fertur, prudentia Musae medici, quum prioris Cameli religio nimia ei abnegaret,* vel ipso teste Salmasio, qui pariter vidit in Solin. p. 1270. In Chifflet. cod. *Cameli religio nimio omni caret.* Camelii nomen ei medico videtur fuisse: et in Gruteri sane inscriptionibus Camelium haud semel legimus. Cur in diversam plane coniecturam Hermolaus abiret, causa haec fuit, quod ab esu lactucae abstinuisse Veteres existimaret, religione ductos, quoniam sub ea sepultum Adonin ferunt, ab apro interfectum: quam ob rem et mortuorum edulium νεκύων βρῶμα ab Eubulo in Astytis, lactuca nominatur, apud Athen. II, pag. 69. Vnde et Pellicerius in Nott. MSS. nam restitui locus hic ita posset, ambigebat: *Quum prior aetas eam religione Adonis nimia devitaret.* Sed haec abesse nobis visa sunt longissime a vestigiis veterum codicum, qui institisse propius videmur. Quanquam et vox illa *prioris* haud facit animo satis delicato; visumque aliquando satius legi, *Quum Artorii Camelii religio*, etc. Artorium enim Augusti medicum in castris Philippensi praelio fuisse tradunt Eusebius in Chron. Lactant. II, 8; Cael. Aurelian. lib. III, 11, 14; Vell. Paterculus II; Val. Max. VII, 1. Vtrum igitur ita legi praestabilius fuerit, permittimus legentium arbitrio. Vt in lactuca porro, sic in beta aegris danda, priscorum religio fuit, de qua Plinius ipse huius libri cap. 40: *Medici nocentiorem betam, quam olus esse iudicavere. Quam ob rem appositas non memini: degustare etiam religio est, ut validis potius in cibo sint.* H.

Vt servari. Muria condiri solitas

etiamnum, quae vocatur caprina lactuca, de qua dicemus inter medicas. Et ecce quum maxime coepit irrepere sativis admodum probata, quae Cilicia vocatur, folio Cappadocaè, nisi crispum latiusque esset.

XXXIX. Neque ex eodem genere possunt dici, 1
neque ex alio intubi, hiemis patientiores, virusque praeferentes, sed caule non minus grati. Seruntur verno plantae eorum: ultimo vere transferuntur. Est et erraticum intubum, quod in Aegypto cichorium vocant, de quo plura alias. Inventum omnes thyrsos, vel folia lactucarum, prorogare urceis conditos, ac recentes in patinis coquere. Seruntur lactucae anno 2
toto laetis et riguis, stercoratisque, binis mensibus inter semen, plantamque, et maturitatem. Legitimum tamen, a bruma semen iacere, plantam Favonio transferre: aut semen Favonio, plantam aequinoctio verno. Albae maxime hiemem tolerant. Humore omnia

auctor est Dioscorides loc. citato. De usu lactucae in mensis Veterum, Martial. Epigr. XIII, 14. Vid. sup. not. 14. Conf. Martial. tom. III, p. 99 editionis nostrae. Ed. P.

De qua dicemus. Lib. XX, c. 24. Hard.

XXXIX. *Intubi.* Intybus saliva, sive endivia vulgaris, a Dodonaeo pingitur pag. 623. Cichorium hortense vulgus appellat. De hoc Colum. XI, 3: *Eadem est ratio etiam intybi, nisi quod hiemem magis sustinet: ideoque vel frigidis regionibus autumno seri potest.* H. — *Cichorium Intybus* et *Endivia* (*Syngenes. aequal.* gen. 1427 W. *Chicorac.* Juss.). Ed. P.

Est et erraticum. Erratica dicuntur, quae sua sponte nata, omni humano cultu carent, nullaque olitoris lege coërcita, libere vagantur et errant. H.

De quo plura alias. Lib. XX, c. 29, lib. XXI, cap. 52. H.

Omnes thyrsos. Caules, qui in virgulae modum, seu teli rectitudinem consurgunt, thyrsi nomen sibi vindicant. Hos itaque urceis conditos in alienos quoque menses prorogabant, viridesque servabant: extraeiosque urceis quasi recentes percoquebant. Vide quae de brassica dicenda sunt cap. 41, ac de ferulae semine cap. 56. H.

Seruntur lactucae. Pallad. II in Ian. t. 14, p. 43: *Mense ianuario lactuca serenda est, vel decembri, ut planta eius februario seritur, ut possit aprili mense transferri. Sed certum est eam toto anno bene seri, si locus sit laetus, stercoratus, irriguus.* H.

hortensia gaudent, et stercore praecipue lactucae, et magis intubi. Seri etiam radices illitas fimo interest, et repleri ablaqueata humo. Quidam et aliter amplitudinem augent: recisis, quum ad semipedem excreverint, fimoque suillo recenti illitis. Candorem vero putant contingere iis dumtaxat quae sint seminis albi, si arena de littore a primo incremento congeratur in medias, atque increscentia folia contra ipsas religentur.

XL. Beta hortensiorum levissima est. Eius quoque a colore duo genera Graeci faciunt, nigrum, et candidius, quod praeferunt, parcissimi seminis; appellantque Siculum, candoris sane discrimine praeferentes et lactucam. Nostri betae genera faciunt, vernum et autumnale, a temporibus satus, quanquam et iunio seritur. Transferuntur autem in planta hae quoque, et oblini fimo radices suas, locumque similiter madidum amant. Vsus iis et cum lente ac faba, idemque qui oleris: et praecipuus, ut lenitas excitetur

Seri etiam. Pallad. l. c. *Antequam pangantur, radices eius resecemus aequaliter, et liquido fimo linamus: vel quae iam pactae sunt, nudatae laetamen accipiant.* Haad.

Et repleri. Fimo videlicet, sive laetamine, ut Palladius vocat.

Candorem vero. Pallad. l. c. *Candidae fieri putantur, si fluminis arena, vel littoris, frequenter spargatur in medias, et collectis ipsae foliis alligentur.* Haro.

XL. *Eius quoque* Theophrast. Hist. lib. VII, c. 4: *Inter betas*, inquit, *candida sapore praestat nigrae, et paucioris est seminis: hanc Siculam quidam appellarunt. Pari modo in genere lactucarum candida dulcior atque tenerior est.* Εὐχυλότερον δὲ καὶ τῶν τευτλίων τὸ λευκὸν τοῦ μέλανος, καὶ ὀλιγοσπερμότερον, ὃ καλοῦσί τινες Σικελικόν. Ὡσαύτως δὲ καὶ τῆς θριδακίνης· ἡ γὰρ λευκὴ γλυκυτέρα καὶ ἁπαλωτέρα. Gallis, *de la poirée, ou bette.* Carnosae follorum partes in cibis familiares, *des cardes de poirée.* In officinis velere retento nomine, beta alba sicla nominatur. Haro. — *Beta Sicla* aut *vulgaris* (*Pent. digyn.* gen. 498 W. *Atripl.* Juss.). Ed. P.

Acrimonia sinapis. Condiebant olim vino et pipere. Vnde Martial. *Vt sapiant fatuae, fabrorum prandia, betae, O quam saepe petet vina piperque cocus.* Fabris betas parari solitas ostendit et hic Columellae versus: *Vlpica, quaeque habilis beta est fabrilibus escis.* Dal.

acrimonia sinapis. Medici nocentiorem quam olus, esse iudicavere. Quamobrem appositas non memini: degustare etiam religio est, ut validis potius in cibo sint. Gemina iis natura, et oleris et capite ipso exsilientis bulbi: species summa in latitudine. Ea contin- 3
git, ut in lactucis, quum coeperint colorem trahere, imposito levi pondere. Neque alii hortensiorum latitudo maior. In binos pedes aliquando se pandunt, multum et soli natura conferente. Hae quidem in Circeiensi agro amplissimae proveniunt. Sunt qui betas Punica malo florente optime seri existiment: transferri autem, quum quinque foliorum esse coeperint. Mira differentia, si vera est, candidis solvi alvos modice, nigris inhiberi. Et quum brassica corrumpatur in dolio vini sapor, odore betae foliis demersis restitui.

Medici nocentiorem. Galenus quidem, de Alimeot. fac. lib. II, c. 43, stomacho noxium ait esse, si largius sumatur. H.

Quam olus. Hoc est, brassicam. Tameo melioris succi esse betam quam brassicam, et magis alere, auctor est Diphilus Siphnius medicus, apud Atheuaeum, lib. IX, p. 371: Δίφιλος δ' ὁ Σίφνιος τὸ τεύτλιον φησιν εὐχυλότερον εἶναι τῆς κράμβης, καὶ θρεπτικώτερον. Et sane Pliniani codices MSS. hoc loco *innocentiorem* exhibent: sed *nocentiorem* legi sententia poscere videtur. H.

Et capite ipso. Radicis capite in quo est aliqua similitudo bulbi. H.

In latitudine. In Priapeis, epigramm. 11: *Nec hortus educat latas meus betas.* Dal.

Ea contingit. Imposito lapillo latiore, aut testa fictili, quo ponduscuio cohibitam betam in latum se distendere, candoremque contrahere Solion adseverat in Geop. lib. XII, c. 15. H.

Sunt qui betas. Colum. lib. XI, c. 3: *Beta florenti Punico malo semine obruitur, et simul atque quinque foliorum est, in brassica differtur aestate, si riguus est hortus: at si siccaneus, autumno, quum iam pluviae incesserint, disponi debebit.* Hard.

Mira differentia. Habet quiddam simile Diphilus Siphnius, l. c. quum ait, alvos candida beta magis solvi: nigra vehementius urinas cieri: Εὐκοιλιώτερον δὲ τὸ λευκὸν, τὸ δὲ μέλαν οὐρητικώτερον. Sed aperte Diocles Carystius apud eomdem Atheuaeum, lib. III, p. 120, hoc discrimen agnoscit: betam candidam egestionem irritare: nigram, cohibere: Τεύτλον τὸ λευκὸν ἐκκρίσεις ποιεῖν· τὸ δὲ μέλαν καθεκτικὸν εἶναι ἐκκρίσεως. Ita et Dioscorid. lib. II, cap. 249. H.

XLI. Olus caulesque, quibus nunc principatus hortorum, apud Graecos in honore fuisse non reperio. Sed Cato brassicae miras canit laudes, quas in medendi loco reddemus. Genera eius facit tria: unam extentis foliis, caule magno: alteram, crispo folio, quam apianam vocat: tertiam minutis caulibus, lenem, teneram, minimeque probat. Brassica toto anno seritur, quoniam et toto secatur. Vtilissime tamen ab aequinoctio autumni; transferturque, quum quinque foliorum est. Cymas a prima sectione praestat proximo vere. Hic est quidam ipsorum caulium delicatior

XLI. *Sed Cato*. Lib. de Re Rust. c. CLVI et CLVII. H.

Genera eius facit. Cap. CLVI: *Nunc uti cognoscas naturam eorum: prima est laevis, quae nominatur λεία, grandibus et latis foliis, caule magno: validam haec habet naturam, et vim magnam habet. Altera est crispa, apiacon vocatur: haec est natura et adspectu bona: ad curationem validior est, quam quae supra scripta est. Item est tertia, quae lenis vocatur* (vet. cod. Meursii et ed. Aldi, *quae κράμβη*), *minutis caulibus, tenera* (vet. cod. et Aldus, *tenuioribus foliis*), *et acerrima omnium est istarum, tenui succo vehementissima*. H.

Apianam. Ita Reg. cod. At Colbert. Thuan. et Chiffl. *Apiacam*. Σελινοειδής a Catone vocatur, cap. CLVII, ob similitudinem apii. Foliorum densitate et crispitudine haec brassicae cum apio similitudo constat. Est Dodonaei brassica selinoides, p. 661, *choux frisés*. H.

Transferturque, quum quinque. Colum. lib. XI, cap. 3: *Brassica quum v foliorum erit, transferri debet*, etc. HARD.

Cymas. Cymae quidem sunt scaporum delicatiores, ut Plinius ait, tenerioresque cauliculi. Namque ubi vernum tempus appetit, primo quoque foliorum pullulatu, praeclusis adhuc florum calicibus, quosdam quasi turiones olus subministrat, in quibus floris primum, mox seminis fetus concluditur, Graeci κύημα quasi partum dicunt, teste Galeno de alim. Fac. lib. II, cap. 58, p. 365, et contracte κῦμα, ducta felici translatione a ventrem ferentibus feminis ad brassicam, quae ineunte vere turgens succo, et plurimum cymosa sobole gravida, cauliculos enititur. Cyma porro licet muliebri sexu frequentius soleat usurpari, nonnunquam genere neutro Graecorum imitatione legitur, ut apud Columell. carmine quod hortorum cultui nuncupavit, lib. X: *Frigoribus caules, et veri cymata mittit*. Tamen idem et cymam vocat, lib. XI, cap. 3, et lib. XII cap. 7. H. — *Cymas*. Praecipuas undecim varietates memorat Willd. *Brassicae oleraceae* (*Tetradyn. siliq.* gen. 1245; *Crucifer*. Juss), de quibus nunc Plinius agit. ED. P.

teneriorque cauliculus, Apicii luxuriae, et per eum Druso Caesari fastiditus, non sine castigatione Tiberii patris. Post cymam ex eadem brassica contingunt aestivi autumnalesque cauliculi, mox hiberni, iterumque cymae, nullo aeque genere multifero, donec sua fertilitate consumatur. Tertia circa solstitium: ex qua si humidior locus est, aestate: si siccior, autumno plantatur. Humor fimusque si defuere, maior saporis gratia est: si abundavere, laetior fertilitas. Fimum asininum maxime convenit.

Est haec quoque res inter opera ganeae: quapropter non pigebit verbosius persequi. Praecipuus fit 3
caulis sapore ac magnitudine, primum omnium si in repastinato seras: dein si terram fugientes cauliculos seces, a terraque attollentes se proceritate luxuriosa exaggerando aliam accumules, ita ne plus quam cacumen emineat. Tritianum hoc genus vocatur, bis computabili impendio, taedioque.

Caetera genera complura sunt. Cumanum sessili 4
folio, capite patulum. Aricinum altitudine non excel-

Apicii. De eo diximus l. VIII, cap. 77. Est et alter Apicius, cuius libri exstant, de obsoniis et condimentis, sive de arte coquinaria: cymas et coliculos condiendi modum is edocet, lib. III, cap. 9. De his Martialis quoque, lib. V, epigr. LXXIX, inter coenae fercula: *Ponetur digitis tenendus unctis Nigra cauliculus virens patella, Algentem modo qui reliquit hortum.* H.

Tertia circa. Nempe tertia cyma. HARD.

Exaggerando aliam. Terram aggerando ac circumfundendo. H.

Cumanum. Brassicarum haec genera, aliaque commemorat Columella lib. X, qui de cultu hortorum agit: *Quae pariunt veteres cesposo littore Cumae, Quae dulcis Pompeia palus vicina salinis Herculeis, vitreoque siler qui defluit amni: Quae duri praebent cymosa stirpe Sabelli, Et Turni lacus, et pomosi Tiberis arva, Brutia quae tellus, et mater Aricia porri.* Et nostra aetas non pauciora quoque observat, forma vel colore dispari. In horto Regio amplius vicena notata a nobis. Cumanam brassicam, sive rubram, a Dodonaeo delineatam, p. 640, Galli vocant *chou rouge.* H.

Aricinum. Ab Aricino agro, de quo l. III, c. 9. H.

sius, folio numerosius, quam tenuius. Hoc utilissimum existimatur, quia sub omnibus paene foliis fruticat cauliculis peculiaribus. Pompeianum procerius, caule ab radice tenui, intra folia crassescit. Rariora haec angustioraque: sed teneritas in dote, si frigora non tolerat: quibus etiam aluntur Brutiani, praegrandes foliis, caule tenues, sapore acuti. Sabellico usque in admirationem crispa sunt folia, quorum crassitudo caulem ipsum extenuat: sed dulcissimi perhibentur ex omnibus. Nuper subiere Lacuturres ex convalle Anicina, ubi quondam fuit lacus, turrisque quae remanet: capite praegrandes, folio innumeri: alii in orbem porrecti, alii in latitudinem torosi. Nec plus ullis capitis post Tritianum, cui pedale aliquando conspicitur, et cyma nullis serior. Cuicumque autem generi pruinae plurimum suavitatis conferunt; et nisi obliquo vulnere defendatur medulla, plurimum nocent. Semini destinati non secantur. Est etiam sua gratia numquam plantae habitum excellentibus: halmyridia vocant, quoniam nisi in maritimis non proveniunt, navigatione quoque longinqua viridibus

Fruticat. Cauliculos edules profert. Id genus esse volunt, quod in Geoponicia Constantinus vocat ἀσπαραγώδη κράμβην. Dalec.

Pompeianum. A Pompeiis, Campaniae oppido, de quo lib. III, cap. 9, uti ex Columella mox vidimus. Videtur haec Dodonaeo, pag. 613, brassica cauliflora, *chou-fleur.* Sed peregrina haec Italiae est; semenque optimum cauliflorae Alepo Syriae oppido asportatur, diligenterque coli vult, aut a propria laude degenerat. Haad.

Brutiani. Frigoribus, inquit, Brutii agri caules aluntur. Haad.

Sabellico. Huic generi a Sabellis nomen, qua de gente egimus lib. III, cap. 17. Crispa Dodonaei brassica, p. 611. Lobelio in Observ. p. 124, fimbriata. *Chou crépu.* Hard.

Lacuturres. Et hoc genus Columellae superius memoratum vidimus Ruellius, lib. II, p. 360, hos esse putat quos vulgaris sermo noster *choux cabus*, quasi capitulatos appellat, quoniam in capitis formam extuberant. Haad.

Pruinae. La gelée blanche. H.

Obliquo. Quum secantur. H.

Halmyridia vocant. Eorum meminit Eudemus apud Athen. in lib.

adservatis. Statim desecti ita ne humum attingant, in cados olei quam proxime siccatos, obturatosque conduntur, omni spiritu excluso. Sunt qui plantam in transferendo alga subdita pediculo, nitrove trito, quod tribus digitis capiatur, celeriorem ad maturitatem fieri putent. Sunt qui semen trifolii nitrumque simul tritum aspergant foliis. Nitrum in coquendo etiam viriditatem custodit: aut Apiciana coctura, oleo ac sale, prius quam coquantur, maceratis. Est inter herbas genus inserendi, praecisis germinibus caulis, et in medullam semine ex aliis addito. Hoc et in cucumere silvestri. Nec non olus quoque silvestre est trium foliorum, Divi Iulii carminibus praecipue iocisque militaribus celebratum: alternis quippe versi-

IX de Oleribus, gignique tradit Eretriae Cumis, Rhodi, Cnidi, Ephesi. Dalec. — Brassica marina ea est, quam Lobelius delineat describitque in Advers. p. 92. Locis Angliae maritimis nascitur: vidimus et in horto Regio. Italis, *soldanella*, teste Anguill. part. VII, p. 113. H. — *Crambe maritima* (*Tetradyn. silicul.* gen. 1220 W. *Crucifer.* Juss.) Eo. P.

Sunt qui plantam. Columella, lib. XI, cap. 3: *Brassica, quum sex foliorum erit, transferri debet, ita ut radix eius liquido fimo prius illita, et involuta tribus algae taeniolis pangatur: haec enim res efficit, ut in coctura celerius madescat, et viridem colorem sine nitro conservet* Refert id quoque Palladius ex Columella, lib. III in Febr. tit. 24. Hard.

Semen trifolii. Deceptus est Plinius, sive potius eius liberius scriba, voce τρίφυλλον, quod palet ex hoc loco Constantini, lib XII, cap. 17: Εἰδέναι χρὴ ὅτι τὴν κράμβην ἐν ἀλμυρῷ τόπῳ σπείρειν προσήκει· διὸ χρὴ τριφύλλῳ ταύτῃ γενομένῃ νίτρον λεῖον ἢ ἁλμυρίδα γῆν διὰ κοσκίνου κατασεισθεῖσαν πάσσειν, ὡς δοκεῖν αὐτὴν πεπαχῶσθαι· τούτῳ γὰρ τῷ τρόπῳ καὶ ὑψανωτέρα γίνεται. Pro τριφύλλῳ κράμβῃ Plinius triphylli semen immiscuit. Dalec. — *Sunt qui semen.* Ad celeriorem scilicet maturitatem promovendam. Hard.

Nitrum in coquendo. Apicius, lib. III, cap. 1: *Omne olus smaragdinum fiet, si cum nitro coquatur.* Palladius, loc. cit. *Celerius coquitur virore servato, si dum est trium vel quatuor foliorum, nitrum tritum cribello desuper spargas, ut speciem pruinae candentis imitetur.* Sic totidem fere verbis auctor Geopon. lib. XII, cap. 17. Et Martial. lib. XIII, epig. XVII, cui lemma, *Cauliculi:* « Ne tibi pallentes moveant fastidia caules, Nitrata viridis brassica fiat aqua. Hard.

Genus inserendi. Id Graeci vocant ἐπισπείρειν, ut in arboribus ἐμφυτεύειν, et ἐνοφθαλμίζειν, *inseminare* Gellio. Vide Lexic. Constant. Dal.

bus exprobravere lapsana se vixisse apud Dyrrachium, praemiorum parsimoniam cavillantes: est autem id cyma silvestris.

XLII. Omnium hortensiorum lautissima cura asparagis. De origine eorum in silvestribus curis abunde dictum, et quomodo eos iuberet Cato in arundinetis seri. Est et aliud genus incultius asparago, mitius corruda, passim etiam montibus nascens, refertis superioris Germaniae campis, non inficeto Tiberii Caesaris dicto, herbam ibi quamdam nasci simillimam asparago. Nam quod in Neside Campaniae insula sponte

Lapsana. Dioscorid. lib. II, cap. 142. Λαμψάνη dicitur olus silvestre, cuius folia caulesque in cibo coquuntur: Λάχανόν ἐστιν ἄγριον .. οὗ τὰ φύλλα καὶ ὁ καυλὸς ἐσθίεται ἑψόμενα. Dion. Exig. in vita S. Pacomii, cap. 8: *Lapsanas enim, id est, agrestia olera et herbas alias praeter oleum consueverant dare.* Porro praeter id olus, quod trium foliorum fuisse Plinius ait, et cymam silvestrem, aliud in cibis Caesariani milites adhibuere: radicem nimirum edulem, pani conficiendo idoneam, cuiusmodi lapsanae radix non est, tenuis et lignosa. Hanc radicem Caesar ipse de Bell. Civ. l. III, *charam* vocat. *Est etiam genus radicis*, inquit, *inventum ab iis qui fuerant cum Valerio, quod appellatur chara, quod admixtum lacte multum inopiam levabat: id ad similitudinem panis efficiebant: eius erat magna copia. Ex hoc effectos panes, quum in colloquiis Pompeiani famem nostram obiectarent*, etc. (*Crambe tatarica?* Wild. Vid. not. V ad calcem huius libri. Ed. P.) Sueton. in Iul. c. LXVIII: *Dyrrachina munitione Pompeius, viso genere panis ex herba, quo sustinebantur, cum feris sibi rem esse dixit.* Diceret fortean *ex radice* commodius: quanquam et eo verbo utitur Appianus, Bell. Civ. lib. II, p. 465, id ipsum narrans, τὴν πόαν ἀρτοποιοῦν. Ea nobis videtur esse pastinaca gallica, quam Dioscor. in Noth. p. 454, ab aliis κίρας, a Romanis χαρόταμ vocitari tradit: quo nomine etiamnum vulgo nota. Insigniter errant, qui hoc trium foliorum olus, de quo nunc agitur, aut cum armoracia confundunt, de qua cap. 26, quae fronde copiosa est, aut cum eo genere pastinacae, quod pariter πολύφυλλον. Hard.

XLII. *Asparagis*. Graeci ἀσπάραγον et ἀσφάραγον dicunt. Nostri, *asperge*. Apud Dodonaeum iconem vide, pag. 691, asparagi hortensis. II. — *Asparagus officinalis* (*Hexand monog.* gen. 646 Wild. *Liliac.* Juss.) Ed. P.

Abunde dictum. Lib. XVI, 67. — *Inc. asparago, mitius corruda*. Vid. Exc. VI ad calc. huius libri. Ed. P.

In Neside. Meminit huius insulae Seneca, epist. 53, pag. 268. Cicero quoque, epist. ad Atticum, lib. XVI, epist. 1, statim initio. Hodie *Nisita*, haud procul Puteolis. Vid. Cluver. Ital. ant. p. 1467. Hard.

nascitur, longe optimum existimatur. Hortensium seritur spongiis: est enim plurimae radicis, altissimeque germinat. Viret thyrso primum emicante: qui caulem educens, tempore ipso fastigatus in toros striatur. Potest et semine seri. Nihil diligentius comprehendit Cato, novissimumque libri est, ut appareat repentinam ac novitiam viro curam fuisse. Locum subigi iubet humidum et crassum: semipedali undique intervallo seri, ne calcetur. Praeterea ad lineam grana bina aut terna paxillo demitti: videlicet semine tum tantum serebantur: id fieri secundum aequinoctium vernum. Stercore satiari, crebro purgari, caveri ne cum herbis evellatur asparagus. Primo anno stramento ab hieme protegi: vere aperiri, sarriri, runcari: tertio incendi verno. Quo maturius incensus est, hoc melius provenit. Itaque arundinetis maxime convenit, quae festinant incendi. Sarriri iubet idem, non antequam asparagus natus fuerit, ne in sarriendo radices

Hortensium. Genus intelligo, quod alii hortense vocant. Hard.

Spongiis. Radicibus. Pallad. lib. IV in Martio, tit. 9: *Hoc mense asparagos seremus, circa apriles kalend. Sed expeditior ratio est, si asparagorum spongias ponas, quae cito fructum ministrent. Haec sic fient: semina asparagi quanta tribus digitis comprehendere possis, post idus febr. pingui et stercorato solo in singulis fossis ponis, et leviter obruis. His coëuntibus, radix connexa nascetur: quae appellatur spongia,* etc. Implicatas radices, quae quasi nnitatem faciunt, sic illigatas, atque connexas, olitores spongias vocant, inquit Columella, lib. IX, p. 3. Hard.

In toros. Toros appellat, ut quidem videtur, spicam asparagi maxime cibis expetitam: haec caro, haec pulpa asparagi, etc. Hard.

Cato. Lib. de Re R. c. CLXI, ea exstant, quae Plinius hoc loco refert, ad ea usque verba, *Nec quidquam postea tentatum*, etc. Harn.

Semipedali. Cato: « Quum areas deformabis, hoc est, delineabis, intervallum facito inter eas semipedem latum in omnes partes, deinde serito. » Hard.

Praeterea. Cato, loc. cit. *Ad lineam palo grana bina aut terna demittito.* Sic Pallad. loc. cit. et Didymus in Geop. XII, 18. H.

Tertio. Cato: *Post annum tertium quam severis, incendito vere primo.* Hard.

Quae festinant incendi. Plin. lib. XVII, cap. 47: *Nec non ignis aliquid*

vexentur. Ex eo velli asparagum ab radice: nam si defringatur, stirpescere, et intermori: velli, donec in semen eat. Id autem maturescere ad ver, incendique: ac rursus, quum apparuerit asparagus, sarriri ac stercorari. Ac post annos novem, quum iam vetus sit, digeri subacto solo stercoratoque. Tum spongiis
4 seri, singulorum pedum intervallo. Quin et ovillo fimo nominatim uti, quoniam aliud herbas creet. Nec quidquam postea tentatum utilius apparuit, nisi quod circa idus februarii defosso semine acervatim parvulis scrobibus serunt, plurimum maceratum fimo. Dein nexis inter se radicibus spongias factas post aequinoctium autumni disponunt pedalibus intervallis, fertilitate in denos annos durante. Nullum gratius his solum quam Ravennatium hortorum. Indicavimus et corrudam. Hunc enim intelligo silvestrem asparagum, quem Graeci hormenum, aut myacanthon vocant,

prodest, ut arundini: ambusta namque densior mitiorque surgit. Hard.

Id autem.... ad ver. At Cato maturum id fieri ad autumnum dixit, ut quidem videtur, rectius, ita rerum natura exigente. H.

Tum spongiis. Hoc est, radicibus, ut ante monuimus. Cato: *Deinde fossulas facito, qua radices asparagi demittas: intervallum sit ne minus pedes singulos inter radices asparagi.* Hard.

Nisi quod circa idus. Columell. et Pallad. ll. cc. H.

Ravennatium. Vel silvestribus tamen asparagis cedere hos innuit Martialis in Xeniis lib. XIII, epigr. xxi, cui titulus, *Asparagi: Mollis in aequorea quae crevit spina Ravenna, Non erit incultis gratior asparagis.* Sativus, inquit, asparagus, non erit silvestri gratior. *In totum spina est asparagus*, inquit Plinius lib. XXI, cap. 54. Hard.

Indicavimus. Tum lib. XVI, cap. 67, tum etiam libri huius cap. 49. Corruda porro silvestris asparagus est foliis acutis, qualis a Clusio depingitur, Rarior. Plant. lib. V, cap. 68, pag. 177. Hanc loto Castellae Granatensique regno nasci prodit: nos hic in Horto Regio vidimus. Sed et sativum asparagum a rusticis corrudam appellari Columella est auctor lib. XI, cap. 3. Hard.

Graeci hormenum. Apud Hesych. ὁρμηνος legitur. Ορμηνος, inquit, ὄνομα κύριον, καὶ πόλις Θετταλίας.... οἱ δὲ τὸν ἄγριον ἀσπάραγον. Iulius Pollux lib. VI, c. 9, non silvestrem, sed sativum ὁρμηνον vocari scribit; nimirum ut corrudae apud Latinos, sic apud Graecos ὁρμήνου communis utrique generi appellatio fuit. H.

aliisve nominibus. Invenio nasci et arietis cornibus tusis atque defossis.

XLIII. Poterant videri dicta omnia quae in pretio sunt, nisi restaret res maximi quaestus, non sine pudore dicenda. Certum est quippe carduos apud Carthaginem magnam, Cordubamque praecipue, sestertium sena millia e parvis reddere areis: quoniam portenta quoque terrarum in ganeam vertimus, etiam ea quae refugiunt quadrupedes consciae. Carduos ergo duobus modis serunt: autumno planta, et semine ante nonas martias; plantaeque ex eo disponuntur ante idus novembris, aut in locis frigidis circa Favonium. Stercorantur etiam, si diis placet, laetiusque proveniunt: condiunturque aceto melle diluto, addita laseris radice; et cumini, ne quis dies sine carduo sit.

XLIV. Caetera in transcursu dici possunt. Ocimum

Myacanthon. Quasi muris spinam Diosc. lib. II, cap. 152: Ασπάραγος πετραῖος, ἣν μυάκανθαν καλοῦσι. Galen. de Fac. simpl. med. lib. VI, p. 160: ἀσπάραγος πετραῖος, ἢ μυακάνθινος. Hard.

Invenio. Nempe apud auctores haud sane satis idoneos, quorum fidem hac in parte Dioscorides eleval, loc. cit. quamvis suffragari iis videatur Dydimus in Geopon. lib. XII, cap. 18. Hard.

XLIII. *Sestertium sena millia.* Quae monetae nostrae gallicae efficiunt libras sexcentas. H.

Carduos ergo. Eos intelligit, quorum e genere scolymus est, uti ex oratione Plinii liquet lib. XX, c. 99, ubi de carduorum medicinis agit, quorum nunc tempora satus explanat, in primisque scolymi, *l'artichaut* (*Cynara Scolymus*; *Syng. aequal.* gen. 1436 W. *Cynaroceph.* Juss. En. P.), quam Latini cinaram quoque appellarunt. Nam quae de carduorum satu nunc afferuntur a Plinio, eadem ferme retulit Colum. de cinara lib. XI, c. 3: *Cinarae sobolem*, inquit, *melius per autumni aequinoctium disponemus: semen commodius circa kalendas martii seremus, eiusque plantam circa kalendas novembris deprimemus et multo cinere stercorabimus: id enim genus stercoris huic oleri videtur aptissimum.* Est et cinara spinosa, quae Matthiolo in lib. III Dioscor. pag. 667, carduus aculeatus dicitur, *cardon d'Espagne.* Hard.

Stercorantur. Pall. l. IV in Martin, tit. 9, pag. 87: *Terram stercoratam et solutam diligit carduus, quamvis in pingui possit melius provenire.* H.

XLIV. *Ocimum.* Basilicum Lobelin

Parilibus optime seri ferunt: quidam et autumno; iubentque, quum hieme seratur, aceto semen perfundi. Eruca quoque et nasturtium, vel aestate, vel hieme facillime nascuntur. Eruca praecipue frigorum contemptrix, diversae est, quam lactuca, naturae, concitatrix Veneris: idcirco iungitur illi fere in cibis, ut nimio frigori par fervor inmixtus temperamentum aequet. Nasturtium nomen accepit a narium tormento. Et inde vigoris significatio proverbio id vocabulum usurpavit, veluti torporem excitantis. In Arabia mirae amplitudinis dicitur gigni.

dictum, in Advv. pag. 215, et Gallis quoque *basilic*. A Mathiolo in lib. II Dioscor. pag. 533, pingitur accurate, et ocimum medium nuncupatur. In horto Regio vidimus. Parilia Romae celebrata 11 kalend. maias, diximus sup. libro c. 66. Colum. XI, 3, seri ocimum circa idus iubet. H.

Quidam et autumno. Colum. XI, 3. Etiam aprili quum seritur, ut cito nascatur, aqua calida perfundi Pall. iubet in Aprili, t. 3.

Eruca quoque. Ita Palladius lib. II in Ian. t. 14, pag. 44. Nostris, *roquette*. A Mathiolo pingitur in lib. II Diosc. pag. 530. H.

Eruca. In Prispeis: *Nam quamvis videar satis paratus, Erucarum opus est decem maniplis, Fossas inguinis ut terram.* Quin et eruca sacra Priapo est, atque ideo prope eum seritur. Columella in Horto: vid. paulo post. Et in Priapeis: *Et ipse longe nocte dormiat solus, Libidinosis incitatus erucis.* Auctor Moreti: *Intybaque et Venerem revocans eruca morantem.* Ovid. In Amor. *Ex horto quae venit herba salax.* Idem: *Nec minus erucas aptum est vitare salaces.* Dal.

Concitatrix. Sic Diosc. II, 170; Galen. de alim. Fac. II, 53, p. 364. Columella in Hortulo: *Et quae frugifero seritur vicina Priapo, Excitet ut Veneri tardos eruca maritos.* Marcellus Emp. cap. LXXXIII: *Ad abundantiam seminis praeparandam erucam decoctam bibat, quoties quisque inopia seminis se laborare perspexerit: vel potius assidue incoctam manducet.* Idcirco *salaces erucas* Ovidius vocat. Hard.

Iungitur illi. Lactuca scilicet. Hoc ipsum fieri Galenus praecipit loc. cit. Hard.

Nasturtium. »Nasturtium nonne vides, inquit apud Nonium Varro, ab eo dici quod nasum torqueat?« Et auctor Moreti: *Quaeque trahunt acri vultus nasturtia morsu.* Porro nasturtii iconem apud Lobelium vide, in Observ. p. 106. Nostris, *cresson alenois*: Narbonensibus, *nasitort*. H.

Narium tormento. Κάρδαμον, καρήδαμον, quia caput acri calore suo tentat. Vnde in pigros, ignavos, et desides Graecis est proverbium, κάρδαμον ἔσθις. Nasturtium comede.

Proverbio. Vossium vide in Etymol. verbo *Nasturtium*. Auctor Geop. lib. XII, 27: Φασὶ δὲ τοὺς ἐσθίοντας κάρ-

XLV. Ruta quoque seritur Favonio, et ab aequi- 1
noctio autumni: odit hiemem, et humorem, ac fimum. Apricis gaudet et siccis, terra quam maxime lateraria. Cinere vult nutriri: hic et semini miscetur, ut careat erucis. Auctoritas etiam peculiaris apud antiquos ei fuit. Invenio mustum rutatum populo datum a Cornelio Cethego, in consulatu collega Quintii Flaminini, comitiis peractis. Amicitia est ei et cum fico, in tantum, ut nusquam laetior proveniat, quam sub hac arbore. Seritur et surculo, melius in perforatam fa- 2
bam indito, quae succo nutrit comprehendendo surculum. Seritur et a se ipsa: namque incurvato cacumine alicuius rami, quum attigerit terram, statim radicatur. Eadem et ocimo natura, nisi quod difficilius crescit. Sed durata runcatur non sine difficultate,

δαμον, ὀξυτέραν τὴν διάνοιαν γίνεσθαι. Aiunt vescentes nasturtio mentis acumine subtiliores evadere. H.

XLV. *Ruta quoque.* Pingitur a Lobelio ruta hortensis in Observ. pag. 506. Gallis, *de la rue.* Et hanc autumno seri, differri mense martio praecipit Colum. lib. XI, c. ult. H.

Odit hiemem. Theophrast. Histor VII, 5: *Aquas et fimum*, inquit, *omnia olera diligunt, praeter rutam.* Φίλυδρα δὲ πάντα τὰ ἄλλα λάχανα, καὶ φιλόκοπρα, πλὴν πηγάνου.

Apricis. Pallad. IV in Martio, t. 9, pag. 90: *Prosequuntur etiam maledictis, et maxime in terra soluti lateris ponunt, quod prodesse certissimum est.* Colum. XI, 3. H.

Terra quam maxime lateraria. Lateritios parietes dicimus, ea lateribus constructos. *Lateraria terram*, quae apta sit fingendis lateribus. Gelen.

Cinere vult. Pallad. l. c. *Hoc mense ruta seritur locis apricis, solius cineris inspersione contenta.* H.

In consulatu. An. V. 421. Sed vitio facti consules abdicarunt, in Fastis quidem eai adnotatum. H.

Amicitia est ei et cum fico. In fico rutam inseri Theophr. refert, lib. V, cap. 7 de Caus. Dal. — *Amicitia.* Pallad. l. c. *Sub fici arboris umbra libentius acquiescit.* Adde et Arist. sect. XX, probl. 18, quaerentem: Quam ob causam ruta iusita in ficum pulcherrima, plurimaque provenial? H.

Melius in perforatam. Pallad. l. c. *Nonnulli ramulos rutae pertusae fabae inserunt, vel bulbo, atque ita obruunt, alieno vigore servandos.* H.

Seritur et a se ipsa. Nempe propagine, uti fere de rubis dictum est, XVII, 21. Sic etiam Pallad. loc. cit. Harn.

Eadem et ocimo. Vi propagine nimirum, aeque atque ruta seratur. H.

pruritivis hulceribus, ni munitis manibus id fiat, oleove defensis. Conduntur autem et eius folia, servanturque fasciculis.

XLVI. Ab aequinoctio verno seritur apium, semine paululum in pila pulsato. Crispius sic putant fieri, aut si satum calcetur cylindro pedibusve. Proprium ei, quod colorem mutat. Honos ipsi in Achaia, coronare victores sacri certaminis Nemeae.

XLVII. Eodem tempore seritur menta planta: vel

Pruritivis hulceribus. Natis hulceribus ex prurigine. In libris hactenus editis, *provenientibus hulceribus.* In MSS. Reg. et Colb. *proritivis.* Vnde nos *pruritivis* effecimus. Adiuvat Colum. XI, 9: *Sed velata manu debet runcari, quam nisi contexeris, perniciosa nascuntur hulcera. Si tamen per ignorantiam nuda manu runcaveris, et prurigo atque rumor incesserit, oleo subinde perunguito.* H.

XLVI. *Ab aequinoctio.* Pallad. V in Aprili, t. 3, et Colum. XI, 3. H.

In pila pulsato. Hoc est, in vase concavo, sive mortario, pinsi prius necesse est. De pilae vocis usu, eo intellectu, alibi egimus. Colum. XI, 3: *Si crispae frondis apium fieri maluerit, semen eius inditum pilae, et saligneo palo pinsitum expoliatumque in linteolis ligatum obruet. Potest etiam circa hanc operam fieri crispum qualitercumque satum, si quum est natum, incrementum eius circumvoluto cylindro coerceat.* Sic etiam Pallad. l. c. et Theophr. Hist. II, 5, et de Causs. V, 6. H.

Honos ipsi. Iuvenal. Sat. VIII, v. 226: *Graiaeque apium meruisse coronae.* Ideirco Nemaeom apium Nicandro dicitur in Theriac. pag. 47; Suid. t. II, p. 213, Νεμέας σέλινα. Plutarch. Symp. V, quaest. 3, quibus adde quae diximus XV, 5. H.

Nemeae. Illic viridi vivoque apio coronantur, in Isthmiis vero arido, reiecta pinu, Herculis instituto. Callimachus apud Plut. in Sympos. Καὶ μὴν Αλητίδαι πουλὺ γεγειότερον Τοῦδε παρ' Αἰγειῶνι θεῷ τελέοντες ἀγῶνα Θήσουσι, νίκης σύμβολον Ισθμιάδος, Ζηλωτῶν Νεμέηθε, πίτυν δ' ἀποτιμήσουσι, Η πρὶν ἀγωνιστὰς ἔστεφε τοὺς Εφύρης. Had. Iun. lib. IV, cap. 21. Vide quod adnotatum est lib. XX, c. 11. Olympicos ludos Hercules in honorem Pelopis instituit. Corona in his fuit ex oleastro, vel olea callistephano. Pythios Delphis Diomedes in honorem Apollinis, qui Pythonem serpeotem interemisset. Corona, laurus. Isthmios io Isthmo, et Megarensium sinu, iuxta Corinthum, ad Neptuoi delubrum, inter Aegaeum et Ionium mare, Theseus, aemulatione Herculis. Corona priocipio ex apio, deinde ex pinu, ac tandem victori praemium centum drachmae, ut Olympionicis quingentae. Nemaeos in honorem Archemori Lycurgi filii, a serpente oecati, quum super apium reptaret, celebrarunt. Corona apium. Alex. ab Alex. V, c. 8. Dalec.

XLVII. *Eodem... planta.* Transferri mentam in planta ait aequino-

si nondum germinat, spongia. Minus haec humido gaudet. Aestate viret, hieme flavescit. Genus eius silvestre mentastrum est. Et hoc propagatur, ut vitis, vel si inversi rami serantur. Mentae nomen suavitas odoris apud Graecos mutavit, quum alioqui mintha vocaretur, unde veteres nostri nomen declinaverunt. Grato menta mensas odore percurrit in rusticis dapibus. Semel sata, diutina aetate durat. Congruit pulegio, cuius natura in carnariis reflorescens saepius

ctio verno: ac si nondum germinaverit, radice seu spongia, ut diximus. Pingitur a Dodonaeo, menta prima, p. 95. H. — *Menta sativa* (*Didyn. gymn.* gen. 1102 W. *Lab.* Juss.). De hac specie, ut de sqq. fusius agemus in libb. sqq. Ed. P.

Minus haec. Ita sane libri omnes. At ego libentius multo aguoverim, *Non minus haec humido gaudet*: ut ad apium, de quo proxime sermo, respiciat: illud enim perinde ac mentam humido laetari Columella scribit, XI, 3: *Apium*, inquit, *praecipue aqua laetatur, et ideo secundum fontem commodissime ponitur.* Et paulo post: *Menta dulcem desiderat uligineni; quam ob causam iuxta fontem mense martio recte ponitur.* Nisi forte, id quod simile veri arbitramur, de caelo, non de solo humido, intellexit auctor, quoniam proxime sequitur, *aestate viret.*

Mentastrum Diose. III, 42, ἡδύοσμον ἄγριον, menta silvestris: officinis, alba menta. Iconem exhibet idem Dodonaeus, p. 96. Graeci καλαμίνθην vocant, inquit Apuleius, cap. 91. Gallis, *menthe sauvage.* In Nothis Diosc. p. 454: Τὸ δὲ ἡδύοσμον ἄγριον, ὁ Ῥωμαῖοι μεντάστρουμ καλοῦσι. H. — *Mentha silvestris?* Σισυμβρίου, II, 153, var.? Ed. P.

Vel si inversi rami. Colum. XI, 3: *Mentae si forte semina defecerunt, licet de novalibus silvestre mentastrum colligere, atque ita inversis cacuminibus disponere; quae res feritatem detrahit, atque edomitam reddit.* H.

Mentae nomen, etc. Κωκύτιδα νύμφην Oppianus III Αλιευτικῶν vocat, quod Mintham Cocyti filiam, Plutonis amicam adventanti Proserpinae infensam et minitantem, Ceres in κακὴν βοτάνην mutavit. Eadem fere leguntur apud Strab. VIII, de monte Minthe. Improbam herbam vocat Oppiani interpres, quod ante coitum apposita mulierum genitalibus, conceptum impedit; vulnera, si inferatur, curari prohibet; lacti mista ante coagulum, densari non patitur, quae Florentinus lib. XII Geoponicon tradit. Rhodig. lib. X, c. 22. Dalec. — *Mentae nomen.* Dioscor. III, 41: Ἡδύοσμος, οἱ δὲ μίνθην. Et Galen. de simpl. med. Fac. VI, p. 176: Ἡδύοσμον, ἔνιοι δὲ μίνθην εὐώδη προσαγορεύουσιν. H.

Congruit pulegio. Nostri *pouliot* vocant. Regium vulgatum, *pouliot royal*: delineatur a Lobelio, in Obs. p. 266. De pulegio porro in carnariis reflorescente diximus XVIII, 60. H.

dicta est. Haec quoque servantur simili genere, mentam dico, pulegiumque, et nepetam. Condimentorum tamen omnium fastidiis cuminum amicissimum. Nascitur in summa tellure vix haerens, et in sublime tendens. In putridis et calidis maxime locis, medio serendum vere. Alterum eius genus silvestre, quod rusticum vocant, alii Thebaicum: si tritum ex aqua potetur, in dolore stomachi prodest. In Carpetania nostri orbis maxime laudatur: alioqui Aethiopico Africoque palma est. Quidam huic Aegyptium praeferunt.

XLVIII. Sed praecipue olusatrum mirae naturae est. Hipposelinum Graeci vocant, alii smyrnium. E lacryma caulis sui nascitur. Seritur et radice. Succum

Et nepetam. Quae silvestre pulegium etiam appellatur, *pouliot sauvage.* Vide Dodonaeum, p. 98. Alia est nepeta vulgaris officinarum, quae menta cataria, *l'herbe au chat.* Alii nepitam scribunt. H.

Cuminum. Cuminum Latini luxta et Galli vocant: Hebraei ipsi כמון *cammon*: rura nostra, *cumin.* Vtrumque genus sativum et silvestre, quale nos vidimus, a Dodonaeo pingitur, p. 298. H.

In dolore stomachi. Adversus tormina et inflationes, bibi tritum ex aqua: ex vino ad imbecillitatem stomachi, iubet Diosc. III, 69. H.

In Carpetania. Diosc. loc. cit. in Carthagine Hispaniae oppido. Toletum in Hispania est Carpetanorum caput. H.

Aethiopico. Quod Hippocrates regium vocat, quoniam illud palmare putat, inquit Diosc. III, cap. 68, secundas defert Aegypto.

XLVIII. *Sed .... olusatrum.* Sive atrum olus, sic dictum a semine et radice atra. Colum. XI, 3: *Atrum olus, quod Graecorum quidam vocant* ἱπποσέλινον, *nonnulli* σμυρνίον, etc. Adde Apuleium lib. de Virtutibus herbarum, cap. 107. In Graecis vero Hesychius: Σμύρνιον, τοῦ ἱπποσελίνου ὁ καρπός, καὶ αὐτὴ ἡ βοτάνη. Schol. Nicandri in Theriac. pag. 39: Τὸ Σμύρνιον ὅμοιόν ἐστι τῷ μεγάλῳ σελίνῳ· ὃ καὶ ἱπποσέλινον καλεῖται· σμύρνιον δέ, ἐπειδὴ ἐμφερές ἐστι τῇ σμύρνῃ κατὰ τὴν ὀσμήν. Et Galen. de Fac. simpl. med. VIII, pag. 230: Σμύρνιον, οἱ δὲ ἱπποσέλινον ὀνομάζουσιν ἄγριον. Cave porro agi nunc existimes de hipposelino, de quo instituta est oratio cap. 37, quanquam et illud smyrnium nuncupatum sit teste Diosc. III, 78. De smyrnio vere ac proprie dicto nunc sermo est, cui etiam in Cilicia hipposelini tributa est appellatio, ut prodidit ipse Diosc. cap. sq. Hipposelinum illud Theophrasti est, idemque smyrnion Dioscoridis, a Matthiolo delineatum, pag. 773, quale in horto Regio visum a nobis. De eo rursum lib. XXVII, cap. 109. Haro.

Succum eius. Theophr. Hist. VII, 6:

eius colligunt, myrrhae saporem habere dicunt: auctorque est Theophrastus, myrrha sata natum. Hipposelinum veteres praeceperant in locis incultis, lapidosis, iuxta maceriam seri: nunc et repastinato seritur, et a Favonio post aequinoctium autumni. Quippe quum 2
cappari quoque seratur siccis maxime, area in defossu cavata, ripisque undique circumstructis lapide: alias evagatur per agros, et cogit solum sterilescere. Floret aestate: viret usque ad Vergiliarum occasum, sabulosis familiarissimum. Vitia eius, quod trans maria nascitur, diximus inter peregrinos frutices.

XLIX. Peregrinum et Careum, gentis suae nomine

Γίνεται δὲ καὶ τὸ δάκρυον ἐξ αὐταῦ ὅμοιον τῇ μύῤῥᾳ, οἱ δέ φασιν ὅλως μύῤῥαν. *Lacryma ex eo fluit myrrhae. assimilis: quidam omnino myrrham id esse asseverant.* E radice potius quam e caule succum manare scimus. Hard.

Auctorque. Verba haec sunt Graeci scriptoris, Hist. IX, 1: Καί τινες ἀκούσαντες ὡς ἐντεῦθεν ἡ σμύρνη, ἠγοῦνται βλαστάνειν ἐξ αὐτῆς ἱπποσέλινον. Φυτεύεται γὰρ καὶ ἀπὸ δακρύου τὸ ἱπποσέλινον. *Quum ex hipposelino myrrham nasci quidam audivissent, hipposelinum ex myrrha provenire etiam putarunt, quae lacryma hipposelini est. Seritur et hipposelinum sua lacryma.* H.

Hipposelinum veteres. Colum. l. c. de hipposelino, quod et olusatrum et smyrnium pariter appellat: *Pastinato,* inquit, *loco semine debet conseri, maxime iuxta maceriem: quoniam et umbra gaudet, et quotiumque convalescit loco.*

Quippe quum cappari. Cappari neutro genere dicitur, et *capparis* feminino. Colum. XI, 3: *Capparis ..... si serenda fuerit, siccum locum desiderabit: isque debebit ante circumdari fossula, quae repleatur lapidibus et calce, vel Punico luto, ut sit quasi quaedam lorica, ne possint eam perrumpere praedicti seminis frutices: qui fere per totum agrum vagantur, nisi munimento aliquo prohibiti sint .... Et noxium virus habent, succoque suo sterile solum reddunt.* Capparis in Gallis, *un câprier,* vel ut aliis visum est efferre, *un câpier.* Capparis retuso folio apud Lobel. in Observ. pag. 359. Monspelii in hortis pulcre et copiose fruticat. H.—*Capparis spinosa*: de qua fusius Noster agit, XX, 59. Ed. P.

Floret ... viret, etc. Haec quoque Theophr. Hist. VI, 5. H.

Sabulosis. Theophrast. l. c. Χαίρει δὲ ὑφάμμοις καὶ λεπτογείοις χωρίοις. Hard.

Vitia eius. Lib. XIII, 44, H.

XLIX. *Careum.* Apicio quoque, VII, 2, *Careum.* Diosc. III, 66, Κάρος. Pingitur a Dodonaeo, pag. 297. In officina *carvi* nominari: apud Germanos Bohemosque, non in Caria modo, unde origo nominis, frequens nasci prodit. H.— *Carum Carvi* (*Peut.*

appellatum, culinis principale. In quacumque terra seri vult ratione eadem, qua olusatrum. Laudatissimum tamen in Caria, proximum Phrygia.

L. Ligusticum silvestre est in Liguriae suae montibus: seritur ubique: suavius sativum, sed sine viribus. Panacem aliqui vocant. Cratevas apud Graecos cunilam bubulam eo nomine appellat: caeteri fere conyzam, id est, cunilaginem: thymbram vero, quae sit cunila. Haec apud nos habet vocabulum et aliud, satureia dicta in condimentario genere. Seritur mense februario, origano aemula. Nusquam utrumque additur, quippe similis effectus. Sed cunilae Aegyptium origanum tantum praefertur.

LI. Peregrinum fuit et lepidium. Seritur a Favonio: dein quum fruticavit, iuxta terram praeciditur; tunc

digyn. gen. 561 Willd. *Ombellif.* Juss.). Vid. Exc. VII ad calc. hui. libri. En. P.

L. *Ligusticum.* Diosc. III, pag. 581 Λιγυστικὸν φύεται μὲν πλεῖστον ἐν Λιγυρίᾳ, ὅθεν καὶ τὴν προσωνυμίαν ἔσχηκεν. Πανακὲς δὲ αὐτὸ καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι, etc. Eadem habet Oribasius, lib. XI, f. 204. Siler montanum Dodonaei est, a quo accurate delineatur, quale in horto Regio vidimus pag. 308. Gallis, *sermontaine* Officinis nonnullis, *séseli*, sed falso. H. — *Ligusticum Levisticum* (*Pentaud. dig.* gen. 545 W. *Ombellif.* Juss.). Eo. P.

Panacem. Quoniam panaci heracleotico et viribus simile est, et radice atque caule, inquit Diosc. l. l. Harb.

Cratevas. Graecorum inconstantiam in assignandis plantarum nominibus obiter indicat, non usquequaque approbat. Et falso quidem cunilae bubulae nomen esse ligustico inditum, diserte monet lib. XX, 60. H.

Satureia dicta. Thymbra igitur gemina, et utraque affinis alteri: altera Graecorum, Latinorum altera, quae et satureia, thymbrae quidem aemula, et cunila appellata: sed discrepans tamen a thymbra. Colum. IX, 4: *Thymbrae, vel nostratis cunilae, quam satureiam rustici vocant.* Et in Hortulo: *Et satureia thymi referens, thymbraeque saporem.* Scribonius Largus, Comp. CXXIV: *Cunila, quam satureiam quidam vocant.* Satureiam seu cunilam Galli nunc *sarriette* nominant. Pingitur a Dodonaeo, p. 288. Thymbra, pga. 287, Vtramque Regio in horto vidimus. Thymbra in Graecia frequens, maximeque in Chio, teste Anguilara, part. 12, p. 203. H.

LI. *Lepidium.* Gallis, *passerage.* Iconem vide apud Dodonaeum, pag. 704: nos plantam ipsam in horto Regio vidimus. H.

Iuxta terram. Colum. XI, 3: *Lepi-*

runcatur, stercoraturque: per biennium hoc. Postea iisdem fruticibus utuntur, si non saevitia hiemis ingravat, quando impatientissimum est frigorum. Exit et in cubitalem altitudinem, foliis laurinis, sed mollibus; ususque eius non sine lacte.

LII. Gith pistrinis, anisum et anethum culinis et medicis nascuntur. Sacopenium et ipsum in hortis quidem, sed medicinae tantum.

LIII. Sunt quaedam comitantia aliorum satus, ut papaver: namque cum brassica seritur, ac portulaca, et eruca cum lactuca. Papaveris sativi tria genera. Candidum, cuius semen tostum in secunda mensa cum melle apud antiquos dabatur. Hoc et panis rustici crustae inspergitur, affuso ovo inhaerens, ubi inferiorem crustam apium githque cereali sapore condiunt. Alterum genus est papaveris nigrum, cuius scapo inciso lacteus succus excipitur. Tertium genus rhoeam vocant Graeci, id nostri erraticum. Sponte quidem,

dium velut porrum sectivum demetere poteris, rarius tamen, etc. H.

Non sine lacte. Columella in horti poëmate. Dioscoridi in muria servatum cum lacte estur. Lepidio ioiecto oxygala fieri scribit Columella, lib. XII, cap. 8. Dal.

LII. *Gith pistrinis.* Gith. Diosc. III, 93, μελάνθιον dicitur, cuius semen inspergi gratissime panibus coodiendis monet: idcirco pistrinis nascitur. De eo rursum, XX, 71. Salivum melanthium depictum vide apud Dodon. pag. 304. Gallis *de la nielle:* etsi dubitat Anguillara, parte 12, p. 216. Hard.

Sacopenium. De eo dicemus XX, 75. Hard.

LIII. *Candidum. Pavot blanc.* Vide ap. Dodon. p. 442. H.

In secunda mensa. Cocetum, inquit Festus, edulii genus ex melle et papavere factum. Hard.

Hoc et panis. Annon idcirco dictum est a Virgilio, *Cereale papaver?* Hard.

Inferiorem crustam. Polluci, ἐψιθίας inferior panis crusta, quae qua furnum attingit et ψωθιον: crusta vero superior, magna ex parte vesicis bullata, et pustulata ἀτταράχος, sive ἀτταράγος. Dal.

Alterum genus. Pavot noir, apud eumdem Dodonaeum, l. c. H.

Tertium genus. Quod libro sequente, cap. 77, inter silvestria sativaque medium genus facit. Est illud erraticum Dodonaei, pag. 444; Lobelii quoque, in Observ. pag 143. Apud Gallos, *coquelicot*, vel *pavot sauvage.* Hard.

Rhoeam vocant. Galen. de Fac.

sed in arvis cum hordeo maxime nascitur, erucae simile, cubitali altitudine, flore rufo et protinus deciduo: unde et nomen a Graecis accepit. De reliquis generibus papaveris sponte nascentis dicemus in medicinae loco. Fuisse autem in honore apud Romanos semper, indicio est Tarquinius Superbus, qui legatis a filio missis decutiendo papavera in horto altissima, sanguinarium illud responsum hac facti ambage reddidit.

LIV. Rursus alio comitatu aequinoctio autumni seruntur coriandrum, anethum, atriplex, malva, lapathum, caerefolium, quod paederota Graeci vocant:

simpl. med. VII, p. 207, ῥοιάς ὀνομάζεται. Et paulo post, ὀνομάζουσι ῥοιάδα. Rhoeada sane rectius diceret: sed latino ritu ac sono efferre maluit, quod et alias ei familiare est. Sic Q. Serenus, cap. XXXVIII, p. 150, *de ischia* inscripsit, quum *de ischiade* ars Graecorum postulet. HARD.

Sed in arvis. In segetibus, ἐν ἀρούραις φύεται, inquit Diosc. IV, 64, a quo iisdem fere verbis describitur, uti et a Theophr. Hist. IX, 13. H.

Unde et. Ἀπὸ τοῦ ῥέειν, quod fluere ac decidere sonat. Diosc. Μήκων ῥοιάς· ὠνόμασται δὲ διὰ τὸ ταχέως τὸ ἄνθος ἀποβάλλειν. H.

Nomen a Graecis accepit. Placet id ἔτυμον Plinii. Dioscoridi sic vocatur, quod ex eo fluat lacteus succus. Caeterum omnibus generibus papaveris id commune est. DAL.

De reliquis. Lib. XX, 76. H.

In honore apud, etc. *Cereale papaver* Virgilius appellat, vel quod Cereris effigies in templis id manu gestaret, vel quod in segetibus agricolae sererent, ut deae offerretur. Brodaeus, lib. II, cap. 29. DAL.

Tarquinius. Simile Thrasybuli factum inaudierat, de quo Herod. Terps. V, p. 324. Vide Livium I, p. 19; Florum, I, 7, pag. 18; Frontin. Strateg. 1; Valer. denique Max. VII, 4, n. 2. Dissidet a caeteris scriptoribus Ovidius, qui in liliis id factum ait, quod in papaveribus alii, Fastor. II, v. 703 sqq. *Hortus odoratis suberat cultissimus herbis, Secta humum rivo lene sonantis aquae. Illic Tarquinius mandata latentia nati Accipit, et virga lilia summa metit. Nuntius ut redit, decussaque lilia dixit: Filius, Agnosco iussa parentis, ait. Nec mora, principibus caesis ex urbe Gabina, Traduntur ducibus moenia nuda suis.* HARD.

Qui legatis a filio, etc. Tale fuit consilium Thrasybulo datum a Periandro, nimirum ἡ τῶν ὑπερεχόντων σταχύων κόλουσις: quod ut exsequeretur, ostracismum instituit, qui, ut ait Aristot. in Politicis, τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν, τρόπον τινά, τῷ κολούειν τοὺς ὑπερέχοντας, καὶ φυγαδεύειν. Victorius, IV, c. 5. DAL.

LIV. *Quod paederota.* Sic Apuleius, cap. 104: *Graeci paederota vocant... Latini caerefolium.* Colum. in Hortulo:

et acerrimum sapore, ignei effectus, ac saluberrimum corpori, sinapi, nulla cultura, melius tamen planta tralata. Quin e diverso vix est sato semel eo liberare locum, quoniam semen cadens protinus viret. Vsus eius etiam pro pulmentario in patellis decocto, citra intellectum acrimoniae. Coquuntur et folia sicut reliquorum olerum. Sunt autem trium generum: unum gracile, alterum simile rapi foliis, tertium erucae. Semen optimum Aegyptium. Athenienses napy appellaverunt, alii thapsi, alii saurion.

LV. Serpyllo et sisymbrio montes plerique sca-

Iam breve chaerephyllum. Et lib. XI, 3: *Chaerephyllum, itemque olus atriplicis, circa kalendas octobris obrui oportet non frigidissimo loco... Papaver et anethum eamdem habet conditionem sationis, quam chaerephyllum et atriplex.* Gallis, *cerfeuil.* A Dodonaeo delineatum pag. 688. Aliud porro ab isto olere acanthi genus est, de quo dicturi sumus, XXII, 34, quanquam et istud aliqui, ut Plinius admonet, paederota similiter vocant. Hardo.

Et acerrimum sapore. Ad sinapi haec pertinent, de quo statim fit mentio, quanquam ad caerefolium Plinius alter retulit, de Ramed. IV, 37: *Cerifolio*, inquit, *ignea vis et acerrima est.* Falso. Hardo.

Ignei effectus. Impositum certe corpori pustulas, instar ignis, excitat: quod in quibusdam morbis expetitur: atque haec curatio σιναπισμὸς dicitur, de qua Caelius Aurelianus, Celsusque ipse passim. H.

Sinapi. Moutarde. Vide iconem apud Lobelium in Obs. p. 100: *Sinapi sativum erucae aut rapi folio.* Hott.

Melius tamen planta. Pallad. lib XI in Oct. t. 14, p. 150: *De quo semen legere disponis, suo loco esse patieris: quod ad escam parabis, robustius facies transferendo.* Hardo.

Citra. Sine ullo sensu acrimoniae. Hardo.

Coquuntur et folia. Et eymae, de quibus Columella, lib. XI, cap. 3. Hardo.

Sunt autem trium. Hoc tergeminum sinapis genus, nec Dioscoridi, nec Theophrasto notum. H.

Athenienses. Νάπυ, Attici, pro σίνιπι dixere, testa Athenaeo, IX. De prima appellatione νάπυος, suo loco egimus: θάψι, ob similitudinem cum ferulae thapsiae semine; qua de egimus XIII, 45, dici suspicabamur σαύριον, quod acrimonia sua, seu lacerta, mordeat: est enim Graecis lacerta σαῦρα. Quam ob causam et σαυρίδιον dixere nasturtium, quod nares torquet. Verum pro *thapsi*, num legi *thlapsi* sit satius, considerandum: nam lib. XXVII, 113, thlaspi quidam napy vocant: et Hesych. Θλασπὶς, inquit, πόα, ἣν ἔνιοι σαύριον. Dictum autem thlaspi tum sinapi fuerit, a θλάω, quod molitur, frangiturque. Hardo.

LV. *Serpyllo.* Nostri *serpolet* vocant. Pingitur a Matthiolo in Diosc. III,

tent, sicut in Thracia: utique deferunt ex his avulsos ramos, seruntque. Item Sicyone ex suis montibus, et Athenis ex Hymetto. Simili modo et sisymbrium serunt. Laetissimum nascitur in puteorum parietibus, et circa piscinas ac stagna.

LVI. (IX.) Reliqua sunt ferulacei generis, ceu feniculum, anguibus, ut diximus, gratissimum ad condienda plurima, quum inaruit: eique perquam similis thapsia, de qua diximus inter externos frutices. Deinde utilissima funibus cannabis seritur a Favonio. Quo densior est, eo tenuior. Semen eius quum est

pag. 724. — Ita libri omnes: quanquam sunt qui malint: *montes planaque scatent*. Sed non admodum favet ei coniecturae Theophr. lib. nempe Hist. Plant. VI, cap. 4: Παρ' ἄλλοις δὲ ὄρη πλήρη καὶ τόποι, καθάπερ ἐν τῇ Θράκῃ. Quod porro proxime sequitur apud Plinium, *Sicut in Thracia: utique deferunt ex iis avulsos ramos, seruntque*: sic restitutum a nobis intelligito, quum prius legeretur, *ubi aquae deserunt.... seruntque*, quod insulsum per se apparet. In MSS. *ut eaque deferunt*. At Theophr. l. c. et nostram fulcit emendationem, et quae sit loci sententia aperit: Καὶ γὰρ ἐρπυλλὸς ἐστιν ἄγριος, ὃν κομίζοντες ἐκ τῶν ὀρῶν φυτεύουσι, καὶ ἐν Σικυῶνι, καὶ Αὐήνησιν ἐκ τοῦ Ὑμήττου. *Et serpyllum silvestre est, quod deferunt e montibus, seruntque: item Sicyone ex suis montibus, et Athenis ex Hymetto*. Hard.

Seruntque. Planta serunt. Pallad. in Mart. t. 9: *Nunc etiam serpyllum seritur plantis et semine*. Colum. XI, 3: *Thymum et transmarina cunila et serpyllum.... hae tres et semine et plantis circa aequinoctium vernum seruntur*. Hard.

Item Sicyone. Theophr. Hist. VI, 7. Hard.

Simili modo. Hoc est, etiam planta. Auctor Geopon. XII, 35. Σισύμβριον Theophr. I, 4. Dicemus de eo lib. XX, cap. 91. Hard.

Laetissimum. Theophr. Histor. VI, 7: Εὐκυξέστατος δὲ εἰς φρέαρ. H.

LVI. *Feniculum*. Graecis μάραθρον *fenouil*, vulgo notum. Pingitur a Dodonaeo, pag. 295. Hard.

Vt diximus. Lib. VIII, 41. H.

De qua diximus. Lib. XV, 43.

Cannabis. Chanvre. Iconem vide apud Dalec. Hist. Plant. IV, 64, p. 467. Hard.

A Favonio. Vltimo mense februario seri Palladius praecipit, lib. III in Febr. tit. 5. Hard.

Quo densior. Ita scribi oportere, non *tenerior*, rei fides historiaque comprobat, non modo in cannabi, sed in omni plantarum genere, ut quo densius spissiusque sata sunt, eo graciliora surgant: alioqui quid cannabis teneritate opus, quando in usum cibi planta non veniat? Hard.

Semen eius. Prima germinatione, etiamnum pastores in Etruriae maritimis cerebrum eximunt, qui luteo

maturum, ab aequinoctio autumni distringitur, et sole, aut vento, aut fumo siccatur. Ipsa cannabis vellitur post vindemiam, ac lacubrationibus decorticata purgatur. Optima Alabandica, plagarum praecipue usibus. Tria eius ibi genera. Improbatur cortici proximum, aut medullae: laudatissima est e medio, quae mesa vocatur: secunda Mylasea. Quod ad proceritatem quidem attinet. Rosea agri Sabini arborum altitudinem aequat. Ferulae duo genera in peregrinis fruticibus diximus. Semen eius in Italia cibus est. Conditur quippe, duratque in urceis vel anni spatio. Duo eius genera: caules, et racemi. Corymbiam hanc vocant, corymbosque quos condiunt.

durato simile, idque linteo vel charta involutum, et sub cineribus assatum, ex pipere et sale comedunt. Non solum gustui cibus is gratissimus est, sed, ut aiunt, ad excitandam Veuerem efficax. Dal.

Aut vento. Gratius in Cyneg. *Illa vel ad flatus Helices appende serenae, Vel caligineo laxanda reponito fumo.* Hard.

Ac lucubrationibus. Lucubratione vespertina, vel antelucana, ut dictum est lib. XVIII, cap. 63. Est enim illud e nocturnis operibus, quae vigilia constant, quum sint noctes tum tanto ampliores. *Malus est autem paterfamilias*, ut dictum est lib. sup. c. 8, *quisquis interdiu faceret quod nocte posset, nisi in tempestate caeli.* H.

Alabandica. Grat. in Cyneg. vers. 46: *At pauper rigui custos Alabandicus horti Cannabias nutrit silvas, quam commoda nostro Armamenta operi! gravis est tutela sed ipsis, Tu licet Aemonios includas retibus ursos.* Valide, inquit, praedam sibi concreditam tuebuntur plagae ex cannabi: Alabandica, ne qua perrumpat; ne Aemonii quidem ursi. Hard.

Improbatur. Stupa vocatur, id quod lini cannabisve cortici, vel medullae est proximum. Hard.

Quae mesa. Μέση Graecis media est. Hard.

Mylasea. A Mylasis oppido Cariae, de quo lib. V, cap 29. H.

Rosea. Id ei cannabi nomen a Roseae campis, de quibus in agro Sabino dictum est, lib. III, 47, et XVII, 3. Hard.

Ferulae.... diximus. Lib. XIII, cap. 42. Hard.

Semen eius. Sic umbellam vocat, quae semen complectitur cum esculiculis. Hard.

Duo eius genera. Eius nempe seminis, seu fructus, qui edulis est, duo sunt genera: alterum e caulibus petitum, alterum e racemis quos condiunt. De ferulae conditura Columellam vide, lib. XIII, cap. 7. Hard.

Corymbiam, etc. Corymbism ferulam, quam in caulem surgere permittebant, ut corymbos, sive umbellas nascentes ad condituram colli-

LVII. (x.) Morbos hortensia quoque sentiunt, sicut reliqua terrae sata; namque et ocimum senecta degenerat in serpyllum, et sisymbrium in calamintham. Et ex semine brassicae veteris rapa fiunt, atque invicem. Et necatur cuminum ab limodoro, nisi repurgetur. Est autem unicaule, radice bulbo simili, non nisi in solo gracili nascens. Alias privatim cumini morbus scabies. Et ocimum sub Canis ortu pallescit. Omnia vero accessu mulieris menstrualis flavescunt.

gerent. Nam alioqui caulem gliscentem, tenellum, et adhuc convolutum demetebant, ut vel recentem comederent, vel in condimento servarent. Dal.

Corymbosque, etc. Corymbi proprie dicuntur ederarum uvae, dependentibus acinis coactae: transferuntur tamen ad multos herbarum fructus, quarum fastigia acini iucunda velustate comant. H.

LVII. *Namque et oc.* Pallad. V in Aprili tit. 3: *Rem miram de ocimo Gargilius Martialis affirmat, quod modo purpureos, modo albos flores, modo roseos parint: et ex eo semine frequenter seratur, modo in serpyllum, modo in sisymbrium mutetur.* Hoc vero Theophr. habet de Caus. V, 8. Hard.

In calamintham. Quam superius mentastrum, et silvestre mentae genus vocavit cap. 47. In mentam mutari, εἰς μίνθην dixit Theophr. Hist. II, 5; VI, 7, et de Caus. II, 8. Vterque recte. H.

Et ex semine. Haec totidem verbis Varro de Re Rusl. I, 40, p. 65, et Pallad. III in Febr. tit. 24, pag. 68. Hard.

Ab limodoro. Limodorum statim ab radice cumino adnasci, nec caule esse absimili prodidit Theophrast. Histor. VIII, 8, οὐκ ἀπεμφερὲς τῷ καυλῷ, etc. — *Et cuminum.* Hactenus editum, *ab imo dorso*, quod plane insulsum est. Auctor emendandi exstitit Theophr. Hist. VIII, 8: Τὸ δὲ ὑποφυόμενον εὐθὺς ἐκ τῆς ῥίζης τῷ κυμίνῳ... τὸ λιμόδορον, μονόκαυλον...ῥίζαν δὲ ἔχει ὑποστρόγγυλον. *Quod autem statim ab radice cumino subnascitur, et limodorum vocatur, unicaule est... et radice subrotunda innititur.* Sic enim in ed. Ald. et Bas. legitur. Alii αἰμόδορον, ἰμόδερον alii legi malunt, ut Dalecampius in Hist. Plant. p. 485. Sed λιμόδορον omnino scribendum cum Pellicerio sentimus, in notis marginalibus MSS. ad Theophrasti loc. citat. Haab.

Alias privatim. Theophr. Hist. VIII, 10: Ἐνια δὲ καὶ ψώραις, καὶ ἅλμαις, καθάπερ τὸ κύμινον. *Nonnulla etiam scabie atque salsugine percunt, ut cuminum.* H.

Et ocimum. Theophr. Hist. VII, 5: Ὑπὸ δὲ τὸ ἄστρον ὤκιμον λευκαίνεται. Haab.

Omnia vero. Vide quae diximus lib. XVII, cap. 43. Hard.

Flavescunt. Ita MSS. recte, ut diximus lib. XV, cap. 36. H.

Bestiolarum quoque genera innascuntur. Napis culices, raphano erucae, et vermiculi. Item lactucis et oleri: utrisque hoc amplius, limaces et cochleae. Porro vero privatim animalia, quae facillime stercore iniecto capiuntur, condentia in id se; ferroque non expedire tangi rutam, cunilam, mentam, ocimum, auctor est Sabinus Tiro in libro Cepuricon, quem Maecenati dicavit.

LVIII. Idem contra formicas, non minimum hortorum exitium, si non sint rigui, remedium monstravit, limum marinum, aut cinerem, obturandis earum foraminibus. Sed efficacissime heliotropio herba necantur. Quidam et aquam diluto latere crudo inimicam eis putant. Naporum medicina est, siliquas una seri, sicut olerum cicer: arcet enim erucas. Quo si omisso iam natae sint, remedium est absinthii succus decocti inspersus, et sedi quam aizoum vocant:

Napis culices. Auctor Geop. XII, 7, et Theophr. Hist. VII, 5. H.

Porro vero privatim. Quae in porro animalia nascuntur, ἐν τῷ πράσῳ, inde πρασοκουρίδες appellantur: haec stercus avide appetunt, et ibi quiescunt. Tunc venari ea facile est: alias capiendi facultas nulla datur. Theophrast. Hist. Plant. lib. VII, cap. 5. H.

LVIII. *Aut cinerem.* Pallad. I, c. 35, p. 28. Hard.

Siliquas una seri. Praecipue ervinas Theophr. loc. cit. Pallad. l. cit. *Vt olera animalia infesta non generent..... praestare fertur ervum aliquantulum satum, praecipue ubi radices et rapa nascuntur:* Eadem habet Anatolius in Geopon. lib. XII, cap. 7. Hard.

Sicut olerum cicer. Pallad. l. cit. *Cicer intra olera, propter multa portenta serendum est.* Hard.

Arcet enim. Arceri erucas ab olere cicer. Hae tamen ciceri ipsi innasci auctor est Aelianus, Hist. Anim. lib. IX, cap. 39. H.

Et sedi. Subintellige, quam herbam. Id vero iam superius attigit l. XVIII, cap. 45. Vide quae ibi diximus. Columella lib. XI, cap. 3, pag. 405: *Vbi apricis regionibus post pluvias noxias incesserunt animalia, quae a nobis appellantur erucae, graece autem κάμπαι nominantur, vel manu colligi debent, vel matutinis temporibus frutices olearum concuti... Id tamen supervacuum est facere, si ante sationem semina, uti iam praedixi, succo herbae sedi macerata sunt: nihil enim sic medicatis nocent erucae.* Hard.

genus hoc herbae diximus. Semen olerum si succo eius madefactum seratur, olera nulli animalium ob-
2 noxia futura tradunt. In totum vero nec erucas, si palo imponantur in hortis ossa capitis ex equino genere, feminae dumtaxat. Adversus erucas et cancrum fluviatilem in medio horto suspensum auxiliari narrant. Sunt qui sanguineis virgis tangant ea, quae nolunt his obnoxia esse. Infestant culices hortos riguos praecipue, si sint arbusculae aliquae. Hi galbano
3 accenso fugantur. (XI.) Nam quod ad permutationem seminum attinet, quibusdam ex iis firmitas maior est, ut coriandro, betae, porro, nasturtio, sinapi, erucae, cunilae, et fere acribus. Infirmiora autem sunt atriplici, ocimo, curcubitae, cucumi; et aestiva omnia hibernis magis durant: minime autem gethyum. Sed ex his quae sunt fortissima, nullum ultra quadrimatum utile est, dumtaxat serendo. Culinis et ultra tempestiva sunt.

1 LIX. Peculiaris medicina raphano, betae, rutae,

In totum vero. Pallad. lib. I, cap. 35, pag. 31: *Omnia semina horti vel agri feruntur ab omnibus malis et monstris tuta servari, si equae cal varia, sed non virginis, intra hortum ponatur, vel etiam asinae: creduntur enim sua praesentia fecundare quae spectant.* H.

Adversus erucas. Pallad. loc. cit. p. 28: *Aliqui fluviales cancros pluribus locis intra hortum clavis figunt.* Hard.

Sunt qui sanguineis. E sanguinen frutice, de quo XVI, 30. Hard.

Hi galbano. Palladius lib. I, c. 35, p. 29. Hard.

Nam quod ad permutationem. Adversus permutationem, ne mutentur, ne vetustate deteriora fiant. Theophrast. Hist. lib. VII, cap. 6: Τῶν δὲ σπερμάτων τὰ μὲν ἔστιν ἰσχυρότερα, τὰ δὲ ἀσθενέστερα πρὸς διαμονήν, etc. Nam quae reliqua hoc cap. continentur, ea totidem verbis graece habet. H.

Culinis. Ad usum culinarum. Libri antehac editi, *cunilis*, ineptè. Errorem Theophr. retegit, Hist. lib. VII, cap. 6, ubi in eodem argumento habitat: Πρὸς δὲ τὴν μαγειρικὴν χρείαν ἐπὶ πλεῖω διαμένει. *Ad usum culinarium, sive cibarium, diutius perdurant.* Vidit hoc ante nos Pintianus. H.

LIX. *Peculiaris.* Theophrast. de Caus. lib. II, c. 7: *In olerum genere,* inquit, *humoribus salsis iuvantur* ῥάφανος, τεύτλιον, πήγανον, εὔζωμος,

cunilae, in salsis aquis, quae et alioqui plurimum suavitati et fertilitati conferunt. Caeteris dulcium aquarum rigua prosunt. Vtilissimae ex iis, quae frigidissimae, et quae potu suavissimae. Minus utiles e stagno, et quas elices inducunt, quoniam herbarum semina invehunt. Praecipue tamen imbres alunt: nam et bestiolae innascentes necantur.

LX. (XII.) His horae rigandi, matutina atque vespera, ne infervescat aqua sole. Ocimo tantum et meridiana: etiam satum celerrime erumpere putant, inter initia ferventi aqua aspersum. Omnia autem translata meliora grandioraque fiunt, maxime porri, napique. In translatione et medicina est, de-

brassica, beta, ruta, eruca. Haec enim quum aquis salsis rigantur, longe meliora evadunt. H.

Caeteris dulcium. Reliqua deinceps Theophr. Hist. l. VII, c. 5. H.

Minus utiles e stagno. Pessimae salsae, et quae difficile rarescunt, καὶ δυσμανῆ. Theophrast. Plin. legit καὶ τῆς λίμνης. Legitur et apud Theophrast. utiles esse, εὔχρηστα, quae canalibus ducuntur, quoniam herbarum semina invehunt. Plinius legit ἄχρηστα: aut fortassis id vocabulum mutandum putavit, quod alienas herbas videret hortis esse noxias, ut id quidem in pratis sit optandum, fugiendum in horto. At Theophrasti mens fuit aquas illas terram etiam nudam herbis vestire invecto earum semine: quod si praestant, multo magis sperandum in horto culto et consito genitales fore, et alioquin quaevis aqua, dum eruda non sit, etiam pluvia, tantopere laudata Theophrasto, herbas ubivis gignit. Dal.— *Minus utiles e stagno.* Verba haec sunt graeci scriptoris loc. cit. Χείριστα δὲ τὰ ἁλυκά, καὶ δυσμανῆ. (Theophr. male in Stapel. ed. δυσμενῆ. Ed. P.). Plin. vero καὶ τῆς λίμνης, aliunde accepit, ut caetera.

Et quas elices. Elices sunt sulci aquarii, teste Columella lib. II, c. 8. Theophrast. loc. cit. Διὰ καὶ ἐκ τῶν ὀχετῶν ἧττον εὔχρηστα· συμπεριφέρει γὰρ σπέρματα τῆς πόας.

Nam et bestiolae. Theophrast. Ἀγαθὰ δὲ τὰ ἐκ Διός. Ταῦτα γὰρ δοκεῖ καὶ φθείρειν τὰ θηρία γινόμενα, τὰ γόνιμα κατεσθίοντα. H.

LX. *His horae.* Et haec Theophr. Hist. lib. VII, cap. 5. H.

Ocimo tantum. Theophrastus loc. cit. et Pallad. lib. V in Aprili tit. 3, p. 110. Hard.

Omnia autem. Theophrastus loc. citat. qui pro napis, ῥαφανίδας habet, *raphanos.* H.

In translatione. Theophrastus, l. c. ubi pro raphano, ῥάφανον in exemplum affert, hoc est, brassicam: quam Plinius vocabulo graeco expressit. Hard.

sinuntque sentire iniurias, ut gethyum, porrum, raphani, apium, lactucae, rapae, cucumis. Omnia autem silvestria fere sunt et foliis minora, et caulibus, succo acriora: sicut cunila, origanum, ruta. Solum vero ex omnibus lapathum silvestre melius: hoc in sativis rumex vocatur, nasciturque fortissimum: traditur certe semel satum durare, nec vinci umquam a terra, maxime iuxta aquam. Vsus eius cum ptisana tantum in cibis leviorem gratioremque saporem praestat. Silvestre ad multa medicamina utile est. Adeoque nihil omisit cura, ut carmine quoque comprehensum reperiam, in fabis caprini fimi singulis cavatis, si porri, erucae, lactucae, apii, intubi, nasturtii semina inclusa serantur, mire provenire. Quae sunt silvestria, eadem in sativis sicciora intelliguntur et acriora.

LXI. Namque et succorum saporumque dicenda differentia est, vel maior in his quam pomis. Sunt autem acres cunilae, origani, nasturtii, sinapis. Amari, absinthii, centaurei. Aquatiles, cucumeris, cucurbitae, lactucae. Acuti, thymi, cunilae. Acuti et

Omnia autem silvestria. Haec Theophrast. Hist. lib. VII, cap. 6, ubi pro cunila θύμβραν adducit, de qua diximus cap. 50. H.

Solum vero. Lapathum silvestre, inquit Theophr. loc. cit. sativo suavius est ad gustum; succo tamen acidiore est: Τὸν δὲ χυλὸν ὅμως ὀξύτερον ἔχει. H.

Hoc in sativis rumex. Quum in hortis seritur. Vide infra lib. XX, c. 85. Hard.

Silvestre. Dicemus de eo lib. seq. cap. 85. Hard.

In fabis caprini. In globulis fimi, fabae magnitudine, si cuiusque generis semina condantur. H.

Quae sunt silvestria. Theoph. Hist. lib. VII, cap. 6: Πάντα δὲ καὶ ξηρότερα τῶν ἡμέρων· καὶ ἴσως αὐτῷ τούτῳ πολλὰ καὶ δριμύτερα, καὶ ἰσχυρότερα. Hard.

LXI. *Quam pomis.* Quod in pomis saporum sint genera, dictum est antea lib. XV, cap. 32. H.

Sunt autem acres. Theophr. Histor. lib. I, cap. 49: Οἱ δὲ δριμεῖς, οἷον ὀριγάνου, θύμβρας, καρδάμου, νάπους· οἱ δὲ πικροὶ, ἀψινθίου, κενταυρίου. Hard.

Aquatiles. Theophrastus, loc. cit. Ἄλλη δὲ ὑδαρής... οἷον σικύου, κολοκύνθης, θριδακίνης. H.

Acuti, thymi. Prius legebatur,

odorati, apii, anethi, feniculi. Salsus tantum e saporibus non nascitur, aliquando extra insidit pulveris modo, ut cicerculis tantum.

LXII. Atque ut intelligatur vana, ceu plerumque, vitae persuasio: panax piperis saporem reddit, et magis etiam siliquastrum, ob id piperitidis nomine accepto. Libanotis odorem thuris, smyrnium myrrhae. De panace abunde dictum est. Libanotis locis

acuti tantum cunila. At in MS. R. 1, Colbert. etc. *acuti tami*, etc. In R. 2, *acuti tumi.* Nos *thymi* auctore Th. rescripsimus. Sic enim ille, Histor. lib. I, cap. 19: Αἱ δὲ ἤδη δριμύτητά τινα ἔχουσι· καθάπερ ἡ τοῦ θύμου καὶ θύμβρας. *Nonnulli acrimoniam quamdam sortiuntur, ut thymus et satureia.* Hard.

Acuti et odorati. Theophrast. loc. cit. Αἱ δὲ καὶ εὐωδίαν, ὥσπερ αἱ τοῦ σελίνου, ἀνήθου, καὶ τῶν τοιούτων. Hard.

Insidit pulveris modo. Hanc comparationem velut incidentis pulveris Plinius suo sensu excogitavit. Ea nusquam Theophrastus utitur: quamvis multis locis scribat, in ciceris superficie quamdam salsuginem colligi, qua pluviis abluta dum floret, et fructum gerit, planta statim emoritur. Dalec.

Vt cicerculis tantum. Theophrasti ἐρεβίνθους, Plinius cicerculas ubique vocat. Insigniter corruptus ad hunc diem locus hic exstitit, quum ita legeretur, *et circulis tantum aquae.* Auctor emendandi fuit Theophrast. lib. de Caus. Plant. cap. 14, p. 366: Οὐδὲν τῶν φυομένων ἁλυκόν· ὥστε καὶ ἐν ἑαυτῷ τοιοῦτον ἔχειν τὸν χυλόν. ἀλλ' ἐν τοῖς περὶ τὰ ἔξω γίνεταί τις ἁλμυρός, οἷον καὶ τοῖς ἐρεβίνθοις. *Nihil in genere plantarum salsum percipitur: scilicet ita ut in se talem habeat saporem. Sunt enim quorum summam partem dumtaxat salsugo quaedam obducit, ut cicer.* Huius loci vitium subodoratus est ante nos Pintianus, qui ex eodem Theophrasti loco legi censuit oportere, *ut ciceris tantum cutl.* Hard.

LXII. *Libanotis.* Libanotis Dioscor. quadruplex: prima folio feniculi, semine, quod cachrin vocant, et radice candidis: secunda folio similis, semine et radice nigris: tertia folio similis, sed absque caule, flore semine; ἄκαρπος quarta Theophrast. folio lactucae. Praeter has libanotis est coronaria, sive rosmarinus, quam Plinius confundit cum superioribus. Theophrastus tantum duo genera statuit, fructiferam, folio helioselini, semine et radice candidis: et sterilem, folio lactucae. Dalec.

Smyrnium myrrhae. Subintellige, saporem reddit. Prius legebatur, *myrrha myrrhae*, insulse. Ipsa loci sententia prodit, tergeminam modo plantam laudari, libanotidem, siliquastrum, smyrnium: quarum naturae deinceps explanantur. H.

De panace. Lib. XII, c. 58. H.

Libanotis. Oribasii interpres, lib. XI, cap. 204: *Libanotis vero, quam rosmarinum Romani vocant, qua utuntur ii qui coronas nectunt.* Est seseli

putribus et macris ac roscidis seritur semine. Radicem habet olusatri, nihil a thure differentem. Vsus eius post annum stomacho saluberrimus. Quidam eam nomine alio rosmarinum appellant. Et smyrnium olus seritur iisdem locis, myrrhamque radice resipit. Eadem et siliquastro satio. Reliqua a caeteris et odore et sapore differunt, ut anethum: tantaque est diversitas atque vis, ut non solum aliud alio mutetur, sed etiam in totum auferatur. Apio eximunt coqui obsoniis acetum: eodem cellarii in saccis odorem vino
3 gravem. Et hactenus hortensia dicta sint, ciborum gratia dumtaxat. Maximum quidem opus in iisdem naturae restat, quoniam proventus tantum adhuc, summasque quasdam tractavimus. Vera autem cuiusque natura non nisi medico effectu pernosci potest, opus ingens occultumque divinitatis, et quo nullum reperiri possit maius. Ne singulis id rebus contexeremus, iusta fecit ratio, quum ad alios medendi desideria pertinerent: longis utriusque dilationibus futuris, si miscuissemus. Nunc suis quaeque partibus constabunt, poteruntque a volentibus iungi.

Aethiopicum herba Dodonaei p. 310, non rosmarinum hortense nostrum, quod vulgo *romarin* appellamus. Libanotidem in Horto Regio vidimus. Hard.

Radicem habet. Foris nigricantem, intus candidam, Dioscorides lib. III, cap. 87: Ρίζα, καὶ λευκὴ εὐμεγέθης, ὄζουσα λιβάνου. Et paulo ante, genus libanotidis alterum agnoscit, quod radicem habeat, ῥίζαν, ἐκ μὲν τοῦ ἐκτὸς μέλαιναν· ὀλαστεῖσαν δὲ λευκήν. Hard.

Et smyrnium. Illud nimirum, de quo superius dictum est, c. 48. De eo rursum Plinius lib. XXVII, cap. 109. Radicis *odor myrrhae habet qualitatem: unde et nomen.* Galen. de alim. Fac. tom. II, c. 52, p. 363, τὸ σμύρνιον ait, Romae maxima copia distrahi, et habere quiddam aromaticum, καί τι καὶ ἀρωματῶδες ἔχει. Hard.

Aliud alio. Alius sapor alio vincitur. Hard.

Apio. Apio *admixto* in obsoniis coqui mitigant aceti vim. H.

Quoniam proventus tantum, etc. Quoniam uti quaeque proveniant, explicuimus: ac de singulorum natura summatim ac generatim tractavimus. Hard.

EXCVRSVS I

DE SPARTO.

Ad ea Plinii verba, lib XIX, cap. 7:

Sparti quidem usus multa post saecula coeptus, etc.

Stipa tenacissima (*Triand. digyn.* gen. 141 Willd. *Gramin.* Juss. vel *Lygeum Spartum*, gen. 118), λινόσπαρτον est Theophr. Hist. I, 8, spartum Plinio, quo ad conficiendas sportulas et storeas utebantur; alienum plane a σπάρτῳ Aristotelis, Hist. Anim. lib. IX, cap. 40, cuius floribus apes laetentur, quod sine dubio est *Spartium scoparium* (*Diadelph. decand.* gen. 1332 Willd. *Legumin.* Juss.). Classicus autem locus de *stipa* exstat in Strabone, III, 243, ubi de σχοινοπλοκικῇ σπάρτῳ sermo est, quae inter Saguntum et Setabin Hispaniarum uberrime crescit. Sprengel.

Spartum frequens nascitur in collibus arenosis inter *Vaena* et *Alcalal-Real*, atque aliis Baeticae locis; sed omnium abundantissime ab initio Granatensis regni, seu Baeticae limitibus, usque ad Murgim urbem, vulgo *Murçia*, ut non sine causa totus ille tractus Veteribus appellatus sit *spartarius Campus*, quo etiam Nova Carthago, vulgo *Cartagena*, continetur: haec etiam a nonnullis *Spartaria* cognominata est, ob *sparti*, ut credibile est, in eo agro nascentis abundantiam. Nascitur et Valentino agro, atque illud quidem superiore (graeco scilicet sparto) longe uberius et laetius.

Est vero *spartum* hoc, quod Hispanis, apud quos nascitur, etiamnunc *sparto* dicitur; eodem enim in usu hodieque est, quo fuit Plinii temporibus. Nam ex crudo et exsiccato tapetes seu aulaea, storeas, corbes, rudentes aliosque funes Hispani conficiunt: corbes etiam illi in quibus ficus et uvae passae advehuntur, ex eo sparto confecti sunt. Sed ex illo quoque aqua instar lini maceratо, deinde siccato et tuso, calceamenti genus paratur, quod *alpergates* ipsi appellant, funes etiam et alia subtiliora opera. Praefertur autem quod in regno Valentino crescit. Conf. Clus. Rarior. Plant. Hist. lib. VI, pag. ccxx. Ed. P.

EXCVRSVS II

DE TVBERIBVS.

Ad ea Plinii verba, lib. XIX, cap. 11:

Et quoniam a miraculis rerum coepimus, sequemur eorum ordinem, in quibus vel maximum est aliquid nasci aut vivere sine ulla radice. Tubera haec vocantur, undique terra circumdata, etc.

Idem cap. 12: *Simile est et quod in Cyrenaica provincia vocant misy ... et quod in Thracia iton, et quod in Graecia geranion.*

Iterum cap. 13: *De tuberibus haec traduntur peculiariter; quum fuerint imbres*, etc.

Quum omnia haec similibus fere verbis expresserit Athenaeus ex Theophrasto, ut adnotat Harduinus, nobis non inutile visum est, ad locc. citt. interpretationem, nonnulla ex Doct. Schweighaeuseri commentarii sexcerpere, quae Theophrasto, Athenaeo Plinioque ipsi non dubiam, ut remur, lucem afferre possunt.

Θεόφραστος. τὸ ὕδνον, ὃ καλοῦσί τινες γεράνειον, καὶ εἴ τι ἄλλο ὑπόγειον. Latus dubitandi locus, si conferas cum his quae hodie apud Theophr. Hist. Plant. I, 10, sic legunturr: Καὶ τὸ ὕδνον δὲ, ὃ καλοῦσί τινες ἄσχιον, καὶ τὸ οὔτεγγον, καὶ εἴ τι ἄλλο ὑπόγειόν ἐστι, ᾧ οὐδέν ἐστι ῥίζα. Quae autem mox ex eodem citantur verba, ἡ τῶν ἐγγεοτόκων, etc. eorum prorsus nullum vestigium hodie in Theophrasti libris, quatenus quidem publicam lucem viderunt, comparet: qui quum infinitis locis adeo misere aint corrupti mutilatique, optandum etiam atque etiam est, ut, si qua etiamnum, de quo desperare nemo debet, latent in bibliothecarum umbris remedia, ea in lucem denique protrahantur, et omnino subtiliore quodam iudicio, quam a Bodaeo factum est (cui quidem viro doctrina minime defuerat), castigata instaurataque summi Philosophi opera ad naturae cognitionem spectantis a Schneidero aliquo aut Corayo naturae et bonarum litterarum studiosis hominibus in manus tradantur. Casaubonus, prolatis anperioribus Theophrasti ex Hist. Plant. I, 10 verbis, haec anhiecit: » Diaputat eo loci Philosophus de radicis natura, aitque: Si pro radice haberi debeat quidquid sub terra conditum latet, quum alia inter radices fore numeranda .... tum in his etiam tuber quod ἄσχιον vocatur, et vingum, et si quid aliud simile his sub terram gignitur; quorum omnium nihil est radix (Nempe ὧν οὐδέν ἐστι legebat. Sal-

masius contra in Exercit. Plin. pag. 499, legebat: *ὃ οὐδέν ἐστιν ἢ ῥίζα, quod nihil nisi radix est*). *Vingum Aegypti* non semel alibi commemorat Theophrastus; *asehium* invenies nusquam: et simul mirum est, vestigium nullum in hac periodo apparere vocis γεράνειον, quam reperisse constat Deipnosophistam in suo codice Theophrasti » — Pro γεράνειον apud Athenaeum κεραύνιον legendum cum Dalec. censuerat Bodaeus, pag. 34 sq. nempe ex Plin. XIX, 3, 12. At ibi *geranium* veram esse scripturam, non *ceraunion*, quum ex Indice libri XIX Pliniani, tum ex Apuleii testimonio, qui sua e Plinio hausit, evicit Salmas. Exercit. pag. 498, et Harduin. in Emendd. ad Plin. lib. XIX, num. 4. Quo minus apud Nostrum sollicitari constaos librorum scriptura debuit, quam eamdem et paulo ante libri omnes pariter agnoscunt, et ex hoc ipso loco Eustathius repetiit. Iam, quod ait τὸ ὕδνον, ὃ καλοῦσί τινες γεράνειον, id ita accepit Eustath. quasi omne ὕδνον fuisset γεράνειον a nonnullis appellatum: quod quum pugnare videatur cum superioribus, ubi ὕδνον et γεράνειον distinxerat Atheoaeus, suspicatus est Salmas. pag. 499 legendum esse τὸ ὕδνον καὶ ἃ καλοῦσι, etc. At potest enim relativum ὃ apud Nostrum restrictive accipi; ut sit » illud genus tuberum, quod geranium nonnulli vocant »; cum quo non utique pugnat, quod paulo superius seorsim nominatum sit primo *tuber*, dein *geranium*. Quae sequuntur de *misy* et *iton*, quae apud Theophr. desiderari dixi, habet eadem Plinius, XIX, 3, 12. Inde pro olim edito μίσον, μίσυ se correxisse ait Casaubonus, quod quidem et MSS. ipsius agnoscebant, quibus nostri adsentiuntur. Iidem pariter ἴτον dedere (ut est apud Plin.), pro mendoso ἴστον, quod editiones omnes occupaverat. Praeter rationem a Dalecampio huc tractum esse *oetum* Plinio memoratum, XXI, 15, 52, et οὔιγγον, vel potius οὔιτον Theophrasti, I, 11, et alibi, docuere Casaub. et Salmas. Cf. Hesych. in Οὔιτόν. Quod ait τὴν ὀσμὴν ἔχει κρεώδη, non placuit Palmerio, qui καρυώδη legendum contendit, Exercit. lib. II, pag. 485, id est, *nucum* vel *iuglandum* habere *saporem*; quod et verum est, ioquit, in tuberibus. Sed *carnosum* in tubere, cui *misy* nomen, *odorem saporemque* Plinius pariter adnotavit l. e. Non ferendum fore talem saporem, Palmerius ait. At *morillis* etiam, haud ingratis sane palato, pariter carnosum esse odorem saporemque recte dici posse videtur.

Περὶ δὲ τούτων ἰδιόν τι λέγεται, etc. Haec, et quae sequuntur, ad verbum propemodum in latinum sermonem convertit Plinius eodem loco, XIX, 3, 13: » De tuberibus, inquit, haec traduntur peculiariter: quum fuerint imbres autumnales, ac tonitrua crebra, etc. » ὅταν αἱ βρονταὶ, ὡς ταύτης αἰτιωτέρας οὔσης. » Observa numeri enallagen: nisi malis scribere, ὡς ταύτης τῆς αἰτίας αἰτιωτέρας οὔσης. » Casaub. — De *tonitruum* vi ad gigneuda tubera vulgatam fuisse Veterum opinionem ex Iuvenal. V, 116 seqq. docuit idem Casaub. Conf. Plutarch. Sympos. IV, 2: ἀλλ' ἐπέτειον εἶναι. Intellige φυτόν: ni malis ex pervulgata ellipsi pronominis τὶ, aut nominis χρῆμα, interpretari. Post χώρα ὕπαμμος in editis libris ita legebatur, καὶ γὰρ αἰτίαι τοιαῦται: quae verba, utpote absurda, in versione prorsus praeteriit Dalec. Eadem vero et a Casaub. sine animadversione praetermissa esse mireris. Ex utroque nostrorum codicum enotata est huiusmodi scriptura, αί τι cum nescio quo litterarum nexu litteris τι superne adpicto: unde nullo negotio intelligebatur, sic oportuisse ut a nobis est editum, καὶ γὰρ αἱ Τιάραι τοιαῦ-

ται, id est, *nam Tiarae sunt tales*, scil. χώρα ὕπαμμος. Quam eamdem scripturam nunc etiam a sagacissimo Coray ex ingenii coniectura commendatam video. E corruptis verbis ἐν τῇ Ακαρνίδῃ, nisi ἔν τε τῇ (vel ἔν τε) Ακαρνανίδι aut simile quid oportuit, nihil extrico. Ea ipsa verba apud Plinium l. c. praetermissa sunt, ubi tamen et Lampsacus, et Alopeconnesus, et Elis commemorantur.

In Matrunis versu (quem laudat Athenaeus: Οστρεά τ' ἤνεικεν, Θέτιδος Νηρηΐδος ὕδνα. « Ostreaque attulit, Thetidis Nereidis tubera ») doricam ionicamque formam ἤνεικε nostri codices dedere. Iidem, in Diphili verbis, vocabulum φύσει ignorant. In illis, ἐν Ελλησπόντῳ, φησίν, οὔτε ὕδνον γίνεσθαι, οὔτε γλαυκίσκον, οὔτε θύμον, nihil mutant libri: nam quod ex θύμον, *thynnum*, Natalis fecit, ni id prorsus operarum erratum est, ex ingenio interpretis fluxit. Miratus est igitur Casaubonus *glauciscum*, piscem, medium inter duas plantas, *tubera* et *thynnum* nominari; quumque γλαύξ apud rhizotomos herbae nomen sit (conf. Hesych. in Γλαύξ, et ibi Interpp. not. 22), eo inclinabat, ut suspicaretur ab illa voce deductum fortasse nomen γλαυκίσκος quod hic ponitur. Cuius ego quidem vel dubitationis, vel suspicionis nullam causam vidi: *tubera*, et *glaucisci* (pisces) sunt ex eduliis delicatioribus ac paulo pretiosioribus (vide de *glaucisco*, ne longius abeam, III, 102, b. et 103, b.): *thymus*, caepa, vel allium agreste; vulgatissimus praeter mazani, nec is ingratus, tenuiorum Atheniensium cibus; unde de *amicis* et familiaribus inter tenuiores, *eodem thymo vesci*, proverbialiter dictum apud Aristophan. in Plut. 253. Quis deinde sit Nausiclides, qui commemoratur, prorsus mihi incompertum; nisi Ναυσικράτην oportuisse suspicari licet. In huius dicto, quisquis fuerit, ubi ait μήτε ἔαρ, μήτε φίλους, quod pro φίλους *folia* posuit Natalis, quasi φύλλα legisset; idcirco variare libros, ait Casaubonus, et hanc lectionem sibi perplacere profitetur. In quorum neutro mihi probatur docti viri ratio: nam nec commendabile quidquam habitura illa lectio videtur, si vel maxime vetus aliquis codex exhiberet; et Natalis, sic reddens hunc locum, « unde neque ver, neque folia Nausiclidis desertum » satis ostendit, primum, se nullum alium codicem h. l. nisi Venetam editionem ob oculos habuisse, tum vero, ipsum, quid vel legeret, vel diceret, perinde nescivisse. Corruptam illam scripturam διὸ Ναυσικλείδους ἐρημίαν nullus codex MS. agnoscit: nostri recte cum eis quibus Casaub. usus est, sicut in φίλους consentiunt, ita et in id quod edidi, διὸ Ναυσικλείδην (vel Ναυσικλείδη, ut e suis citat Casaubon.) εἰρηκέναι. Dicto vero illi, de quo quaerimus, vocabulo ἔαρ tropica quadam notione accepto, hanc fere vim inesse suspicatus sum: « non licere in illa regione vitam (in iuventute praesertim) laete degere; nec esse ibi amicos, quibuscum aut laute obsonari, aut saltem tenuem caepam laetus comedere possis. »

Υδνόφυλλον, *herbam quae supra tubera nascatur*, commemoravit etiam Hesych. h. v. An bodie rei herbariae peritis comperta talis sit herba, quae tuberum in terra latentium index sit, nescio.

Ασιόφλοια, καθάπερ ὕδνον, μύκης, πέζις, γεράνειον. In πύξος, quod corrupte apud Theophr. legitur, latere id fungi genus quod πέζιξ vel πέζις apud Nostrum, apud Plinium *pezica* dicitur, a Casaub. aliisque monitum est, et paulo ante a nobis observatum. Etiam κράνιον in Theophrasti libris

haud dubie corruptum est: pro quo γεράντιον ex Athenaeo, apud quem mox idem vocabulum eodem modo repetitur, Casaubonus legendum censuit; a quo parum discessit Salmasius, γεράντιον legens, Exercit. Plin. pag. 498. Esse autem γεράντιον (quam scripturam apud Athen. agnoscit etiam Eustath. ad Iliad. O, pag. 1020, 40) *tuberis* (ὑάνου) speciem quamdam, mox ipse Atheuaeus declarare videtur.

J. Schweighaeuser, *Animadversiones in Athenaei Deipnosophistas*, tom. I, pag. 416 seqq.

EXCVRSVS III

DE LASERE VETERVM

Ad ea Plinii verba lib. XIX, cap. 15:

Ab his proximum dicitur auctoritate clarissimum laserpitium, quod Graeci silphion vocant, in Cyrenaica provincia repertum: cuius succum vocant laser; magnificum in usu medicamentisque, etc.

Assa foetida Off., σίλφιον Dioscoridis et Theophrasti, ὀπός Hippocratis, ὀπὸς Μηδικός, Παρθικός, Κυρηναϊκός nonnullorum, *laser* et *laserpitium* Pliuii et Latinorum, *althit* Avicenoae, σκορδολάσαρον quorumdam recentiorum Graecorum, *hingh* Persarum et Indorum, *stercus diaboli* nonnullorum. Est gummi-resinae species compacta, cerse instar lenta et sequax, ex variis splendentibus grumis, partim albicantibus aut flavescentibus, partim rufescentibus, incarnatis aut violaceis, in glebas grandiores coacta; odore viroso, ad allium accedente, sed vehementiore; sapore amaro, acri, mordace. Huius duae species prostant in officinis: una impura, turbida ac sordescens; altera pura, subrubens, translucens, quae multas elegantes, albas lacrymas habet. Ex Persia et India orientali ad nos transportatur. Probatur recens, fragrans et foetida, non nimis pinguis, lacrymis, seu grumis puris et translucidis referta. Vetus, unctuosa, nigra, opaca; arena, corticibus, similibusque coinquinata reiicienda est.

Celebris fuit ille succus apud Veteres non solum ad medicamenta, sed etiam ad intinctus et embammata. Eius duae species distinguebantur, ratione loci ubi nascebatur: alius Cyrenaicus, qui in Cyrenaica Africae provincia colligebatur, praestantior: alius Medicus et Persicus, qui ex Media et Perside afferebatur, vulgatior, et minoris pretii. Cyrenaicus odorem myrrhae vehementem spirabat, teste Dioscoride: Persici odor magis virosus, ad allii vel porri odorem accedens, unde scordolassrum dictus fuit. Non multum a sagapeni odore discrepabat; quandoquidem Dioscorides sagapeni odorem medium esse inter silphii et galbani odorem, et silphium sagapeno adulterari narrat. Cyrenaicus itaque a Persico differebat, quod odorem minus virosum haberet, halitum oris, sicut vulgaris, non adeo inficeret, nec diu odorem in ore superstitem relinqueret.

Succus Cyrenaicus iam Plinii tempore non amplius reperiebatur. Vnus tantum caulis laserpitii tunc temporis in Cyrenaica provincia repertus Neroni principi missus fuit. Nec iamdiu Romam aliud invehebatur laser, quam quod in Perside, Media aut Armenia large nascebatur, sicut hodie adhuc ibi nascitur.

Magna fuit inter scriptores controversia de assa foetida Off. utrum illa

esset silphium, laser, et succus Cyrenaicus Veterum, necne? Hae autem fuerant eorum dubitandi rationes:

1.° Quod laser apud Veteres tanta esset in existimatione, ut Cyrenaei Batto fundatori suo, obsequii et gratitudinis causa, silphii plantam obtulerint; et numisma cusum fuerit, in quo ex una parte Batti effigies expressa erat, ab altera Cyrenaei regnum et silphium Batto offerentes apparebant. Vnde proverbia: Batti silphium, et silphio dignus. Iidemque Cyrenaei Delphis Apollini quotannis silphii caulem ex agri sui opibus offerebant.

2.° Quod inter condimenta palato magis grata, et inter medicamenta praestantiora, tum Cyrenaicum, tum Persicum et Medicum laser recenserentur. Quod Plinius testatur lib. XIX, cap. 15: » Ab iis (tuberibus nempe et fungis) proximum dicetur auctoritate clarissimum laserpitium, quod Graeci silphion vocant, in Cyrenaica provincia repertum: cuius succum vocant laser; magnificum in usu medicamentisque, ad pondus argenti denarii pensum. Multis iam annis in ea terra non invenitur, etc. Diuque iam non aliud ad nos invehitur laser, quam quod in Perside aut Media et Armenia nascitur large, sed multo infra Cyrenaicum, etc. «

3.° Quod praestantissimum silphium, Cyrenaicum nempe, odore blando et gustu grato donatum fuisse a pluribus diceretur, in quo longe videretur discrepare ab assa foetida nostra, utpote graveolente, foetidissima, et omnibus nunc praesertim Europaeis adeo exsecranda, ut stercus diaboli nominetur.

Verum si tanti fuerit pretii silphium apud Cyrenaeos, Graecos et Latinos; non minor est apud Persas et Asiaticos populos ferme omnes assae foetidae aestimatio: ea enim cibus deorum ab ipsis nuncupatur. Nec ad illam obtinendam durum illius messis laborem recusant, super aspera montium iuga, seu deurentis solis ardoribus per plures dies pererrantes.

Nec assa foetida silphium palato magis gratum fuit, quum odorem adeo virosum et vehementem exhalaret, ut κάκοσμον φυτάριον a nonnullis dictum fuerit. E contra Indi, quibus assae foetidae esus familiaris est, suaveolentem eam iudicant et pro re lautissimi saporis habent.

Praeterea non exigenda haec res est ad gustum nostrum. Multa enim, qua odore, qua sapore placuisse antiquo aevo liquet, quae hodie ingrata sunt ac foetent. Mali citrei odorem plerosque Veterum exsecratos esse scimus. Haec gustuum morosa diversitas hodie quoque regnat. Multi ab allio in tantum abhorrent, ut halitum eorum pati nequeant, qui id esitaverint; tantum abest ut ipsi gustare sustineant. Aliis tamen adeo sapidum condimentum est, ut in carnes quibus vescuntur, illud passim infarciant: adeo verissimum est super saporibus non movendam esse disputationem. Eamdem in odoribus levitatem nostra vidit aetas. Tam grata ante quinquaginta annos ex Moscho aromata ita obsoleverunt, ut posteris forsan illius indoles obscura futura sit, quibus scilicet eiusdem graveolentiam seu noxium odorem cum pristina suavitate componere difficillimum videbitur.

Nec aliter iudicandum est de illo silphio praestantissimo Cyrenaico, cui nonnulli comparative sane odorem blandum et saporem gratum assignaverunt. Dioscorides succum Cyrenaicum Persico minus virosum esse dicit; sed odorem virosum non omnino illi denegat. A Persico in eo tantum dif-

ferre pronuntiat, quod animum non adeo inficeret, nec diu odorem in ore superstitem relinqueret, et quod lenissimum halitum daret.

Quum igitur de Persia ut loco natali laseris et assae foetidae hodie fere omnes conveniant; quum usus hodie idem sit apud Indos assae huius, qui apud Veteres laseris fuit, existimatio eadem; quum assa in Perside hac aetate eodem prorsus modo praeparetur, quo olim silphii succus; ac denique quum Cyrenaici silphii succus a Persico non differat, nisi foetoris remissione: ideo concludendum est silphium, laser et succum Cyrenaicum Veterum, atque foetidam assam officinarum, non esse succos diversi generis, et inter eos perparum interesse discriminis.

Planta, quae Graecis silphium dicebatur, Latinis vero laserpitium, secundum Theophrastum et Dioscoridem, radice erat multa crassaque; caule, qui *maspetum* vocabatur, simili ferulae; folio apio simili; semine lato et foliaceo: unde a quibusdam φύλλον, folium dicebatur; succus vero ex caule et radice profluens a quibusdam Graecorum ὀπός per excellentiam, et ὀπὸς σιλφίου, a Latinis laser nominabatur.

Omnes huius plantae partes in usum medicum et culinarium veniebant. Non tantum autem succum distinguebant ratione regionum ex quibus advehebatur, sed etiam ratione partis ex qua prodibat; sic alter ex caule καυλίας, alter ex radice ῥιζίας dicebatur: vilior hic est. Sunt, inquit Theophrastus, veluti certae mensurae caedendae radicis, quibus quantum conferre putant ad futuram caesuram reservantes, reliquum abscindunt; quae quidem caedendae radicis mensurae adhuc observantur in Persia, ut paulo post videbimus.

Verum enimvero quae ab illis auctoribus de illo succo eiusque planta scripta sunt, tantum abest ut illius historiam dilucidarent, ut e contra illam maiori obscuritatis caligine involverint. Garcias ab Horto folia coryli ipsi tribuit. Iacobus Bontius eumdem succum ex duplici planta extrahit, scilicet ex planta quadam sarmentosa, salici aquaticae fere simili, et ex alia radicibus crassissimis raphanos referentibus et foliis tithymali. Quidam Mandesso unam esse fruticosam plantam, sarmentosam, foliis parvis orizae *similibus* dicit; alteram vero rapi folio, colore viridi folia ficuum referente. Alii philyreae speciem esse volunt. Vllusque nihil certi de hac planta pronuntiaverat, donec Engelbertus Kaempferus, dum Persiam et Indiam peragraret, indagandae huius herbae cupidine motus, 40 vel 50 milliarium iter emetiretur laboriosa peregrinatione, ac tandem genuinam et accuratissimam illius historiam et descriptionem in Amoenitatibus exoticis promulgaverit.

Planta sicut et succus in Persia *Hingiseh*, et per Indiam *Hiing* saepe indiscriminatim nuncupantur. Vsitatius tamen est vocabulo *Hingiseh* plantam, *Hiing* ipsam lacrymam exprimere. Itaque *Hingiseh* Persis: umbellifera, levistico affinis, foliis instar poeoniae ramosis, caule pleno maximo, semine foliaceo, nudo, solitario, brancae ursinae vel pastinacae simili, radice assam foetidam fundente, Kaempfer. Amoen. exotic. fascicul. III, 535. Radicem habet ad plures annos restibilem, magnam, ponderosam, nudam, extus nigram, in solo limoso laevem, in sabuloso scabram et quadamtenus rugosam, ut plurimum pastinacae instar simplicem, saepe paulo a capite duabus vel pluribus divaricationibus brachiatam, cuius fastigium e tellure pro-

minens fibria setarum instar surrectis, ex fusco rufis, rigidis, confertim stipatur velut in peucedano: cortex ei pinguis est, succosus, facile, dum radicem solo extrahis, abscedens, concavitate glabra et humida: substantiam obtinet ponderosam, instar rapae solidam candidissimamque, plenam succi pinguis, albissimi, foetidissimi, porracea odore nares horride ferientis; qui ex ea collectus, Persis *Hugh*, Europaeis assa foetida appellatur. Folia sero autumno ex vertice progerminant sex, septem, et pro radicis magnitudine plura vel pauciora, quae per brumam luxuriosae vigent, adultoque vere exarescunt. Folium autem est ramosum, planum, longitudinis cubitalis, folii poeoniae ut plurimum figuram, levistici substantiam, colorem, et laevitatem exhibens: odorem obtinet succi odore remissiorem, saporem cum amaritie et aromatica acredine hircosum. Structura constat ex acapo et ramo: scapus spithamalis et amplius longitudinis est, humano digito tenuior, quadamtenus striatus, nervosus, coloris herbacei, circa basim ex mutuo complexu canaliculatus, caetera teres. Ramus alas refert impariter adversas quinque, rarius septem, palmaris et amplius longitudinis, oblique surrectas, imas superioribus longiores: alae utrimque in lobos dividuntur incerto numero plures, inaequalis magnitudinis, oblongos, et quadamtenus ovatos, in aliis plantis peraogustos, longiores, ad costam usque et largiori intervallo distinctos, adeoque pauciores et solitarios, quasi singula folia referant; in aliis vero latiores, breviores, et ob parciorem divisionem continuos: sinibus sive incisuris plerumque ovatis vel orbiculatis, pro varia naturae ludentis genio, qui saepe in foliis diversarum eiusdem speciei plantarum adeo discrepat, ut eiusdem speciei folia esse vix appareat. Lobi autem oblique surrecti sunt, subtus angusto ductu per costae latera demissi, coloris ex glauco virentis, laeves, exsucci, rigidi, fragiles, prona facie subconcavi, nervo donati unico tenui, qui a costa per longitudinem inaequaliter decurrit, raro lateralibus aliis socistus: magnitudo incerta est, quam reducere ad longitudinem triuncialem, latitudinem plus minus pollicarem liceat. Ante radicis interitum qui ut plurimum sera aetate evenit, una cum foliorum fasciculo emergit caulis simplex, rectus, teres, quodammodo striatus, glaber, herbaceus, in orgyiae (*brasse*), sesquiorgyiae vel maiorem longitudinem luxuriose exsurgens, crassitie in una quanta manus complexum superat, ex qua paulatim factus tenuior in ramos paucos, hi vero in umbellas, ferulaceorum lege, divelluntur. Foliorum vestitur rudimentis per intervalla palmaria alternatim consitis, quorum bases latae, membranosae, turgidae, caulem inaequaliter et utcumque decussatim amplexantur, dilapsaeque impressis signant vestigiis genicula mentientibus. Medulla farcitur geniculis haud intercepta, copiosissima, candidissima, fungosa, paucis permixta fibris brevibus, vagis, in longum exporrectis. Umbellae pedalis, aliae spithamali vel breviori stylo nixae in radios explicantur plusculos 10, 15, 20 in orbem dispersos; qui singuli quasi subalternas umbellas reddituri in radiolos paucos alios 5 vel 6 biuncialis longitudinis terminant, axillis brevibus tenuissimisque sustentantes semina nuda ac surrecta. Semen est planum, foliaceum, ex fusco rufum, figurae ovatae, sphondylii vel pastinacae hortensis semini non absimile, hoc tamen paulo maius et nigrius, quadamtenus pilosum sive asperum, tribus notatum striis, una per mediam longitudi-

nem, reliquis per fimbriam arcuato ductu ad apices utrimque productis: odore donatur exiguo, porraceo, sapore gravi, acute amarescente: medullam seu verum semen in medio fovet atram, compressam, figurae ex ovato mucronatae. Flores Kaempferus non vidit, sed ex aliorum relatione praeparvos dicit, et in albidum pallentes: auctor pentapetalos esse non dubitat.

In Persia haec planta nascitur; et omnia assa foetida quae in Europam affertur, ex sola Persia venit. Non ubique tamen reperitur, sed in duobus tantummodo huius regni locis crescit, nempe in campis montibusque circa *Heraat*, emporium provinciae *Chorasaan*, et in provincia *Laar*, supra montium iugum quod a flumine *Cuur* usque ad urbem *Congo*, secundum Persici sinus tractum extenditur, duabus, tribus, pluribusve parasangis (3600 pas.) a littore. Vtrobique tamen succi ferax quocumque loco planta non est: sed circa Heraatum, ea saltem quae campestre desertum occupat; in tractu Laarensi, tantum illa quae crescit in montibus vicinis territorio et oppido *Disguun*, quae his in regionibus ultra citraque germinat, vel succi inops est, non redditura colligenti operae pretium; vel si redditura fuerit, non colligitur. Vltra Disguunum herba dulcescere dicitur, et foetorem paene exuisse; adeo ut caprarum greges foliis vescantur avide, et eorum esu mire pinguescant. Solum amat sabulosum, cum intersperso limo aridum et saxosum. Raro in solo humido aut terra pingui reperitur.

Plantae duplicem nonnulli constituunt speciem: unam quae lacrymam stillat parcam, macriorem, odoris et virtutis debilioris, quae *Hus jeb* dicitur; alteram quae succum uberiorem profundit, pinguiorem, foetidiorem, ideoque praestantiorem. Verum Kaempferus illas plantas non differre nisi ratione soli natalis asserit.

Longaevitatem radici miram esse narrant, et aemulam vitae humanae; ex quo monstrosam aliquando magnitudinem consequitur. Si loci conditio ferat, nec in ferulam (quod aliquando accidit) prima aetate efferatur, longitudinem ulnae et perae humanae crassitiem assequi affirmant: quum mediae aetatis est, surae vel brachii; annuam vero pollicis crassitiem exhibere, cui longitudo proportione semper respondeat. Nulla radix invenitur, quae ante ferulae productionem succum non fundat: si vero suo relinquatur fato, in caulem serius ocius assurgit, et semen gignit; quo producto, exhauritur radicis succus, arescit planta, atque radicitus moritur.

Omnis assa foetida nunc ex radice manat sauciata. Nulla autem ex caulibus, vel sponte fluens, vel ante expressa amplius colligitur; ac proinde nulla est amplius in scapariam et radicariam Veterum divisio. Radix quadriennio minor parum lactescit, et nunquam secatur: quo autem vetustior et maior, eo maiorem impertitur lacrymae copiam. In transversum dissecta summum discum perfundit lacte suo succo; inspecta attentius, duplicem prodit substantiam, aliam firmiorem et fibratam, aliam magis spongiosam, congenerem et mollem. Exsiccatae radici evanescit omnis mollior substantia; fibrata remanet, at in stupeam quasi medullam contrahitur, dum rugosus cortex de amplitudine sua parum amittit. Succus ex utriculis suis recens emanans, candidissimus, liquidus et pinguis est, cremore lactis exacte similis, adeoque omnis exsors lentoris: ad aëris vero solisve contactum colorem subfuscum induit, et coalescens lentorem quoque. Foetor virtutis index;

quo maior est, eo meliorem assam testatur: at ille in recenti lacryma vehementissimus est, et cum eo quem concreta et antiquior redolet, qualem Europa recipit, nullo modo comparandus. Kaempferus affirmat unam recens effusae drachmam maiorem spargere fastorem quam centum libras vetustioris, quem siccum aromatarii nostrates venumdant.

Theophrastus in sua Plantarum Historia refert certas esse caedendae radicis mensuras. Et revera certus modus certaeque mensurae in caesione radicis ad succi extractionem adhuc in Persia observantur. Ea est autem illius collectionis ratio a Kaempfero relata, quae absolvitur quatuor actibus seu excursionibus ex vicinis pagis ad Hingiferorum montium iuga.

1.° Collectores ad montes affluunt medio aprilis, quo tempore huius plantae folia pallescunt, et a vigore suo in marcorem declinant; et per vasta montium spatia secedunt, procul sese dissociantes: ita ut qui ex compacto in communem censum colligere proposuerunt, seu singulae domus, seu familiae cognatae, seu vicatim et a pluribus initae societates, alium atque alium occupent montis tractum, quem ad messem inibi instituendam sibi assignant. Solet societas quatuor vel quinque hominum sibi vindicare circiter bis mille stirpes. In hoc tractu plantas unusquisque aemula alacritate adortus, primo terram quae radicem in circuitu proxime ambit, compactam videlicet, ope ligonis quo armatur, ad palmi spithamaeve profunditatem eruit; ita ut modica longitudine radix nudam se prodat. 2° Scapos foliorum transversa manu apprehensos intorquendo a radice avellit: ab impedimento quoque fibrarum quae hirsutam mitram referunt, radicis fastigium repurgat, quo ramoto rugosam calvariam exhibet. 3.° Terram manu vel ligona rarefactam radici rursus ad verticem usque circumponit. Tum avulsa folia, et si quod aliud herbae genus adest, in fasciculus aptata his radicibus imponunt, superaddito lapide, ne a vento hic saepe vehementissimo longe lateque auferantur et dispergantur. Hoc opus est tegumento, quo a radiis solaribus radix nuda tueatur; quia ab iis semel percussa intra diem putrescit. Radicibus sic praeparatis (quod intra triduum fere absolvitur), collectores relictis montibus lares repetunt.

Elapso triginta vel quadraginta dierum intervallo, turba colligentium ad montes affluens specialiter secedit in loca quaeque sua, ut ex radicibus priori actu praeparatis liquoris tributum exigat. Instrumentis ad hoc necessariis muniri debent, scilicet cultro acutissimo pro radice resecanda, spathula pugillari ferrea lata fronte ad abradendam lacrymam, patella seu calyculo femori affixo in quo succi ablatam portionem subinde recondant, et gemina corbe ex humero baiulanda pro reponenda et reportanda collecti succi annona. Notandum est societatem unamquamque loci illius tractum quem messi suae deligit, atque ideo omnem in eo radicum copiam in duas classes dividere, circa quas, missa alterutra, alternis diebus occupetur; quandoquidem, ablato succo, radix unius diei integri intervallum requirit, tum pro recuperando quem transmittat liquore novo, tum pro effusi necessaria quadam inspissatione.

Collectores statim atque ad hunc locum pervenerunt, singuli singulas accurrunt ad radices; remotisque umbraculis, egerunt manu aliquam terrae ambientis portionem, quanta operationi obstaret. Quo facto, radicis verti-

cem, quousque hirsutus fuerat, per transversum abscindunt; ita ut truncus discum exhibeat planum, in quo exsudans liquor post biduum excipiendus, sine defluvii periculo subsistere possit.

Tum ut in priore actu sauciatam radicem a sole rursus defendunt ea cautione, ne fasciculus herbaceus impositus discum attingat, hoc fine in arcum quodammodo cogendus, emanantem succum alioquin discussurus.

Postero die in alterum locum migrant, atque eodem modo radix truncatur, omnique studio rursus operitur. Tertio die in priorem locum regressi, remotis umbraculis, liquorem in superficie depositum spatha extergunt, et subinde deponunt in receptaculum quod femori inhaeret. Tunc remota terrae accumbentis portione quanta sectioni obest, arescentem disci superficiem resecant, ablato tantum orbiculo tenuissimo vix culmum avenaceum crasso. Satis enim est, si vel extima, quae poros claudebat, superficies auferatur, qua non possint prae siccitate occlusi ductus succum dimittere. Collectores subinde patellas deplent, et in receptacula maiora, vel in folia humi strata gummosum succum deponunt, ut soli expositus magis indurescat. Sic diversum a nativo candore colorem induit pro partium mollitie, et situ diverso qui torrentes radios inaequaliter admittit: radice cooperta, labor finitus est. Quarto die ad alterius loci radices redeunt. Gummosus succus colligitur; remoto terrae obstaculo, radices rescinduntur, rursusque conteguntur. Sicque secundus actus peragitur, singulas radices alternis diebus ter secando et succum bis colligendo. Tunc radices per octo vel decem dies intactae relinquuntur; et annona omnis in corbes congesta, humeris incumbente pertica, domum transportatur, singulis quatuor vel quinque hominum societatibus spolium librarum circiter quinquaginta referentibus. Huius primae collectionis lacryma non habetur pro assa optima, sed inferioris notae.

3.° Postquam radicibus mora octo vel decem dierum pro recuperando succo indulta est, ad novam messem iterum auspicandam accedunt, ad radices primae classis; remotisque umbraculis et impedimentis terrae, nova colligitur lacryma; abscissoque summo orbiculo, vulnerata radix herbis operitur. Postero die secundam classem adeunt; et sic alternis diebus eadem operatio per tres vices in eadem radice instruitur, ac tandem radices denuo coopertae relinquuntur.

4.° Exacto domi triduo, collectores ad radices redeunt, et ambae radicum classes ter alternis diebus resecantur. Denique sectione intermissa, radicum reliquiae non opertae relinquuntur, libero aëri et radiis solaribus expositae, et brevi intermorituraе: sic Hingifera messis ut plurimum absolvitur. Nam si radices grandiores, id est, vicenariis maiores reperiantur, non tam cito dimittuntur, nisi postquam fere exhaustae fuerint.

Prisci medici multas et praeclaras virtutes laseri tribuerunt: narrant illud intus sumptum paralysi et nervorum vitiis mederi, menses et urinam ciere, concoctioni ciborum plurimum conferre, mentem ab aegritudine recreare, venena telorum et serpentum exstinguere, corpora pinguefacere, pesti et malignis morbis mederi, hydropi, ictero, pleuretidi, contractionibus spasmodicis, asthmati, respirationi difficili, tussi et raucedini conferre; externe admodum lienes tumidos resolvere, admotum vulvae menses mo-

vere, pedum clavos ferro circumscarificatos mistum cerae estrahere, venenatis vulneribus, animalium venenatorum ictibus, hulceribus non maturescentibus, carbunculis excrescentibus circa aedem, podagricis doloribus et rheumaticis plurimum conducere.

Garcias ab Horto et alii asserunt nullum medicamentum simplex per totam Indiam maiore in usu esse quam foetidam assam, tum in medicina, tum in condiendis cibis. Eam enim solent Indi fere omnes et praesertim Baneanes suis iusculis et oleribus commiscere, confricato primum ex ea lebete; nec alio condimento utuntur omnibus in cibis. Sumunt quoque assam tamquam medicamentum ad deiecti appetitus fastidia tollenda, stomachum roborandum, flatus discutiendos et venerem excitandam.

Galenus tamen lib. VIII de Simpl. omnes silphii partes flatulentae essentiae esse pronuntiat, ac proinde coctu difficiles; foris tamen impositas corpori efficaciores esse et potissimum succum, cui admodum attrahentem facultatem tribuit, et praeterea vim excrescentias emolliendi et liquandi.

Plinius quoque laser cum cibis mistum difficilis coctionis accusat: inflationes et ructus producere, et urinae noxium esse dicit. Insuper illius usum in odontalgia timet, magno experimento hominis qui se ea de causa praecipitavit ex alto. Addit etiam laser tauros inflammare naribus illitis. Vnde nec temere externe admovendum est.

In Europa assa foetida non solum ex condimentis procul reiicitur, sed etiam in medicamentis propter odoris gravitatem rarius usurpatur: utiliter tamen in colicis flatulentis, in hystericis affectionibus, quum externe, tum interne praescribitur. Convenit quoque pro pellendis mensibus, lochiis et secundinis: diaphoresim et sudores potenter movet: humores malignos a centro ad circumferentiam pellit, unde plurimum confert in febribus malignis, variolis et morbillis: nervorum quoque affectionibus sicut et paralysi medetur. Praescribitur a granis xij ad 3j, vel etiam ad 3ii usque. In asthmate cum ovo sorbili sumpta commendatur, et tamquam efficacissima praedicatur contra vim opii et caeterorum narcoticorum: odore mulieres a suffocatione hysterica liberat: externe admota potenter emollit et resolvit; unde ad lienis tumores resolvendos commendatur.

Conf. *Tractatus de Materia medica*, auctore Geoffroy tom. II, pag. 606, seqq. et Garcias ab Horto apud Clusium, *Exotic.*

Laserpitium, Graecis dictum silphion, expressum est in multis Cyrenaicae provinciae nummis; hodieque frequens est in agris circa portum Cyrenarum, nunc *Derne*. Anno 1706 illud vidit observavitque Cl. Le Maire; diciturque *silphione*, vel *serpissione*; Arabibus *cefit*, aut alio nomine *serra*.

Quod ad laser pertinet, in Perside, Media Armeniaque nascens, nobis dicitur *assa foetida*; et illa tantis in deliciis adhuc est in Oriente, ut regi Bisnagariae regionis diceretur cibus deorum, quod in Germania dicitur *stercus diaboli*. Vide P. Angelum *de S. Joseph*, in *Pharmacopoea Persica*. Brot. in notis ad hunc locum.

Post Cl. Geoffroy, nihil fere est quod de *lasere* Antiquorum, aut adici

nobis debeat, aut necessarium omnino videatur: est tamen quod ad Sprengelianam opinionem nos inclinare valeat virorum rei herbariae peritissimorum auctoritas, qui nempe *laserpitium Cyrenaicum* ad *Ferulam Tingitanam* referunt, *laserpitium* vero *Persicum* ad *Ferulam Assam foetidam* (*Pentand. digyn.* gen. 539 Wild. *Ombellif.* Juss.) consentiente Sprengelio. Hic autem *Ferulam Persicam* esse dicit, ex qua forte *sagapenum* eliciebatur, ὁπὸς πόας καρθηκοειδοῦς, γενομένης ἐν Μηδίᾳ, κ. τ. λ. Diosc. III, 95.

Laser tantopere apud Antiquos celebratum, Recentiorum investigationes fefellisse videbatur, nisi tandem peregrinatoris cuiusque in veterum plantarum historia versatissimi, cura accessisset. Plantam olim, quae in Libya tantum nascebatur, decreto publico ex solo patrio avehi vetabatur. Postea Cyrenaei libere hanc ad peregrinos tractus migrare siverunt; sed quum difficila alio sub caelo viveret, fieretque deterior, *laseri Cyrenaico*, nihil pretii sui detractum est, quanquam olim pari argenti pondere rependebatur. Hic reponere placet, nec sine quadam iucunditate, nostra quidem sententia, lectores adierint, quae de *lasere* scripsit noster Bernardin de Saint-Pierre, quum laserpitii aliarumque plantarum, quas hodie nomine solo novimus, iacturam deploraret:

a Indépendamment, dit-il, des plantes propres à chaque site, et qui y sont sédentaires, il y en a qui voyagent et qui ne font que parcourir la terre. Ces pérégrinations se concoivent aisément, si l'on suppose, comme c'est la vérité, que plusieurs d'entre elles ne donnent leurs semences que quand certains vents réguliers soufflent, ou à certaines révolutions des courants de l'Océan. Quoi qu'il en soit, je pense qu'il faut mettre dans ce nombre plusieurs plantes connues des Anciens, et que nous ne trouvons plus aujourd'hui. Tel est entre autres le fameux *laserpitium* des Romains, qui achetaient son jus, appelé *laser*, au poids de l'argent. Cette plante, suivant Pline, croissait aux environs de la ville de Cyrène, en Afrique; mais elle était si rare de son temps, qu'on n'y en voyait presque plus. Il dit qu'on en trouva encore une sous le règne de Néron, et qu'elle fut envoyée à ce prince comme une grande rareté. Nos botanistes modernes croient que le *laserpitium* est la même plante que le *silphium* de nos jardins. Mais il est évident qu'ils se trompent, d'après les descriptions que les Anciens, entre autres Pline et Dioscoride, nous en ont laissées. Pour moi, je ne doute pas que le *laserpitium* na soit du nombre des végétaux destinés à parcourir la terre, d'orient en occident, et d'occident en orient. Il est peut-être à présent sur le rivage occidental de l'Afrique, où les vents d'est auront porté ses semences; peut-être aussi, par les révolutions du vent d'ouest, sera-t-il revenu au même lieu où il était du temps d'Auguste, ou qu'il aura été porté dans les campagnes d'Éthiopie, chez des peuples qui n'en connaissent pas les propriétés prétendues admirables. Pline cite encore plusieurs autres végétaux qui nous sont également inconnus aujourd'hui. Nous observerons que ces apparitions végétales ont été contemporaines de plusieurs espèces d'oiseaux voyageurs, qui ont pareillement disparu. On sait qu'il y a plusieurs classes d'oiseaux et de poissons qui ne font que parcourir la terre et les mers; les uns, dans une certaine révolution de jours; les autres, au bout

d'un certain période d'années. Plusieurs plantes peuvent être soumises aux mêmes destins. Cette loi s'étend même jusque dans les cieux, où il nous apparait de temps en tems quelque astre nouveau. La nature, ce semble, a disposé ses ouvrages de manière qu'elle a toujours en réserve quelque nouveauté pour tenir l'homme en haleine. Elle a établi, dans la durée et l'existence des différents êtres de chaque règne, des concerts d'un moment, d'une heure, d'un jour, d'une lune, d'une année, de la vie d'un homme, de la durée d'un cèdre, et peut-être de celle d'un globe: mais celui-là n'est sans doute connu que de l'Être suprême ».

Confer. quoque nost. Castel, *Poème des Plantes* lib. IV, pag. 140. Ed. P.

EXCVRSVS IV

DE LACTVCIS VETERVM.

Ad ea Plinii verba, lib. XIX, cap. 38:

Lactucae Graeci tria fecere genera: unum lati caulis, adeo ut ostiola olitoria ex his factitari prodiderint. Folium his paulo maius herbaceo et angustissimum, ut alibi consumpto incremento. Alterum rotundi caulis: tertium sessile, quod Laconicon vocant.

Voici comme le traducteur, Poinsinet de Sivry, a rendu ce passage:

« Quant aux laitues, les Grecs en ont distingué trois sortes. La première a la tige si large, qu'on en faisait, à ce qu'il disent, des portes de jardin. Ses feuilles sont plus longues que celles de la laitue commune, mais fort étroites, parce que la nourriture de la plante a été employée ailleurs. La seconde sorte a sa tige ronde. La troisième est basse, et de forme ronde, ce qui la fait ressembler à un siége. On la nomme laitue de Laconie. »

Les dénominations grecques données à trois sortes de laitues ne devaient pas concerner la forme de leurs tiges, quoique le terme de *caulos* eût été employé comme devant être le sujet des différences qui les caractérisaient. Ce n'est ni par la largeur, ni par la rotondité d'une tige, qu'on a dû distinguer les laitues. Ces distinctions auraient été d'autant plus extraordinaires, qu'elles n'ont jamais existé: car les tiges de toutes ces variétés de laitues ne présentent rien qui leur soit particulièrement affecté, et à quoi on eût pu donner une sorte de préférence. Mais quand même ces variétés n'eussent eu d'autres caractères que ceux de la tige, et que cette partie de la plante eût seule constitué ces différences, il ne serait pas naturel que ces différences provenant de la tige eussent servi de règle à des divisions; parce qu'autrefois, comme aujourd'hui, la tige d'une laitue, considérée comme plante potagère, ou ce qui revient au même, une laitue qui monte est mise au rebut, et ne peut plus servir que pour la graine.

Je dis donc qu'il est invraisemblable que les Grecs aient choisi le montant de leurs laitues pour marquer les différences qu'on y observait. Dès-lors ces prétendues différences n'ont pas plus existé autrefois qu'à présent; et, en effet, où trouverait-on cette sorte de laitue *platycaulos*, à tige large, c'est-à-dire, aplatie. Oserait-on soutenir que les Grecs en ont cultivé de pareille, et que c'était avec des tiges de cette largeur qu'ils construisaient ces petites portes de leurs jardins. S'il y avait eu effectivement une semblable variété à tige aplatie, pourquoi ne s'est-elle pas conservée jusqu'à nos jours? pourquoi n'en voit-on plus nulle part de pareille? et pourquoi la cause qui

l'a produite ne se renouvelle-t-elle plus? c'est que cette variété, comme je l'ai déja dit, n'a jamais existé; parce qu'elle n'est point dans la nature, et qu'il répugne qu'une espèce produise des variétés qui conservent entre elles des oppositions constantes, fondées sur des caractères invariables. Mais, avant d'entrer dans un plus grand détail, je vais éclaircir un fait qu'on pourrait m'objecter: cet éclaircissement servira de réponse à l'objection que je suppose.

Les botanistes se sont servis du mot *fasciatus* pour désigner un accident que des plantes ont quelquefois donné lieu d'observer sur leur tige, qui, quoique naturellement arrondie, s'aplatit au point qu'elle ne présente que deux surfaces. La buglosse, la vipérine, quelques tithymales, et autres plantes, offrent des exemples de cet accident. Sous cet aspect elles ont la forme d'un long éventail, ou d'une large bande dans laquelle se confondent les rameaux de la plante, et dont la surface est parsemée de feuilles et de fleurs qui lui sont adhérentes. Mais ce changement, ou plutôt cette dégénération, qui est l'origine d'un nouveau type, naît d'un accident particulier occasionné par un moule. Qu'on se figure un passage à travers lequel une plante naissante, dont la tige sera herbacée, ne pénétrera que difficilement; si l'espace formé par ce passage est étroit et long, la tige se moulera sur ce vide, et de ronde ou de carrée qu'elle eût dû être, elle sera plate. Mais cet accident se borne à elle seule, et une telle monstruosité cessera pour ne se reproduire que par la même cause.

Cette objection ne servirait de rien, si on la faisait pour réaliser l'aplatissement de la laitue, lequel peut avoir lieu comme celui des plantes dont je viens de parler; mais qui, dans ce cas, ne serait opéré que par le même accident, sans qu'il en résultât une variété propre à se perpétuer par la voie de la génération. Il pourrait donc se faire qu'un individu de laitue acquît une tige large, si cette tige lors de son premier développement était obligée d'enfiler une ouverture étroite et longue, capable de résister à la force de la plante naissante. Mais une telle laitue ne transmettrait point aux graines qu'elle produirait cette forme aplatie, effet de la gêne qu'elle a éprouvée à mesure qu'elle sortait de terre.

Je vais au devant d'une objection qu'on pourrait encore m'opposer. Par exemple, cette variété de la poirée à large côte qui se perpétue, et qui offre une sorte de mets dont on ne fait usage qu'en pareil cas.

Cet exemple est bien différent de celui de la laitue. Dans celle-ci il s'agirait de la tige, et dans la poirée il est question de la côte, qui est naturellement aplatie: ainsi toute la différence consiste dans le plus ou le moins. Quand cette côte devient si large, elle ne fait qu'empiéter sur la feuille, aux dépens de laquelle elle acquiert cette largeur; mais elle ne change rien à sa forme ordinaire; et, sans se dénaturer en aucune sorte, elle obtient une plus grande dimension.

Il n'y a donc rien là qui justifie la prétendue variété de la laitue, d'autant moins vraisemblable, qu'elle répugnerait à tous les principes.

M'alléguera-t-on que cette laitue à tige plate était une espèce et non une variété, je demanderais d'où vient qu'elle ne se trouve plus nulle part, et d'où vient qu'elle n'a d'autre représentant parmi nous que la laitue longue,

comme la laitue ronde et la laitue pommée sont les représentans de celles qu'on appelait *rotundicaulis* et *sessilis*.

La laitue considérée comme plante potagère n'est guère recommandable que par sa feuille, encore faut-il qu'elle parte du collet de la racine, et qu'elle soit jeune et tendre, sans quoi elle perd tout son prix. Aucune autre partie de la plante n'a donc pu mériter l'attention de ceux qui ont distingué les variétés dont elle pouvait être susceptible. Autrefois, comme à présent, on a dû être frappé de toutes ces différences. Mais qui s'aviserait aujourd'hui de les rechercher dans la forme d'une tige, au préjudice des marques sensibles qu'offre le feuillage, qui, au premier aspect, se décèle, tandis que la tige ne présente aucun trait remarquable.

S'il était vrai que cette partie, chez les Grecs, eût été le signe distinct de ces laitues pour les reconnaître, il aurait fallu attendre qu'elles eussent poussé leurs tiges, et, ce qui revient au même, qu'elles n'eussent plus été bonnes à manger: or, je demande s'il est vraisemblale qu'une dénomination ait été choisie de préférence sur la tige d'une plante plutôt que sur ses feuilles, tandis que les caractères dérivés de la tige doivent être regardés comme nuls, tandis que l'apparition de cette tige met la plante même au rebut, tandis enfin que nous voyons aujourd'hui l'application de ces caractères, faussement tirés de la tige, se produire sur la feuille.

Mais, en tout ceci, il ne s'agit que d'une erreur de mots. Les Grecs, par ceux de *platycaulos*, de *sphaerocaulos*, n'ont pas prétendu distinguer leurs laitues par la forma de leurs tiges. J'ai fait voir assez sensiblement que cette distinction ne pouvait avoir eu pour objet une partie si peu sujette à des changements remarquables; et, en effet, je le répète encore, quel cas fait-on d'une laitue montante? quelle sorte de mérite peut-on lui accorder, si on en excepte celui de la propagation?

Il est donc hors de doute que les Anciens n'avaient envisagé en tout ceci que la forme du feuillage de la laitue, et nullement celle de sa tige qui ne se montrait pas encore, quand cette herbe passagère réunissait ses meilleures qualités.

Le mot *caulos* n'était pas uniquement approprié à la tige d'une plante, il désignait le chou par excellence. Chez les Latins (1) ce même terme était synonyme de *thyrsus*, et n'était par conséquent point borné comme le mot français *tige* à exprimer une seule partie de la plante: il avait une signification bien plus étendue, et s'appliquait, comme nous l'avons déja remarqué, à la totalité d'une herbe, ou à quelqu'une de ses parties, telles que les feuilles et les côtes de ces mêmes feuilles.

Pline me fournit une preuve de ce que j'avance:

Inventum omnes thyrsos vel folia lactucarum prorogare urceis conditos.

Il résulte, de ce passage, que le thyrse n'était pas seulement une sorte de tige, mais quelquefois un feuillage. Or, si le *caulos* des Grecs est aussi le *caulis* et le *thyrsus* des Latins, ces thyrses dont parle Pline, et qui ne sont autre chose, selon lui, que des feuilles, n'ont rien qui doive les faire diffé-

(1) *Olus caulesque quibus nunc principatus hortorum apud Graecos, in honore fuisse non reperio.* Plin. lib. XIX, cap. 8.

rer de ces laitues qu'il appelle *laticaulis* et *rotundicaulis*, puisque nous venons de dire que ces trois termes de *caulis*, de *thyrsus* ou de *folium* expriment chez Pline la même chose.

Sur cet article le traducteur est en défaut, parce qu'il distingue les thyrses des feuilles, malgré la particule *vel*, qui ne peut être rendue que par celle de *ou*. Voici comment il a traduit cette phrase :

« On a imaginé de conserver dans des pots de terre les tiges et les feuilles de laitue. »

Mais je demande s'il y a apparence qu'on se soit jamais avisé de conserver des tiges de laitue, puisque, comme tout le monde le sait, une laitue montante est une laitue de rebut ; n'est-il pas visible que *thyrsus* et *folia* signifient ici la même chose, et avec d'autant plus de raison, que la laitue ne poussant ordinairement qu'une tige garnie de plusieurs feuilles, Pline n'aurait pas employé le terme de *omnes* à l'égard de la tige, comme il s'en est servi à l'égard des feuilles qui sont nombreuses dans le sens de cet auteur. *Omnes thyrsos* signifie la plante en entier, qui, dans cet état, n'était composée que d'un assemblage de feuilles.

Par tout ce que je viens de dire, je crois avoir assez établi qu'il n'a pas été question chez les Grecs ni les Romains de la tige de la laitue, par rapport aux différences dont cette plante était susceptible. Mais quelles sont ces parties qui ont dû alors comme aujourd'hui être choisies de préférence ? Ce sont celles sur lesquelles s'impriment principalement ces marques qui les distinguent, marques faciles à reconnaître. Leur simple indication me paraît expliquer un texte jusqu'à présent mal entendu.

La laitue grecque, appelée en latin *laticaulis*, se rapporte à une des laitues longues. Sa feuille, selon Pline, est fort étroite, mais, en revanche, sa côte est très-large, et semble s'être accrue aux dépens de la partie restante, *ut alibi consumpto incremento*. Le traducteur de Pline, qui a cru que ce mot *laticaulis* signifiait *tige large*, s'est imaginé que les feuilles de cette laitue n'étaient étroites, que parce que la nourriture de la plante avait été employée ailleurs, c'est-à-dire, à la tige ; mais s'il était vrai que ces feuilles n'eussent été étroites, que parce que la tige absorbait la plus grande partie de la nourriture de la plante, celles de ces feuilles qui ont précédé la tige, ne devraient pas être étroites, puisque cette cause ne subsistait pas encore : quelle pouvait donc être cette partie de la plante qui, selon Pline, rendait la feuille étroite, *consumpto incremento*. N'est-il pas visible que c'était la côte de la feuille toujours existante, plutôt que la tige, qui, comme nous l'avons si souvent répété, ne pouvait servir absolument qu'à la fructification ; qu'autrefois, comme de nos jours, on ne laissait croître que pour en recueillir la semence.

Cette laitue, que nous appelons longue, est la même que celle des Grecs à large côte. La variété s'en est conservée avec ce principal caractère, qui consiste à avoir une grosse et large côte. *Longioris has (graecas) folii, caulisque lati*, dit Pline quelques lignes plus bas. Sur quoi je remarquerai encore que le mot *caulis*, au lieu de se rapporter à la tige de la plante ; se réfère visiblement à la feuille, et que cette prétendue tige de la feuille n'est autre chose que sa côte.

La laitue ronde, *rotundicaulis*, a ses tiges plus arrondies, et ses côtes beaucoup plus étroites que la précédente. Si on traduisait *rotundicaulis* par *tige ronde*, cette expression ne présenterait aucune idée applicable à la forme de cette laitue, qui n'a reçu cette dénomination qu'à raison du port général de son feuillage, auquel a trait le mot *caulis*, qui, chez les Grecs, avait une acception beaucoup plus générale que chez les Latins, quoique ceux-ci en l'adoptant ne l'aient pas restreinte à la tige, et s'en soient servi pour désigner tantôt le chou en entier, ou d'autres herbes potagères. Quoi qu'il en soit, il est bien certain que la tige de cette laitue ne peut avoir contribué en rien à l'appellation qu'elle avait reçue.

La laitue de Laconie, qui est plus basse que les autres, et que Pline caractérise assez par le mot *sessilis*, n'est pas de forme plate, comme le prétend son traducteur, qui veut encore qu'elle ressemble à un siége. C'est faute d'avoir compris cette signification, qu'on lui en donne une aussi ridicule qu'étrange : car c'est tout comme si l'on disait d'une personne assise qu'elle ressemble à une chaise. Cette laitue de Laconie n'avait été appelée du nom de *sessilis*, que parce qu'elle s'élevait moins que les autres, ce qui la rapprochait de la terre, et l'y faisait paraître comme assise.

Je ne suis entré dans ce long détail, que parce qu'il m'a paru que personne ne s'était occupé jusqu'à présent de fixer l'opinion que les Grecs et les Latins avaient eue au sujet de cette plante potagère, sur laquelle la culture a tant de prise. Mais je ne puis terminer cet article, sans citer un passage qui ne trouvera point de contradicteurs :

« Nam ut vel omnibus coquis notum est, quo vetustior fuerit lactuca, eo amarior evadit, qui fit, ut, quum excaulescere coeperit, epulis non amplius sit idonea, quare tum culinis abdicatur. » Tragi Hist. Plant. pag. 258.

Il ne resterait donc d'autre ressource pour justifier le sentiment qu'on a embrassé, et contre lequel je me suis élevé, que de prouver qu'autrefois les laitues étaient meilleures quand elles avaient développé leurs tiges, à moins qu'on ne prétendît, au défaut de cette preuve, que le goût des Anciens fût différent du nôtre, et que ce qu'ils estimaient alors est aujourd'hui déchu de son mérite.

Plinius, lib. XIX, cap. 39:

Neque ex eodem genere possunt dici, neque ex alio intubi, hiemis patientiores, virusque praeferentes, sed caule non minus grati.

« Sans qu'on puisse dire que les chicorées sont du genre des laitues, on ne saurait dire non plus qu'elles soient d'un autre genre. Elles supportent mieux l'hiver. Leurs feuilles ont un goût fâcheux ; mais leurs tiges ne sont pas moins bonnes que celles de la laitue. »

(Conf. Poinsinet de Sivry, ibid. cap. 8, pag. 117.)

Ce que nous venons de dire de la laitue, s'applique encore mieux à la chicorée, dont la tige dure et coriace n'a pas été autrefois plus recherchée qu'elle ne l'est de nos jours. Pour peu qu'on réfléchisse, on jugera qu'il s'agissait de toute autre chose que de la tige, et que cette partie de la plante en était exclue toutes les fois que la chicorée était bonne à manger.

Plinius, lib. XIX, cap. 40:

Species summa (betae) in latitudine.

« Ce sont les plus larges poirées qu'on estime les plus belles. »

(Conf. Poinsinet de Sivry, ibid. cap. 8, pag. 118.)

Quoique Pline ne se soit pas expliqué touchant la partie qui, en s'élargissant, donnait lieu à cette préférence, j'estimerais qu'il s'agissait de la poirée à large côte qu'on mange en friture, et qui a cet avantage sur celle dont la côte est étroite.

Ex notis ineditis Cl. Gerardi.

Digitized by Google

EXCVRSVS V

DE LAPSANA, SIVE CHARA

Ad ea Plinii verba lib. XIX, cap. 41 fin.

Nec non olus silvestre est trium foliorum, divi Iulii carminibus praecipue iocisque militaribus celebratum: alternis quippe versibus exprobravere lapsana se vixisse apud Dyrrachium, praemiorum parsimoniam cavillantes: est autem id cyma silvestris.

Locus Caesaris est, de Bello Civili III, 48: « Est etiam genus radicis inventum ab iis qui fuerant cum Valesio, quod appellatur chara, etc. » (Conf. Caesar. t. II, p. 253 edit. nostrae.)

Multa et varia de hoc genere plantarum coniectavere D. Vossius, et Oberlinus, in Mantissa observationum pag. 828 editionis suae. Optime, quidquid difficultatis supererat, extricavit Vir Cl. Cuvier, cuius auctoritas, quae tanti momenti est in his omnibus quae ad naturalem historiam pertinent, nulli sane hic detrectabitur: « Le *Chara* dont parle César était une racine qui se mangeait cuite dans du lait: et d'après un passage de Pline (liv. XIX, ch. 41), la plante dont les soldats de César se nourrirent près de Dyrrachium, et que Pline nomme *lapsana*, était une espèce de chou sauvage. Or il existe, à l'état sauvage, dans toute la Hongrie, une plante de la famille des choux, dont les racines, longues quelquefois de quatre pieds, et grosses comme le bras, se mangent cuites dans du lait, et servent d'aliment dans les temps de disette. Clusius l'a décrite imparfaitement sous le nom de *Tagaria Vngarica* (Caroli Clusii rariorum Plantarum Hist. lib. VI, p. 191, cap. 14). M. Jacquin en a donné une meilleure description sous celui de *Crambe Tataria* (Nic. Jos. Jacquin, Miscellanea Austriaca vol. II, p. 274). M. Thiébaud de Bernaud a lu en 1814, à l'Académie des Sciences, un Mémoire pour prouver, ainsi que Clusius l'avait soupçonné, que cette plante est le *Chara* de César, et la chose me paraît incontestable. Pour bien entendre le passage de Pline, il faut substituer aux mots *trium foliorum* qui sont dans l'édition de Hardouin, le mot *triumphalis* tiré de quelques manuscrits et approuvé par Daléchamp. Il donne seul un sens raisonnable. Le *Chara* des botanistes modernes, ainsi nommé depuis Vaillant, est une petite herbe aquatique qui n'a rien de commun avec celle de César ». G. Cuvier.

EXCVRSVS VI

DE ASPARAGO ET CORRVDA

Ad ea Plinii verba lib. XIX, cap. 42 :

Est et aliud genus incultius asparago, mitius corruda, passim etiam montibus nascens, etc.

Poinsinet de Sivry a rendu ainsi ce passage :

« Il y a une autre sorte d'asperge qui ne tient pas tant du cultivé que celle des jardins, mais qui est plus douce que l'asperge sauvage : elle croît communément sur les montagnes ».

Pline parle visiblement ici de l'espèce naturelle des asperges qui ne diffère de celle des jardins que par le défaut de culture, et qui croît sur les montagnes. Cette espèce, ajoute-t-il, ne se cultive point, et n'est point piquante comme le *corruda*. Le vrai sens d'*incultius* se trouve déterminé par le lieu natal de cette asperge, qui vient communément sur les montagnes. Il faut, par conséquent, le rendre par le mot *inculte*. Mais cette asperge, quoique inculte, a les feuilles molles, en quoi elle diffère du *corruda*, qui est une autre sorte d'asperge dont les feuilles sont très-roides : il ne faut donc pas traduire *mitius* par *plus douces*, parce que les feuilles du *corruda*, au lieu d'être douces, sont piquantes. Ainsi ces deux termes d'*incultius* et de *mitius*, bien loin d'exprimer un rapport, marquent une différence, et quoiqu'ils soient au comparatif, ils ne doivent cependant avoir qu'une acception positive.

Le *corruda*, comme j'ai dit, est une espèce d'asperge différente de celle qui croît sur les montagnes. Celle-ci est appelée par les botanistes *asparagus silvestri tenuissimo folio*, et ne diffère de celle des jardins que parce qu'elle n'est pas cultivée. L'autre asperge, appelée *corruda*, est l'*asparagus foliis acutis*, auquel on peut joindre quelques autres espèces d'asperge qui croissent dans les pays chauds, dont les feuilles ressemblent à des épines, et sont tout aussi piquantes.

On voit par là combien est défectueuse cette version, dans laquelle on suppose 1.° que cette asperge de montagne ne tient pas tant de la cultivée que celle des jardins, tandis que son lieu natal exclut toute apparence de culture ; 2.° qu'elle est plus douce que l'asperge sauvage, sans qu'on spécifie si cette douceur vient du goût qu'elle a, ou de la nature de la feuille, qui doit être douce au toucher ; 3.° où l'on traduit *corruda* par asperge sauvage, tandis que l'asperge qu'on oppose à ce *corruda*, bien loin d'être domestique, est à coup sûr sauvage, puisqu'elle croît sur les montagnes.

Voici comme il me paraît que ceci devrait être rendu :

« Il y a une autre sorte d'asperge qui vient sans culture, et qui croît sur les montagnes : elle n'est point piquante comme le *corruda* ».

Cet article a donné lieu à une note, dont voici un extrait :

« L'asperge a à peu près le même nom dans toutes les langues, si ce n'est que les Latins l'appellent aussi *corruda* ».

Le mot asparagus est générique et collectif. Il est générique, en ce qu'il désigne toutes les espèces d'asperges dont l'ensemble constitue le genre. Il est collectif, parce que sous ce nom les Anciens comprenaient les pousses, les bourgeons, les tiges tendres de plusieurs plantes cultivées, et de celles surtout qui ont de l'analogie avec l'asperge, et dont le développement est le même.

Le nom de *corruda* a été donné à quelques asperges, mais non à celle des jardins, ni à celle des montagnes, de laquelle celle des jardins dérive. Celle-ci a conservé le nom d'*asparagus*, et on a donné celui de *corruda* à d'autres espèces qui croissent dans les pays chauds, dont les unes ont leurs feuilles roides, et les autres leurs tiges garnies de piquants ou de feuilles piquantes. C'est donc par défaut d'attention qu'on a prétendu que les Latins appelaient *corruda* toute sorte d'asperges. On aurait dû préalablement distinguer les espèces, assigner le nom de *corruda* à celles qui avaient été ainsi nommées, et ne point donner une signification aussi étendue à un mot inapplicable à l'espèce, et aux variétés qui ont toujours conservé le nom d'*asparagus*.

Ex notis ineditis Cl. Gerardi.

EXCVRSVS VII

DE CAREO.

Ad ea Plinii verba, lib. XIX, cap. 49:

Peregrinum et Careum, gentis suae nomine appellatum, culinis principale. In quaeumque terra seri vult, ratione eadem, qua olusatrum. Laudatissimum tamen in Caria, proximum Phrygia.

Dans la supposition que le *careum* de Pline était notre *carvi*, on a jugé à propos de donner la description de cette plante d'après l'auteur d'un dictionnaire d'histoire naturelle (Conf. Poinsinet de Sivry, cap. 8, pag. 142.). Mais comme cette description n'est pas des plus fidèles, j'ai cru devoir relever les inexactitudes qui s'y rencontrent.

« C'est une plante qui pousse plusieurs tiges hautes d'un pied et demi, rondes, rameuses, nouées, carrées et vides. »

Le carvi n'a qu'une tige rameuse; ses branches, qui ne sont point des tiges, ne peuvent être en même temps rondes et carrées: elles sont cylindriques et cannelées.

« Ses feuilles naissent comme par paires le long d'une côte, et découpées menu. »

Les feuilles du carvi sont alternativement comme celles des plantes ombelliferes, dont il a tous les caractères. Les divisions de ces feuilles sont d'abord opposées, mais les sous-divisions sont alternes.

« Les fleurs qui sont blanches, disposées en lis, naissent sur des ombelles soutenues aux sommets de la plante. »

Les fleurs du carvi n'ont aucun rapport avec celles du lis, sous quelque aspect qu'on les envisage; et, de toutes les plantes liliacées, il n'y en a aucune qu'on puisse comparer, je ne dirai pas seulement au carvi, mais encore à quelque ombellifère que ce soit.

Qu'entend-on par des ombelles soutenues au sommet de la plante? Est-ce que les ombelles ne font pas partie de la plante, et n'en constituent-elles pas la sommité?

« A ces fleurs de peu de durée succèdent des graines longuettes, convexes d'un côté, concaves de l'autre, ornées de trois cannelures d'un verd obscur, d'une odeur de fenouil, etc. »

Les graines du carvi ne sont point concaves; elles sont aplaties du côté où elles se touchent. *Hinc gibba, inde plana*, dit Tournefort, et c'est à peu près ainsi que s'exprime Linnée: *inde convexa, inde plana.*

En voilà plus qu'il n'en faut pour juger du mérite de cette description, qui a été calquée sur celle qu'on peut lire dans le traité des drogues de Lemery, passable pour son temps, et qu'on aurait pu absolument parlant faire

figurer encore dans ces notes sur Pline. L'auteur de ce dictionnaire n'a pas voulu paraître entièrement copiste de Lemery, et il a eu tort; partout où il a mis du sien ses bévues sont lourdes, nous allons voir.

1° Lemery ne dit point que les tiges du carvi soient rondes et carrées; il les fait seulement carrées.

2.° Le même auteur ajoute que ses fleurs sont disposées en fleur de lis; mais cette comparaison n'a point la fleur du lis pour objet, c'est la fleur de lis des armoiries que Lemery désigne, dont tout le monde connaît la forme, qui a des traits assez marqués avec les fleurs de la plupart des ombellifères, dont les pétales sont inégaux, et qu'à raison de cette inégalité on appelle fleurdelisées.

Au lieu de copier exactement Lemery, on a retranché du mot *fleur de lis* celui de *fleur*, et on a dit que les fleurs du carvi étaient disposées en lis, sans même faire attention à la particule *de*, qui indiquait le rapport évident avec la fleur de lis des armoiries.

3.° En parlant des sommets qui soutiennent les ombelles, Lemery rapporte ces sommets aux tiges; mais il se garde bien de dire que les ombelles sont soutenues aux sommets de la plante.

4.° Et finalement le même auteur n'assure pas que la graine soit concave; mais ce qu'il ne tait point, quoiqu'on n'en dise mot dans cette description que nous venons d'analyser, c'est que la racine du carvi est longue, charnue, assez grosse.

Ex notis ineditis Cl. Gerardi.

EXCVRSVS VIII

DE RAPHANO, BRASSICA, NAPO, etc.

Quum in Clar. Gerardi notis ineditis, multa notatu digna nobis viderentur, de raphano, brassica, etc. quae in notulis nostris locum non obtinerent, operae pretium fore duximus, omnia haec uno sub titulo comprehendere, capitibus accurate notatis.

Plinius, lib. XIX, cap. 36:

Raphanus utique iucundior detractis foliis antequam decaulescat.

« Du moins il est certain que les raiforts sont meilleurs quand on les effeuille, avant qu'ils ne perdent d'eux-même leurs tiges. »

(Conf. Poinsinet de Sivry, ibid. cap. 7, pag. 106.)

Rien de plus déplacé que cette remarque, s'il faut lire *decaulescat*; mais en substituant *caulescat*, elle présente un sens raisonnable. On sait que le raifort, ou pour mieux dire sa racine, n'est plus mangeable quand sa tige est formée, que cette racine devient spongieuse, et perd de sa bonté en proportion de l'accroissement de la tige. Quel avantage retirerait-on de cette pratique, qui consisterait à effeuiller les raiforts avant qu'ils perdissent leur tige, puisqu'il suffit qu'ils commencent à la pousser pour cesser d'être bons à manger. Il paraît donc que Pline doit avoir conseillé d'effeuiller les raiforts avant qu'ils soient montés. Cette manœuvre, en retardant la pousse, tourne au profit de la racine, qui s'accroît davantage; ainsi tout porte à croire que ce passage a été altéré. Selon l'expression du texte adoptée ici, on ne pourrait se défendre de juger qu'autrefois, pour avoir de meilleurs raiforts, on attendait pour les effeuiller, non seulement que leur tige eût acquis une parfaite maturité, mais qu'elle fût même à la veille de se dessécher, ce qui bien loin d'être la marque de leur bonté, n'est qu'un signe de réprobation.

Plinius, lib. XIX, cap. 41 :

Genera eius (brassicae, Cato) facit tria: unam extentis foliis, caule magno.

« Et quant à leurs differentes espèces (de choux, Caton) il en établit trois : les uns ont la feuille grande et la tige lungue. »

(Conf. Poinsinet de Sivry, ibid. cap. 8, pag. 120.)

Ce chou, selon Caton, a une grosse tige, *caule magno*. Cette tige peut même être raccourcie, sans cesser d'être grosse ; ce qui est bien différeot d'une longue tige, qui devient souvent d'autant plus grêle, qu'elle s'allonge davantage.

Plinius, lib. XIX, cap. 41 :

Tertiam (brassicam) minutis caulibus, lenem, teneram, minimeque probat.

« Les derniers (choux) dont il fait le moins de cas sont doux et tendres, et ont la tige menue. »

(Conf. Poinsinet de Sivry, ibid. cap. 8, pag. 120.)

Si ces choux étaient doux, c'eût été une marque de leur bonté, qui n'aurait pas dû les faires mettre au dernier rang, puisque d'ailleurs ils avaient la qualité d'être tendres. Mais il s'en fallait de beaucoup qu'ils eussent cette douceur dont on les gratifie d'après l'épithète de *lenis*, laquelle ne concerne uniqnement que la surface de la feuille, qui était lisse et douce au toucher. Un passage de Caton plus étendu, et qu'on ose citer, décide la question. La voici : »

« Item est tertia, quae lenis vocatur, minutis caulibus, tenera tenuioribus foliis, et acerrima omnium est istarum, tenui sulco vehementissima. »

On voit donc bien positivement, par ce que dit Caton, que cette troisième sorte de chou ne pouvait pas être douce, puisqu'elle était *acerrima omnium* ; ce qui n'empêchait pas qu'elle ne fût lisse et tendre : ces deux qualités ne sont pas incompatibles avec l'âcreté qui peut dominer dans une plante.

Plinius, lib. XIX, cap. 41 :

Cymas a prima sectione praestat (brassica) proximo vere. Hic est quidam ipsorum caulium delicatior teneriorque cauliculus.

« Après avoir été coupés une fois, ils poussent (les choux) des tendrons au printemps suivant. Ces tendrons viennent à l'extrémité de la tige, et sont très-délicats. »

(Conf. Poinsinet de Sivry, ibid. cap. 8, pag. 122.)

Si les choux poussent des tendrons après qu'on les a coupés, ces tendrons, qui ne sont que de jeunes tiges selon Pline, ne peuvent point sortir de l'extrémité de la tige du chou, puisqu'on ne les obtient qu'en rasant ce chou. Or, ces tendrons ou tiges naissantes qui remplacent celle qui a été coupée, bien loin de venir de l'extrémité d'une tige, ne peuvent partir que de la racine, ce qui est bien différent.

Plinius, lib. XIX, cap. 41 :

Praecipuus fit caulis sapore ac magnitudine, primum omnium si in repastinato seras : dein si terram fugientes cauliculos seces.

« Celui qui veut avoir des choux bien gros, et d'un bon goût, doit d'abord les semer dans un terroir qui ait eu deux façons; ensuite il doit leur couper les premières tiges qui sortiront. »

(Conf. Poinsinet de Sivry, ibid. cap. 8, pag. 122.)

Pline ne dit point qu'il faille couper les premières tiges qui sortent, mais celles qui fuient la terre, c'est-à dire celles qui n'y tiennent presque point, dont les racines sont superficielles, et hors d'état de renforcer une plante naissante. Au surplus, on ne trouve rien dans le latin qui soit applicable à cette pratique, laquelle consisterait à couper les premières tiges de choux, et on ne peut guère comprendre quelle sorte d'avantage elle procurerait.

Plinius, lib. XIX, cap. 41:

Caetera genera (brassicae) complura sunt. Cumanum sessili folio, capite patulum.

« Au reste, il y a plusieurs sortes de choux : ceux de Cumes jettent leurs feuilles sans pédicules, et ont la tête grosse. »

(Conf. POINSINET DE SIVRY, ibid. cap. 8, pag. 122.)

Le mot *patulus* doit être pris dans un sens différent de celui qu'on a adopté. Pour ne point s'écarter de la signification qu'il eût fallu lui donner, on aurait dû dire que les feuilles qui forment la tête de ce chou sont évasées.

Plinius, lib. XIX, cap. 58 :

Naporum medicina est, siliquas una seri, sicut olerum cicer : arcet enim erucas.

« On garantit les navets de vermine, en les semant avec des caroubes, et les choux, en les semant avec des pois chiches qui éloignent les chenilles. »

(Conf. POINSINET DE SIVRY, ibid. cap. 10, pag. 154.)

Cette précaution est indiquée par Théophraste, mais avec la différence qu'au lieu de semer des caroubes pour garantir les navets de la vermine, il veut qu'on sème des ers, autrement dits orobes. Pline, sans avoir fait attention au mot ὄροβος, qui n'était susceptible d'aucune difficulté, crut qu'il fallai lire λοβός, qu'il traduisit par *siliquas*. De méprise en méprise, son traducteur s'est figuré que ces siliques devaient être des caroubes.

Ex notis inditis Cl. Gerardi.

C. PLINII SECVNDI
NATVRALIS HISTORIAE

LIBER XX.

I.

Maximum hinc opus naturae ordiemur, et cibos suos homini narrabimus, faterique cogemus ignota esse, per quae vivat. Nemo id parvum ac modicum existimaverit, nominum vilitate deceptus. Pax simul in his aut bellum naturae dicetur, odia, amicitiaeque rerum surdarum ac sensu carentium: et, quo magis miremur, omnia ea hominum causa, quod Graeci sympathiam appellavere: quibus cuncta constant, ignes aquis restinguentibus, aquas sole devorante, luna pariente, altero alterius iniuria deficiente sidere. Atque ut a sublimioribus recedamus, ferrum ad se trahente magnete lapide, et alio rursus abigente a sese: ada-

I. *Quibus cuncta constant.* Mira est, inquit, rerum etiam sensu carentium consensio et conspiratio ad hominum utilitates procurandas: quam conspirationem se veluti condolentiam et commiserationem Graeci συμπάθειαν vocant; etsi ignes et aquae quibus cuncta constant, sol ac luna, quibus cuncta gignuntur, perpetuum sibi bellum indixisse videantur. Hunc locum Plinianus quum non intelligeret, mutilum esse et vitiatum falso existimavit: et *antipathiam* addi hic oportere. H.

Et alio rursus abigente. Nempe *Theamede* lapide, de quo XXXVI, c. 25. Alio nempe lapide, ut diximus, abigente ferrum. Ita MSS. omnes, ipsaque loci sententia ita legi postulat. Frustra sunt Mathiol. Caesius, aliique, qui *allio* hic scriptum a Plinio autumant, quo eius viri auctoritate magnetis et allii dissensionem et antipathism stabiliant: quasi magnes allio

mantem opum gaudium, infragilem omni caetera vi et invictum, sanguine hircino rumpente, quaeque alia in suis dicemus locis, paria, vel maiora mira. Tantum venia sit, a minimis, sed a salutaribus ordienti, primumque ab hortensiis.

II. (I.) Cucumim silvestrem esse diximus, multo infra magnitudinem sativi. Ex eo fit medicamentum, quod vocatur elaterium, succo expresso e semine. Cuius causa nisi maturius incidatur semen, exsilit, oculorum etiam periculo. Servatur autem decerptus una nocte: postero die inciditur arundine. Semen

confricatus ac perunctus ferrum non trahat. Albertum tamen Magnum scimus ita sensisse, Mineral. lib. II, tract. 2, c. 11, et ante eum Zoroastrem in Geop. lib. XV, c. 1, et Ioli. Tzetzen, Chiliad. 4, Hist. 140, v. 407. Sed illud haud dubie nunc Plinius spectat, quod alibi planius expressit, nempe lib XXXVI, cap. 25: *Alius rursus*, inquit, *in eadem Aethiopia nan procul mons gignit lapidem theameden, qui ferrum omne abigit, respuitque. De utraque natura saepius diximus*, etc. et quidem nunc primum de utraque dicit. H.

II. *Cucumim... diximus*. Superiore libro, c. 24. Dioscorides, lib. IV, c. 154: Σίκυς ἄγριος τῷ καρπῷ μόνῳ διαφέρει τοῦ ἡμέρου σίκυος· ἐλάσσονα πολλῷ ἔχων. etc. H.

Elaterium. Ita vocatur a Celso, lib. V, c. 12. Galen. in expl. voc. Hippocrat. tom. II, p. 89: Ελατήριον, οὐ μόνον τὸ ἀπὸ τοῦ ἀγρίου σικύου γιγνόμενον, ἀλλὰ καὶ πᾶν τὸ τὴν κάτω κοιλίαν καθαῖρον. *Elaterium non salum ex silvestri cucumere factum, sed etiam omne quod alvum purgat per infernas partes*. Hesychius: ἐλατήριον, φάρμακον καθαρτικόν. Scribonius Largus, Comp. 70: *Elaterium, qui succus cucumeris silvatici*. Από τοῦ ἐλᾶν, pellere, quasi depulsorium, quod vim purgandi habet acrem. H.

E semine. Hoc est, e fructu. Theophrastum consule, ita statuentem, Hist. lib. IX, c. 10: Τὸ δὲ σπέρμα χυλισθὲν ποιεῖ τὸ ἐλατήριον. *Succus expressus e semine facit elaterium*. At Dioscorid. lib. IV, cap. 155: Τὸ δὲ λεγόμενον ἐλατήριον ἐκ τοῦ καρποῦ τῶν σικύων σκευάζεται, etc. ubi parandi idem artificium fuse edocet, quod a Plinio paulo contractius. H.

Nisi maturius. Ante nimirum quam maturitatem sit assequutus. Nam si maturitas exspectetur, tum tactu vel impulsu tenuissima pediculus cucumim destituit, facto ostiola statim internus humor summo cum impetu, una cum semine eiaculatur. Cucumim asininum vocant: ut recte Anguillara, part. 14, p. 294. Vidimus in Horto Regio: est et in Eystetensi: a Dodonaeo pingitur, p. 652. H.

Oculorum etiam periculo. Nam quum exsilit a pediculo, acrem succum emittit, qui oculos contactu laedit. Dal.

Servatur autem. Diosc. l. c. H.

Semen quoque, etc. Ad hauriendam protinus succi abundantiam, quidam,

quoque cinere conspergitur, ad coërcendam succi abundantiam: qui expressus suscipitur aqua caelesti, atque subsidit: deinde sole cogitur in pastillos, ad magnos mortalium usus. Obscuritates et vitia oculo- 2
rum sanat, genarumque hulcera. Tradunt hoc succo tactis radicibus vitium, non attingi uvas ab avibus. Radix autem ex aceto cocta podagris illinitur, succoque dentium dolori medetur. Arida cum resina impetiginem et scabiem, quae psoram et lichenas vocant, parotidas et panos sanat, et cicatricibus colorem red-

ait Dioscorides, cribratos cineres humi inspergunt, et medium cavantes triplicatum linteum obtendunt, per quod elaterium cum humore suo diffunditur. Id autem siccatum in pila conterunt. Longe aliter haec Plinius. Dal. — *Semen quoque.* Semen iterum pro fructu usurpat. Nunc Dioscorides parum ab eo discedit. Harb.

Aqua caelesti. Dioscorides segmina cribro iam illisa, aqua dulci perfundit, et rursum exprimit, totiesque postea lavat, quoad innatans aqua pura maneat. Dal.

Obscuritates. Diosc. l. c. H.

Radix autem. Diosc. lib. IV, cap. 154; Marcell. Emp. c. xxxvi, p. 250; Plin. Val. lib. III, c. 44. Apuleius, c. cxiii, tit. 4: *Ad nervorum dolorem et podagram. Cucumeris silvatici radices in olei cibarii pondo tribus decoques ad tertias, et exinde perunges, sanabuntur.* Et tit. 4: *Cum aceto decocta radix valet contra podagram.* Accepere isti a Celso, IV, 24: *Fovere oportet spongia, quae in aquam calidam demittatur, in qua cucumeris silvestris radix decocta sit.* H.

Arida cum resina. Dioscorid. l. c. Μετὰ ῥητίνης τερεβινθίνης. Aridam autem radicem intellige: ξηρὰ δὲ καὶ λεῖα ἀλφοὺς, λέπρας, καὶ λειχῆνας σμήχει. Adde et Theophr. Hist. lib. IX, c. 10. H.

Quae psoram. Ψώρα scabiei genus est, corporis summam cutem varia erosione depascens, furfuraeque magis quam squamosa ea se remittens. Vulgo, *le mal Saint-Mein.* At λειχὴν impetiginosi morbi genus, quod mentagram Latinos vocasse Plinius auctor est, lib. XXVI, c. 2, foedo pariter cutis furfure totos primum vultus, deinde vero et colla, pectusque et manus occupante, oculis tantum immunibus Martial. lib. XI, c. 99: *Nec triste mentum, sordidique lichenes.* Gallis, *dartre farineuse.* H.

Parotidas. Παρωτίς. *Tumores repentinos sub auribus innatos, parotidas vocamus*, inquit Theod. Priscian. lib. I, c. 8, de parotidibus. Galli, *parotide.* Harb.

Panos sanat. Τὰ φύματα, τὰ πολυποιδῆ, tumores pani similes, sub faucibus et auribus, ac inguinibus. Nonius in Optione: *Qui me miserum miseriorem reddidit, quam panus puerum.* Dal. — *Et panos.* Diosc. φύματα ῥήττει. Φῦμα tumor est praeter naturam obortus in quacumque corporis parte, cum inflammatione: et hos appellant aliqui panos. Celso, lib. V, c. 25, panus dicitur tumor non altus,

dit. Et foliorum succus auribus surdis cum aceto instillatur.

III. Elaterio tempestivus est autumno; nec ullum ex medicamentis longiore aevo durat. Incipit a trimatu. Si quis recentiore uti velit, pastillos in novo fictili igne lento in aceto domet. Melius, quo vetustius: fuitque iam ducentis annis servatum, ut auctor est Theophrastus. Et usque ad quinquagesimum lucernarum lumina extinguit. Hoc enim veri experimentum est, si admotum prius quam exstinguat, scintillare sursum ac deorsum cogat. Pallidum ac laeve herbaceo ac scabro melius, ac leniter amarum. Putant conceptus adalligato semine adiuvari, si terram non attige-

latus, in quo quiddam pustulae simile est. Sunt qui φύγεθλον dici graece velint, et a phymate differre. Vide Gorraeum in Def. med. Apuleius, cap. cxiii, tit. 3, pro pauis tumores dixit. Hard.

Et foliorum. Diosc. l. c. Ἀρμόζει δὲ ὁ τῶν φύλλων χυλὸς ἐνσταζόμενος ὠταλγίαις. Sic et radicis suceum ad sonitum aurium emendandum prodesse Celsus monet, VI, 7. H.

III. *Elaterio.* Theophr. Hist. lib. IX. c. 10: Τίλλεται δὲ τοῦ φθινοπώρου (τὸ σπέρμα), τότε γὰρ βέλτιστον. *Legitur autumno fructus: tunc enim optimus* ad elaterium continuandum. H. — Sic ex MSS. amendav. Harduin. cons. Chifflet. *elaterium tempestivum* Gronovius et al. En. P.

Autumno. Nam planta Augusto floret, fructus autem septembri perficitur. Dal.

Nec ullum ex medicamentis longiore aevo durat. Theophr. Hist. lib. IX, c. 14. Dal.

A trimatu. Dioscorides in prologo praeter veratrum nigrum et album, alia medicamenta scribit inutilia esse a trimatu: elaterium vero a bimatu ad decennium utile esse deiectionibus. Dalec.

Theophrastus. Nunc est in Hist. lib. IX, c. 14. Hard.

Et usque. Humorem servat ad illud usque tempus: quare etiam tum lucernis admotum, lucem exstinguit, ob humoris copiam: Ἀλλ' ἄχρι πεντήκοντα ἐτῶν σβέννυσι προσαγόμενον τοὺς λύχνους· αἰτία δὲ τῆς χρονιότητος ἡ ὑγρότης. Theophrast l. c. Hard.

Lucernarum lumina exstinguit Dioscoridi lucernarum luminibus obiectum facile flagrat, et ardescit. Dal.

Pallidum ac, etc. Cum candore nonnihil humidum. Dal. — *Pallidum.* Sic Dioscorides, lib. IV, cap. 154, candidum ac laeve, gustuque amarum; λευκόν, λεῖον, πικρότατον τῇ γεύσει anteponit alteri quod scabrum est, et porracei herbidive coloris: Τὸ μέντοι πρασίζον, καὶ τραχύ, φαῦλον. Hard.

Putant conceptus adalligato semine adiuvari, si terram non attigerit. Et id quidem superstitiosum. En. P.

rit. Partus vero, si in arietis lana alligatum inscientis lumbis fuerit, ita ut protinus ab enixu rapiatur extra domum. Ipsum cucumim qui magnificant, nasci praecipuum in Arabia, mox in Arcadia, Cyrenis, alii tradunt, similem heliotropio, cuius inter folia et ramos provenire magnitudine nucis iuglandis. Semen autem esse ad speciem scorpionum cauda replexa, sed candida. Aliqui etiam ab eo scorpionium cucumim vocant, efficacissimum contra scorpionum ictus et semine et elaterio, et ad purgandum uterum alvosque. Modus portione virium ab dimidio obolo ad solidum. Copiosius necat. Sic et contra phthiriasim bibitur, et hydropises. Illitum anginas et arterias cum melle et oleo vetere sanat.

Similem heliotropio. Tricocco nimirum, sive scorpiuro heliotropio, de quo lib. XXII, cap. 29. Haec vero non de cucumere quovis, sed de Arabico, Arcadico, Cyrenaicoque accipienda sunt. H.

Semen. Semen cucumere illo peregrino inclusum intelligit. H.

Ad solidum. Ad integrum obolum. Dioscorides, loc. cit. Η δὲ τελεία δόσις, ὀβολός· ἡ δὲ ἐλαχίστη, ἡμιωβόλιον... πλεῖον γὰρ ποθὲν κίνδυνον ἐπιφέρει. H.

Phthiriasin. Φθειρίασις, pedicularis morbus est, in quo pediculi acervatim per cutim erumpunt. Gignuntur vero ii non superficie cutis, ut furfures: *sed in eius* profundo, inquit Gorraeus in Defens. med. H.

Et hydropises. MSS. omnes, *hydropicis.* Sed *hydropises* legi structura orationis iubet. Est autem hydrops morbus, quem Latini aquam intercutem vocant: eius tres species Celsus definit, III, 21. H.

Illitum. Dioscorid. l. c. Συναγχικοῖς δὲ διάχρισμα πρακτικὸν μετ' ἐλαίου παλαιοῦ, ἢ μέλιτος, ἢ χολῆς ταυρείας. De anginis Celsus, lib. IV, cap. 4: *Pestiferum acutumque morbum in faucibus nostri anginam vocant: apud Graecos nomen, prout species est. Interdum enim neque rubor, neque tumor ullus apparet, sed corpus aridum est, vix spiritus trahitur, membra solvuntur, id* 'συνάγχην *vocant. Interdum lingua faucesque cum rubore intumescunt, vox nihil significat, oculi vertuntur, facies pallet, singultusque est, id* ὡς συνάγχη *vocatur. Illa communia sunt: aeger non cibum devorare, non potionem potest: spiritus eius includitur. Levius est, ubi tumor tantummodo et rubor est, coetera non sequuntur, id* παρασυνάγχην *appellant.* Hard.

Anginas. Morbum faucium gravissimum. Plautus in Mostellar. *In anginam ego nunc me velim verti, ut veneficae illi Fauces prehendam, atque enecem scelestam stimulatricem.* Lucilius apud Nonium, *Insperato abiit, quem una angina abstulit hora.* Dal.

Et arterias. Hoc est, fauces, angina

IV. (II.) Multi hunc esse apud nos qui anguinus vocetur, ab aliis erraticus, arbitrantur. Quo decocto sparsa mures non attingunt. Idem podagris cum articuli morbis decoctum in aceto illinunt, praesentaneo remedio. Lumborum vero dolori semine sole siccato, dein trito, triginta denariorum[1] pondere in hemina dato aquae. Sanat et tumores subitos illitum cum lacte mulierum. Purgat eas elaterium: sed gravidis abortum facit. Suspiriosis prodest. Morbo vero regio in nares coniectum. Lentigines ac maculas e facie tollit in sole illitum.

V. Multi eadem omnia sativis attribuunt. Magnum etiam in eis momentum: namque et eorum semen, quantum tres digiti apprehenderint, cum cumino tritum, potumque in vino, tussientibus auxiliatur. Sed et phreniticis in lacte mulieris; et dysentericis acetabuli mensura. Purulenta autem exspuentibus, cum cumino pari pondere, et iocineris vitiis in aqua mul-

scilicet et suffocatione spiritus laborantes. In faucibus enim aspera arteria est, quae spiritus conceptaculum, quo vox editur. H.

IV. *Qui anguinus.* Cucumis flexuosus Lobelio, a quo pingitur in Observat. pag. 363, ita dictus a figura fructus, qualem in Horto Regio vidimus. Hard.

(1) Brotier legit 20 pro 30. Ed. P.

Sed gravidis. Dioscor. lib. IV, cap. 154: Κινεῖ δὲ τὸ ἐλατήριον καὶ ἔμμηνα, καὶ ἔμβρυα κτείνει ἐν προσθέτῳ. *Mense ciet, et partus necat elaterium in pesso subditum.* H.

Morbo vero. Dioscor. l. c. Εγχυθὲν δὲ μετὰ γάλακτος εἰς τοὺς ῥώθωνας, ἕκτερον ἀποκαθαίρει, etc. *Cum lacte naribus infusum, regium morbum pellit*, etc. Quis sit regius morbus dicemus cap. 34. H.

Lentigines. Sic etiam Marcell. Empiric. cap. XIX. H.

V. *Phreniticis.* Vel. apud Dal. *nephriticis.* Ed. P.

Et dysentericis. "Inter intestinorum mala, inquit Celsus, lib. IV, c. 15, lormina esse consueverunt, δυσεντερία graece vocatur. Intus intestina exhulceranlur: ex his cruor manat: isque modo cum stercore aliquo, semper liquido, modo cum quibusdam quasi mucosis excernitur: interdum simul quaedam carnosa descendunt. Frequens deiiciendi cupiditas, dolorque in ano est, etc." Plin. Valer. lib. IV, cap. 15: *Semen cucumeris dysentericis ex lacte muliebri acetabuli mensura datum prodest.* H. — *Purulenta.* Plin. Val. loc. cit. ad verbum. Hard.

sa. Vrinam movet ex vino dulci, et in renum dolore clysteribus simul cum cumino infunditur.

VI. Pepones qui vocantur, refrigerant maxime in cibo, et emolliunt alvum. Caro eorum epiphoris oculorum aut doloribus imponitur. Radix sanat hulcera concreta in modum favi, quae ceria vocant. Eadem contrahit vomitiones: siccatur, et in farinam tusa datur quatuor obolis in aqua mulsa, ita ut qui biberit, quingentos postea passus ambulet. Haec farina et in smegmata adiicitur. Cortex quoque vomitionem movet, faciem purgat. Hoc et folia cuiuscumque sativi illita. Eadem cum melle et epinyctidas sanant: cum

Vrinam movet. Plin. Val. loc. cit. Diocles item Carystius, de tuenda Valetudine, lib. I apud Athen. lib. II, pag. 68, cucumim elixum ad ciendam urinam laudat in primis. Hard.

VI. *Pepones.* Ad verbum haec Plin. Valer. lib. IV, cap. 14. H.

Caro eorum. Plin. Val loc. cit. et Dioscorides, lib. II, cap. 164: Η δὲ τοῦ πέπονος σάρξ ὀφθαλμοῦ φλεγμονὰς πραΰνει. Hard.

Radix sanat. Iisdem verbis Marc. Emp. cap. iv, et Plin. Val. lib. III, c. 22. Dioscor. quoque loc. cit. Υγιάζει δὲ καὶ κηρία καταπλαθεῖσα μετὰ τοῦ μέλιτος. Hard.

Quae ceria. Κηρία et μελικηρὶς a favi mellisque similitudine, propter foramina, et mellei coloris emanantem humorem, ut testis Aëtius, Serm. VIII, cap. 15. *Tuberculа, quae* μελικηρία, *id est, favi*, inquit Celsus, lib. V, cap. 18. H.

Eadem contrahit vomitione. Contraria plane sententia prius legebatur: *Eadem contra vomitiones siccatur.* Quid igitur illa sibi volunt, quae proxime sequuntur, *Cortex quoque vomitionem movet?* An non ea aperte significant eamdem modo cortici assignari vim, quae radici fuerat prius attributa? Adde Dioscorid. lib. II, cap. 161, ubi de peponis facultatibus: Η δὲ ῥίζα ξηρά, inquit, ποθεῖσα σὺν ὑδρομέλιτι < ὁλκῇ, ἐμέτους κινεῖ. *Sicca radix ex mulsa drachmae bibita, vomitum ciet.* H.

Haec farina et in smegmata. Etiam et smegmatis vicem obtinet, et faciei nitorem conciliat, succus cum semine, auctore Dioscoride, lib. II, cap. 164: Ο δὲ χυλὸς σὺν τῷ σπέρματι μιγεὶς ἀλεύρῳ καὶ ξηρανθεὶς ἐν ἡλίῳ, σμῆγμα γίνεται ῥυπτικὸν καὶ λαμπρυντικὸν προσώπου. De radice vero in farinam tusa consentit Plinius cum Galeno, de simpl. med. Fac. lib. VIII, pag. 426. Est autem σμῆγμα medicamentum ad tergendum. Vnde et dentifricia tergendis dentibus sic appellantur. Hard.

Hoc et folia. Hoc praestant, inquit, nempe faciem purgant, et folia sativi cucumeris, trita et illita. H.

Epinyctidas. Corn. Cels. lib. V, cap. 28: *Pessima pustula est*, inquit, *quae* ἐπινυκτὶς *vocatur; colore vel sub-*

vino, canis morsus. Item millepedae: sepa Graeci vocant, oblongam, pilosis pedibus, pecori praecipue nocivam. Morsum tumor insequitur, et putrescit locus. Ipse cucumis odore defectum animi. Coctos deraso cortice, ex oleo, et melle, iucundiores esse certum est.

VII. (III.) Cucurbita quoque silvestris invenitur, spongos a Graecis appellata, inanis (unde et nomen), digitali crassitudine, non nisi in saxosis nascens. Huius companducatae succus stomacho admodum prodest.

VIII. Colocynthis vocatur alia, ipsa plena, sed minor quam sativa. Vtilior pallida, quando eius sunt

livida, vel subnigra, vel alba esse consuevit. Circa hanc autem vehemens inflammatio est: et quum adaperta est, reperitur intus exhulceratio mucosa. Color est humori suo similis, dolor ex ea supra magnitudinem eius est: neque enim faba ea maior est. Atque haec quoque oritur in eminentibus partibus, et fere noctu: unde nomen quoque a Graecis ἡ ἐπινυκτὶς impositum est. Hactenus Celsus. Est et alia ei voci vis, de qua dicemus cap. 21. Hard.

Cum vino, canis morsus. Plin. Valer. lib. IV, cap. 15. H.

Item millepedae. Subintellige, morsus sanat. Multipedam vocat idem cap. 20. Hard.

Sepa Graeci. Σῆπα, a tabe quam infligit suo morsu, in quo vis tabifica inest, σηπτικὴ δύναμις. De hac millepeda dicetur uberius lib. XXIX, c. 39. Alius ab isto seps est, de quo Lucanus, lib. IX, cap. 723, et Dioscorides, lib. II, cap. 70, serpentis nimirum genus, aut lacertae potius. Hard.

Nocivam. Sic libri omnes etiam MSS. Vsus et ea voce Phaedr. Fab. I, vers. 29: *Plerumque stulti risum dum captant levem, gravi distringunt alios contumelia, Et sibi nocivum concitant periculum.* Hard.

Ipse cucumis.... defectum animi. Subintellige, insequitur, ex antecedentibus: hoc est, pellit. Dioscorides, lib. II, cap. 163, de cucumere sativo: Ἀνάκτητικὸς λειποθυμιῶν ὀσφραινόμενος, *olfactu defectos animo recreat.* Hard.

VII. *Spongos a Graecis.* Ita MSS. omnes, a fungosa nimirum laxitate, instar spongiae. Libri editi, *somphos*, quae vox pariter inanem et fungosum sonat. Marcell. Empir. cap. XII: *Cucurbitae radix quam Graeci sonchon appellant:* forte *spongon*, rectius. H.

VII. *Colocynthis.* Sive cucurbita silvestris. Dioscorides lib. IV, c. 178: Κολοκυνθίς, οἱ δὲ κολόκυνθα ἄγριον, οἱ δὲ σικύαν πικράν, κ. τ. λ. H.

Vtilior pallida. Sic eligendam cucurbitam Dioscorides, loc. cit. quum coeperit ad colorem pallidiorem ver-

medicinae. Herbacea arefacta per se inanit alvum. Infusa quoque clysteribus, intestinorum omnibus vitiis medetur, et renum, et lumborum, et paralysi: eiecto semine, aqua mulsa in ea decoquitur ad dimidias: tutissimo infunduntur oboli quatuor. Prodest et stomacho, farinae aridae pilulis cum decocto melle sumptis. In morbo regio utiliter semina eius sumuntur, et protinus aqua mulsa. Carnes eius cum absinthio et 2
sale dentium dolorem tollunt. Succus vero cum aceto calefactus mobiles sistit. Item spinae, et lumborum, ac coxendicum dolores, cum oleo si infricetur. Praeterea, mirum dictu, semina eius si fuerint pari numero adalligata febribus, sanare dicuntur, quas Graeci periodicas vocant. Sativae quoque rasae succus tepefactus auribus medetur. Caro eius interior sine

gere, ἀρχόμενον μεταβάλλειν ἐπὶ τὸ ὠχρότερον. H.

Herbacea. Viridior, herbidique coloris. Hard.

Infusa quoque. Dioscorid. loc. cit. Hard.

Eiecto semine, etc. Aelius sapam, aut vinum dulce veius seminibus exemptis infundit, et colatum per panum vinum, calfactumque bibendum dat: Paulus passum, Dioscorides mulsum aut passum incoquit, et sub dio refrigeratum bibi praecipit. Dalec.

Tutissimo. Ita cod. Chifflet. et alii: quae lectio ut nobis magis arrideat, quam quae recepta hactenus, *sic tussienti infunditur obolis quatuor*, facit ipsa orationis series, et medicinae ratio. Hard.

Carnes eius. Decoqui in eum usum cum aceto, nitroque, iubet Dioscor. lib. IV, cap. 178. H.

Succus. Plin. Valer. lib. I, cap. 66. Hard.

Item spinae. His vero morbis non succum prodesse, sed semen contritum, Marc. Emp. prodidit, cap. xxv. At succum Galenus quoque ischiadicis utilem fatetur, de Fac. Simpl. med. lib. VII, et Dioscorid. loc. citat. Hard.

Praeterea. Superstitiosum. H.

Graeci periodicas. Περιοδικοὶ πυρετοί, febres circulares, febrium circuitus, febres reduces, quae certis statisque diebus recurrunt. H.

Sativae quoque. Ita Dioscor. lib. II, cap. 162; Marcell. Empir. cap. ix, et Plin. Val. lib. IV, c. 6, ubi eius rei auctorem Galenum laudat. Galeni locus est e lib. VII de alim. Fac. Scrib. Larg. comp. xxxix: *Ad auriculae et tumorem, et dolorem sine hulcere, prodest cucurbitae ramentorum succus tepens perstrigilem in foramen auris dolentis infusus.* H.

semine, clavis pedum, et suppurationibus, quae Graeci
3 vocant apostemata. Decoctae autem universae succus, dentium motus stabilit, et dolores inhibet. Vinum cum ea fervefactum, oculorum etiam impetus. Folia eius cum recentibus cupressi, contusa, et imposita: ipsa quoque tosta in argilla, ac trita cum adipe anseris vulneribus medetur. Nec non ramentis corticis recentes podagras refrigerat, et ardores capitis, infantium maxime. Et ignes sacros, de strigmentis, vel his im-

Graeci... apostemata. Dioscor. loc. cit. Οἰδήματα καὶ ἀποστήματα πρᾶϋνει. Ἀπόστημα, suppurationem sanat: Galen. in definitionibus ait, esse transitum corporis ab inflammatione ad pus. Gallis dicitur *une apostême.* H.

Decoctae autem. Dioscorides, loc. cit. et Plin. Val. lib. I, cap. 36. H.

Nec non ramentis, etc. Dioscorid. loc. cit. et Plin. Val. lib. IV, cap 6. In MSS. *recens.* Plin. Valer. *recentis* legisse videtur, hoc est, virides. Sic enim ille lib. IV, cap. 6, de cucurbita: *Dioscorides*, inquit, *ramenta corticis viridis in cucurbita laudat, earumque effectus sic tradit: phthiriasin* (lege ex Dioscoride, lib. II, cap. 162, *siriasim*) *infantum cuti imposita depellunt cum polenta: podagrae aestuanti, et ignibus sacris cum pane subveniunt.* Verba sunt graeci scriptoris: Τὸ δὲ ξέσμα αὐτῆς παιδίοις σιριῶσιν ὠφελίμως κατὰ τοῦ βλέγματος καταπλάσσεται. Item Marc. Emp. cap. 1: *Cucurbitae viridis ramenta cerebro imposita, infantibus quoque, qui ex dolore capitis anuseam patiuntur, validissime prosunt.* H.

Et ardores. Dioscorides et Plin. Valer. ll. cc. Marcell. Empir. cap. 1. Hunc capitis ardorem in pueris Graeci σιρίασιν vocant: hoc est, ex vehementi solis aestu capitis inflammationem. Adustionem infantium appellat idem lib. XXX, cap. 47. H.

Et ignes sacros. Ignis sacer morbi genus ex pustulis perexiguis in quibus semper fere pus est, et saepe rubor cum calore. Vulgo S. Antonii ignem vocant, *le feu Saint-Antoine.* Saepius tamen ubi Dioscorides ἐρυσιπέλατα dicit, Plinius qui ex iisdem fontibus hausit, sacros ignes reddit: vix ut aliud morbi genus intellexisse eum existimandum sit. Et in glossis sane graecolatinis MSS. ἐρυσιπέλας, *sacer ignis* dicitur. Sacer autem, hoc est, *crudelis et pessimus:* quomodo Donatus ad Virgil. Aeneid. VII, vocem *sacer* interpretatur: *Vade*, subdit ille, *et ignis sacer dicitur morbus, qui hominem perniciose persequitur.* Virgil. Georgic. III, *nec longa morantur Tempore, contractos artus sacer ignis edebat.* Liber miraculorum S. Theodos. Abb. Remensis: *Ea tempestate sacer ignis, quem Graeci erysipelam dicunt*, etc. Qui eo morbo correpti *ardentes* dicebantur olim: in Gallias saepe pervasit haec lues: cui D. Genovefae patrocinium remedium fuit: quare Lutetiae Parisiorum exstructa ei aedes, *Ardentium* cognomine. Qui ex hoc argumento scripserint auctores, vide apud Du-Cangium in Gloss. voce *ardentes.* H.

positis, vel seminibus. Succus ex strigmentis, illitus cum rosaceo et aceto, febrium ardores refrigerat. Aridae cinis impositus mire combusta sanat. Chrysippus medicus damnabat eas in cibis: sed omnium consensu stomacho utilissimae iudicantur, et interaneorum vesicarumque exhulcerationibus.

IX. Est et rapo vis medica. Perniones fervens impositum sanat. Item frigus pellit e pedibus. Aqua decocti eius fervens podagris etiam frigidis medetur: et crudum tusum cum sale, quicumque vitio pedum. Semen illitum et potum in vino, contra serpentes et toxica salutare esse proditur. A multis vero antidoti vim habere in vino et oleo. Democritus in totum ea

De strigmentis. Hoc est, de ramentis. Haan.

Succus ex strigmentis. Dioscor. loc. cit. Ὁ δὲ χυλὸς τῶν ξυσμάτων κ. τ. λ. Haec iisdem verbis Plin. Valer. lib. IV, cap. 6. H.

Febrium ardores refrigerat. Adustionem cutis in ardenti febre Ruell. apud Dioscoridem. Ego vero ambustam igni summam eutem, πρὸς καυσουμένην ἐπιφάνειαν. Strigmenta vocat τὰ ξύσματα, ramenta. Dal.

Aridae cinis impositus, etc. Ad verbum haec quoque idem Plin. Valer. III, 36. Hard.

IX. *Est et rapo.* Plin. Val. iisdem verbis IV, 34. Hard.

Perniones fervens. Perniones Moreli auctor eleganter describit hoc versu: *Continuis rimis calcanea scissa rigebant.* Dalec. — *Perniones.* Plin. Val. loc. cit. Marcell. cap. xxxiv, et Diosc. II, 134. Est autem pernio χίμετλον, morbus pedum ex nimio frigore proveniens, et calcaneum maxime infestans hieme: unde et nomen graecum χίμετλα, perniones, et ambusta frigore. Vulgo, *engelures.* H.

Item frigus, etc. Sic ex MSS. emend. Hard. post Pintian. *Item frigus pellit e pedibus aqua decoctum. Et ius fervens.* Gron. et vulgg. En. P.

Aqua decocti eius. Iisdem verbis Plin. Val. l. c. *Aqua in qua discocta sunt, frigidis podagris salubre fomentum est.* Dioscorid. quoque l. cit. Τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῆς, ποδάγρας καὶ χιμέτλων ἐστὶ κατάντλημα. H.

Cuicumque vitio pedum. Clavis, pernionibus, lumoribus frigore excitatis, et aliis hoc genus.

Semen illitum. Diosc. et Plin. Val. l. c. Hard.

A multis vero antidoti vim habere, etc. A Diocle et Dionysio, ut refert Plin. Val. l. c. Adde Galenum de Antid. II, 1. H.

Democritus in totum ea abdicavit in cibis, etc. Ad verbum haec quoque Plin. Val. IV, 44. Democrito Galenus subscribit de Fac. simp. med. VI, p. 168. Hinc carmen illud in ore vulgi: *Ventum saepe rapis, si tu vis vivere rapis.* Et Schola Salernitana: *Rapa iuvat stomachum, novit producere ventum*, etc. Haad.

abdicavit in cibis, propter inflationes. Diocles magnis laudibus tulit, etiam Venerem stimulari ab eis professus: item Dionisius: magisque, si eruca condirentur. Tosta quoque articulorum dolori cum adipe prodesse.

X. Silvestre rapum in arvis maxime nascitur, fruticosum, semine candido, duplo maiore, quam papaveris. Hoc ad laevigandam cutem in facie, totoque corpore, utuntur, mixtaque farina, pari mensura, ervi, hordei, tritici, et lupini. Radix ad omnia inutilis.

XI. (IV.) Naporum duas differentias et in medicina

Etiam venerem. Dioscor. et Galen. II. ec. HARD.

Si eruca condirentur. Si eruca admisceretur, quae herba concitatrix Veneris est, ut dictum est superiore libro cap. 44. Ita Plin. Valer. loc. cit. Audaculus nescio quis emendabat, *si muria condirentur.* H.

Tasta quoque. Plin. Val. l. c. — Rapa videlicet. Prius *costa* legebatur: ab aliis *coeta*: a Salmas. *Cato quoque.* Nos *tasta*, tum ex MSS. Reg. Colb. etc. tum ex Plin. Val. IV, 34, haec totidem verbis ac syllabis describente, defendimus. HARD.

X. *Silvestre rapum.* Iisdem verbis Diosc. describitur lib. II, 135, γογγύλη ἀγρία. A Dodonaeo pingitur p. 163. HARD.

Semine candida. Foris nigro, intus candida. Dioscor. l. c. H.

Ad laevigandam. Dioscor. ad detergendam. Q. Serenus cap. XII, de cutis et faciei vitiis propellendis: *Crudaque dulcacida miscebis rapa liquori.* Dulcacidum liquorem acetum vocat. HARD.

Mixtaque. Naporum videlicet silvestrium radix inutilis. Insigniter corruptus hic locus ad hunc diem fuit: sic quippe legebatur: *mixta urina pari mensura. Ervi, hordei, tritici, et lupini radix ad omnia inutilis.* Quid causae est, amaba, cur de ervi, hordei, caeterorumque radice agat, ubi tota in rapis oratio habitat? Et lupini radicem, ut caetera omittam, commendat in primis ad pellendam urinam lib. XXII, cap. 74. Detexit errorem Dioscorides. Sic enim ille lib. II, c. 135, de rapo silvestri: Μίγνυται, δὲ σμήγμασι προσώπου καὶ τοῦ ἄλλου χρωτός, ὅσα δι ἀλεύρων γίνεται θερμίνων, ἢ πυρίνων, ἢ αἰρίνων, ἢ ὀροβίνων. *Admiscetur in smegmata, quibus ad detergendam cutem, in facie, reliquoque corpore utuntur; quae quidem ex lupini, tritici, lolii, aut ervi farina fiunt.* Et de ervo sane diserte Plinius XXII, 73: *Farina eius maculas tota corpore emendat.* De lupinarum et ervi farina, ad eosdem usus Hippocr. de Morb. mul. II, 67. HARD.

XI. *Nap. duas differentias.* Bunii et buniadis, quae negligentius confundit Plinius. DALEC. — *Naporum.* Haec iisdem fere verbis Plin. Val. IV, 33: *Non unam eamdemque virtutem in omnibus napis experta est*

Graeci servant. Angulosis foliorum caulibus florentis, quod bunion vocant, purgationibus feminarum, et vesicae, et urinae utile decoctum, potum ex aqua mulsa, vel succi drachma. Semen dysentericis tostum, trituinque in aqua calida, e cyathis quatuor. Sed urinam inhibet, si non lini semen una bibatur. Alterum genus buniada appellant, et raphano et rapo simile: seminis praeclari contra venena: ob id et in antidotis utuntur illo.

XII. Raphanum et silvestrem esse diximus. Laudatissimus in Arcadia: quanquam et alibi nascitur,

medicina. Id enim quod angulosis foliorum caulibus ad anethi floret similitudinem, vesicae laboranti, itemque cessantibus menstruis feminarum decoctum ac aqua mulsa utile existimant, etc. Has porro differentias, quas in napis Graeci agnoscunt, Plinius quidem affert in medium, nre tamen probat. Caute videlicet, nam quod βούνιον vocant, diversa longe planta a napo est: efficit enim, praeter caetera, similitudo cum anetho, apioque, quam in bunio Dioscor. IV, 124, et Plin. Valer. proxime laudatus, agnoscunt, ut non aliam esse existimem, quam saxifragam Dodonaei, Pempt. II, lib. V, 21, quae ob radicis affinitatem napi quoque appellatione venire forte potuerit apud medicos graecos. H.

Angulosis. Vtile, inquit, decoctum foliorum eius generis, quod est angulosis caulibus: bunion Graeci vocant: utile, inquam, purgationibus feminarum, et Dioscor. quoque l. c. caule esse quadrangulo animadvertit, καυλὸν ἀνίησι τετράγωνον. H.

Purgationibus Galen de Fac. simpl. med. pag. 164, et Plin. Val. loc. cit. Hard.

Et vesicae, et urinae. Forte, *et vesicae, et reni*, cum Diosc. loc. cit. Σπληνί τε, καὶ νεφροῖς, καὶ κύστει ἐπιτήδειον. Verum et per se urinas ciere, οὐρητικὸν εἶναι, idem prodit. Hard.

Semen dysentericis. Plin. Val. IV, 33, ad verbum. H.

Sed urinam. Plin. Val. l. c. totidem verbis. H.

Alterum genus buniada. Diosc. II, 126. Haec Graecorum βουνιάς Latinorum napus est, eadem quae γογγυλίς. Galen. de alim. Fac. II, 62: Εἴτε γογγυλίδα καλεῖν, εἴτε βουνιάδα τὸ φυτὸν τοῦτο λαχανῶδες. De napis egimus lib. XVIII, 35, et XIX, 25. Transcripsit et hunc locum Plin. Val. IV, 33. H.

Ob id. Plin. Val. l. c. Andromachus innior, Andromachi senioris F. eius qui Neronis ἀρχίατρος esstitit, apud Galen. de Antid. I, 7, βουνιάδος σπέρματος, e semine buniadis certum adhibet modum, theriacae e viperis concinnandae. H.

XII. *Raphanum.* Lib. XIX, c. 26. Hard.

utilior urinae dumtaxat ciendae. Caetero aestivo usus in Italia, et armoraciam vocant.

XIII. Et sativi vero praeter ea, quae circa eos dicta sunt, stomachum purgant, pituitam extenuant, urinam concitant, bilem detrahunt. Praeterea cortices in vino decocti, mane poti ad ternos cyathos, comminuunt et eiiciunt calculos. Iidem in posca decocti contra serpentium morsus illinuntur. Ad tussim etiam mane ieiunis raphanus prodest cum melle: semen eorum tostum, ipsumque commanducatum, ad lagonoponon: aquam foliis eius decoctis bibere, vel succum ipsius cyathis binis contra phthiriases: phlegmoni ipsos illinere tusos, livori vero recenti corticem

Caetero. Aestivo nempe raphano. De armoracia diximus lib. XIX, c. 26. — *Aestivo usus.* Hunc locum ita restituimus ex fide Reg. 2 cod. quum omnia mire perturbata prius, depravataque sic legerentur: *Caetero bilem detrahunt. Praeterea cortices in vino. Praeterea, quae circa eos dicta sunt stomachum purgant, pituitam extenuant, urinam concitant. Est et sativi usus in Italia, et armoraciam vocant. Et sativi vero decocti, mane poti ad ternos cyathos*, etc. Proh superi! Tantumne in bonos auctores aut criticis, aut librariis licuit, ut miscerent omnia ac pessum darent? Ineamus, si fieri potest, mendorum quae scatent, numerum. *Caetero bilem detrahunt.* Orationis structura *detrahit* legi postulabat: antecedit enim: *laudatissimus in Arcadia: quanquam et alibi nascitur.... utilior urinae.* Mox, *praeterea quae circa eos*, etc. Geminata tam repente ea vox *praeterea*, Pliniine stylum et ingenium sapit? *est et sativi usus in Italia, et armoraciam vocant.* At armoraciam constat esse silvestris generis, quod ipse Plinius diserte confirmavit superiore libro cap. 26. Deinde, quam frigida rursum repetitio earumdem vocum, *Est et sativi usus*, statimque, *Et sativi vero.* In MSS. *Caetero aestivosus.* Pintianus legi volebat, *Caetero aestivosus ipse.* Nos, uti speramus, paulo felicius, *Caetero aestivo usus in Italia*, etc. Harb.

XIII. *Praeter ea.* Praeter ea remedia, quae circa raphanos iam dicta sunt. H.

Ad tussim. Sic Florentinus in Geop. XII, 22. Nec multum discrepat Dioscor. II, 137: Ἐφθὴ δὲ ποιεῖ λαμβανομένη βήσσουσι χρονίως, καὶ τοῖς πάχος γεννῶσιν ἐν θώραξι. *Elixa vero si sumatur, valet ad eos qui diuturna tussi infestantur, quique crassiores succos in pectore cumulant.* H.

Ad lagonoponon. Λαγόνων πόνον iliorum dolorem. H.

Livori vero. Plin. Valer. III, 47. Marc. Emp. cap. XIX: *Radicis*, inquit, *quae manducatur, id est, raphani cortex tritus diligenter, et cum melle permixtus, illitusque, sugilla-*

cum melle: veternosis autem quam acerrimos mandere: semenque tostum, dein contritum cum melle, suspiriosis. Iidem et contra venena prosunt. Cerastis 2
et scorpionibus adversatur: vel ipso, vel semine infectis manibus impune tractabis: impositoque raphano scorpiones moriuntur. Salutares et contra fungorum aut hyoscyami venena aeque, ut Nicander tradit. Et contra viscum quoque dari Apollodori duo iubent: sed Citieus semen ex aqua tritum, Tarentinus succum. Lienem item extenuant: iocineri prosunt, et lumborum doloribus. Hydropicis quoque ex aceto aut sinapi sumpti, et lethargicis. Praxagoras et iliosis dandos censet: Plistonicus et coeliacis. Intestinorum hulcera

tiones atque livores, qui ex ictibus eveniunt, celeriter absterget. H.

Veternosis, etc. Veternum, sive animi, sive corporis stupiditatem et ignaviam vocant: *stolidam* Catullus, *grave ac funestum* Horat. appellat. Catullus, *Nunc cum volo de tuo ponte mittere pronum, Si potes stolidum repente excitare veternum.* Victorius lib. XIII, cap. 11. Dal. — *Veternosis.* Veternosus est, qui somno gravi premitur, inquit Festus. Hard.

Semenque. Plin. Val. IV, 1.

Iidem. Dioscor. II, 137, et Florent. loc. cit. H.

Cerastis. Legebatur ante, *Caetero et scorpionibus.* In MSS. Reg. 1, 2, etc. *Ceteraseis.* At emendatione locum egere Dioscorides (et Plin. ex Dioscoride) admonuit II, 137, de raphano: ubi contra cerastae morsum ex vino potum auxiliari tradit: Καὶ πρὸς κεράστου δῆγμα σὺν οἴνῳ πινόμενον βοηθεῖ. Haud penitus tamen improbanda prior scriptura. H.

Vel ipso. Ita etiam MSS. omnes, sic et Florent. XII, 22: Εἰ δέ τις χυλῷ ῥαφανίδος ἐπιμελῶς τὰς χεῖρας ἑαυτοῦ χρίσει καὶ τρίψει, ἀφόβως καὶ ἀκινδύνως ἑρπετῶν ἐπιλήψεται. Habet eadem Diophanes XIII, 9. H.

Impositoque. Florentinus et Diophanes ll. cc. H.

Nicander. Contra hyoscyamum prodesse scribit Nicander in Alexiph. p. 159; adversus fungos pag. 267. De fungis quoque Diosc. II, 137. Et Scrib. Larg. comp. CXCVIII, ad fungos venenatos: *Adiuvantur autem radice ea quam nos edimus, aeri, quamplurima, per se, vel cum sale manducata: eiusque semine, si ipsa non fuerit pota ex vino.* H.

Apollodori duo. De his in Auctorum Indice. H.

Lienem item. Diosc. l. c. semini raphani hanc vim adiudicat, quod ex aceto bibatur. Florentinus quoque l. c. H.

Hydropicis quoque ex aceto aut sinapi sumpti, et lethargicis. Confer Dioscorid. et Florent. locis citatis. Hard.

Et coeliacis Coeliacus dicitur, qui morbo ventriculi coeliaco laborat.

sanant: ac purulenta praecordiorum, si cum melle edantur. Quidam ad haec coquere eos in luto illitos malunt: sic et feminas purgari. Ex aceto et melle sumpti, intestinorum animalia detrahunt. Item ad tertias decocto eorum poto cum vino. Enterocelis prosunt: sanguinem quoque inutilem sic extrahunt. Medius ad haec et sanguinem exscreantibus coctos dari iubet: et puerperis ad lactis copiam augendam. Hip-

De quo Celsus IV, 12: *In ipsius ventriculi porta consistit is, qui et longus esse consuevit, κοιλιακὸς a Graecis nominatur. Sub hoc, venter indurescit, dolorque eius est. Alvus nihil reddit, ac ne spiritum quidem transmittit: extremae partes frigescunt: difficulter spiritus redditur.* Aliter et brevius Scrib. Larg. comp. CXCV: *Coeliacus, qui subita universa deiicit.* Marcell. Emp. similiter cap. XXVII: *Ad coeliacos*, inquit, *qui subito et multa defundunt.* H.

Ex aceto. Num locus hic mutilus sit, considerandum amplius. Nam Plin. Val. qui totum fere opus suum ex Plinii nostri verbis contexuit IV, 1, de raphani virtutibus ita habet: *Semine raphani cum melle trito et sumpto, suspirium mitigatur. Solus cum sale sumptus ventris animalia exstinguit.* Nihil tamen sine vade movere ausim. Quod vero ad periodum proxime insequentem attinet, quae hactenus ita legebatur perpetua serie: *Item ad tertias decocto eorum poto cum vino enterocelis prosunt*: in duas distrahendam esse partes ex Plinio Val. et Marcello Emp. constat: ut prior illa, *ad tertias decocto eorum poto, cum vino*, ad superiorem morbum spectet, nempe ad intestinorum animalia detrahenda: posterior, nova ibi instituta periodo, ad enterocelis. Marcelli haec verba sunt c. XXVIII: *Raphanus ex aqua ad tertias decoquitur, eaque vino mixta, ad exstirpandas tineas utiliter bibitur.* Plinii vero Val. II, 21, tineis purgandis: *Raphani decoquuntur ex aqua ad tertias, et ea aqua vino miscetur.* H.

Idem ad. Marc. Emp. cap. XXVIII, et Plin. Val. II, 21, ad tineas eiiciendas. HARD.

Eterocelis. Ἐντεροκήλη, ramex intestinorum, descensus intestini in alterum naturae locum. Celsus VII, 78, de scroto loquens, *Interdum vel ex morbo primum inflammatur, deinde postea pondere abrumpitur: vel ex ictu aliquo protinus rumpitur tunica, quae diducere ab inferioribus partibus intestina debuit: tum pondere ea devolvitur ad omentum, aut etiam intestinum....* ἐντεροκήλην et ἐπιπλοοκήλην Graeci vocant, apud nos indecorum, sed commune his herniae nomen est. HARD.

Sanguinem. E pectore. H.

Inutilem. In vesica concretum et intestinis: ex mariscis, et utero. D.

Medius. De eo in Auctorum Indice. Suffragatur ei quoque Diosc. II, 137; Marcellus, cap. XVI, et Florent. in Geop. XII, 22. H.

Et puerperis. Plin. Val. IV, 1. HARD.

pocrates capitis mulierum defluvia fricari raphanis: et super umbilicum imponi contra tormenta vulvae. Reducunt et cicatricem ad colorem. Semen quoque ex aqua impositum, sistit hulcera, quae phagedaenas vocant. Democritus Venerem hoc cibo stimulari putat: ob id fortassis voci nocere aliqui tradiderunt. Folia quae in oblongis dumtaxat nascuntur, excitare oculorum aciem dicuntur. Vbi vero acrior raphani medicina admota sit, hyssopum dari protinus imperant. Haec antipathia est. At aurium gravitati succum raphani instillant: nam vomituris summo cibo esse eos, utilissimum est.

Hippocrates. Lib. II de Morb. Mul. cap. 67: Ἢν δὲ ῥεῦσιν αἱ τρίχες.... καὶ ἢν μαθέσῃ, κύμινον ἔμπλασσε ἢ ῥάφανον τριπτήν. κ. τ. λ. Ῥάφανον Hippocrati ubique raphanus est: brassica, κράμβη. Alopecias raphani affricta sanari scribit et Florent. l. c. Haad.

Et super. De Morb. Mul. II, 78. Haro.

Reducunt. Sic Florent. l. c. Et ad sugillata tollenda Galenus raphanum commendat, de simpl. med. Fac. VIII, pag. 224. Haad.

Semen. Iisdem verbis haec Marc. cap. IV, et Plin. Val. III, 22; sed apud hunc *faredines* corrupte legitur in libris editis, pro *phagedaenas*. H.

Phagedaenas. Φαγέδαινα, hulceris nomen ab exedendo. Est autem hulcus, quod huc atque illuc serpendo, cutem ac subiectam illi carnem, sed extimam tantum, et in superficie constitutam, depascitur ac rodit. Celsus VI, 18, caput inscripsit, de phagedaenae in cole nascentis curatione, aitque esse cancri genus. Vide Pallad. in Hist. Lausiaca, cap. 30, de Stephano abbate. Alia praeter istam, phagedaena est, stomachi affectus, de quo alibi dicturi sumus. H.

Democritus. Et Plin. Val. IV, 1. Haao.

Ob id fortassis voci nocere al. tradiderunt. Hoc ipsum auctoritate Florentini tradit auctor Geop. XII, 22. Ex quo intelligis ea quae libidinem incitant, vocem quoque laedere: uti e diverso, quae Venerem inhibent, vocem iuvare. Nam Plinius XXVI, 61, auctor est, radicem nymphaeae inhibere Venerem, et affluentiam geniturae, ob idque corpus ac vocem alere. Haad.

Haec antipathia. Raphanum humectare, hyssopum vero calidum natura esse docet Hippocr. de Diaeta, II, 25 et 26. Haad.

At aurium. Marc. Emp. lib. de med. cap. IX: *Raphani quoque*, inquit, *id est, radicis quae manducatur, succus infusus auriculae dolenti, infinitum prodest.* Haad.

Nam vomituris. Hoc est, primo cibo, et a ieiunio. Diosc. II, 137: Ἀρμόζει δὲ καὶ τοῖς ἐμεῖν μέλλουσι προσθιομένη. Atque ipse quidem Plinius, libro sup. cap. 20, de raphanis: *Me-*

XIV. Pastinacae simile hibiscum, quod molochen agriam vocant, et aliqui pistolochiam, hulceribus cartilaginis et ossibus fractis medetur. Folia eius ex aqua pota alvum solvunt, serpentes abigunt. Apum, vesparum, crabronum ictibus illita medentur. Radicem eius ante solis ortum erutam involvunt lana coloris, quem nativum vocant, praeterea ovis quae feminam peperit, strumisque vel suppuratis alligant. Quidam ad hunc usum auro effodiendam censent; cavendumque ne terram attingat. Celsus et podagris quae sine tumore sint, radicem eius ex vino decoctam imponi iubet.

XV. (v.) Alterum genus est staphylinos, quod pastinacam vocant. Eius semen contritum et in vino potum, tumentem alvum, et suffocationes mulierum, doloresque lenit in tantum, ut vulvas corrigat: illitum quoque e passo ventri earum prosit: viris vero prodest, cum panis portione aequa tritum, ex vino potum contra ventris dolores. Pellit et urinam: et pha-

dici suadent, inquit, *dandos cum sale ieiunis esse, atque ita vomitionibus praeparant meatum.* Ita etiam Cels. I, 3: *Qui vomere post cibum volet, si ex facili facit, aquam tantum tepidam ante debet assumere: si difficilius, aquae, vel salis, vel mellis paulum adiicere. At qui mane vomiturus est, ante bibere mulsum, vel hyssopum, aut esse radiculam debet.* Quando praeterea iuvet ex raphano ciere vomitum vide apud Galenum κατὰ τόπους II. H.

XIV. *Pastinacae.* Illud ipsum, de quo egimus lib. sup. cap. 27. Id vero a nonnullis perperam appellari μολόχην sive μαλάχην ἄγριαν, hoc est, malvam agrestem, et πιστολοχίαν obiter admonet. Hard.

Quem, etc. Is pullus ac. colos est. De nativis coloribus egimus VIII, 73. H.

Celsus, lib. IV, 24, de articulorum doloribus in manibus, pedibusque: *Vbi dolor*, inquit, *vehemens urget, interest sine tumore is sit, an tumor cum calore. Nam si tumor nullus est, calidis fomentis opus est..., ac deinde noctu cataplasmata calefacientia imponere, maximeque hibisci radicem ex vino coctam.* Hard.

XV. *Staphylinos.* Pastinacae genus agreste intelligit, de quo lib. XIX, 27. Dioscoridi, III, 59, est σταφυλῖνος ἄγριος. Hard.

Pastinacam vocant. Sic ex MSS. em. Hard. cons. MSS. *pastinacam eraticam vocant* Gr. et al. Ed. P.

Eius semen. Plin. Val. IV, 32. H.

Pellit et urinam. Ita Diocles Cary-

gedaenas hulcerum sistit recens cum melle impositum, vel aridum farina inspersum. Radicem eius Dieuches contra iocineris, ac lienis, ilium, lumborum, et renum vitia, ex aqua mulsa dari iubet. Cleophantus et dysentericis veteribus. Philistion in lacte coquit, et ad stranguriam dat radicis uncias quatuor: ex aqua hydropicis, similiter et opisthotonicis, et pleuriticis, et comitialibus. Habentes eam feriri a serpentibus negantur: aut qui ante gustaverint, non laedi. Percussis imponitur cum axungia. Folia contra cruditates manduntur. Orpheus amatorium inesse staphylino dixit, fortassis quoniam Venerem stimulari hoc cibo certum est: ideo conceptus adiuvari aliqui prodiderunt. Ad reliqua et sativa pollet. Efficacior tamen silvestris, magisque in petrosis nata. Semen sativae quoque contra scorpionum ictus, ex vino aut posca, salutare est. Radice eius circumscalpti dentes, dolore liberantur.

XVI. Syria in hortis operosissima est; indeque

stius de tuenda Valetudine, I, apud Athen. IX, p. 371; Galen. de Fac. simpl. med. VIII, p. 231. H.

Et phagedaenas. Galenus l. c. Plin. Val. IV, 32; Diosc. l. c. Hard.

Radicem eius. Plin. Valer. l. c. H.

Et dysentericis. Sic etiam Plinius idem Valer. *dysentericis vetustis.* H.

Philistion. Nempe ad dysenteriam et praeterea ad stranguriam: uti ex Plin. Val. intelligimus. H.

Ad stranguriam. Στραγγουρίαν Graeci dixere, urinae stillicidium, dum scilicet urina nonnisi per intervalla stillis fluit. Hard.

Ex aqua hydropicis. Plin. Val. l. c. et Dioscor. III, 59. H.

Opisthotonicis. Οπισθοτονικός dicitur, cui cervix in posteriorem partem ita contractis nervis flirigunt, ut flecti non possit. Plin. XXVIII, 52, *dolorem inflexibilem* ὀπισθότονον definit. Vide et quae dicturi sumus XXIII, 24. Hard.

Habentes. Sic quoque Plin. Val. l. c. Hard.

Aut qui. Diosc. loc. cit. item Plin. Val. Hard.

Venerem stimulari. Diphilus Siphnius apud Athen. IX, p. 371, qui et ideirco ait φίλτρον id a nonnullis appellari. Sic iterum Plin. Val. l. c. Hard.

Ideo conceptus. Diosc. l. c. Συνεργεῖ δὲ καὶ συλλήψει. H.

Ad reliqua. Diosc. l. c. H.

Semen sativae, etc. Plin. Val. IV, 32. Hard.

Radice. Plin. Val. l. c. H.

proverbium Graecis: multa Syrorum olera. Simillimam staphylino herbam serit, quam alii gingidion vocant, tenuius tantum et amarius, eiusdemque effectus. Estur coctum crudumque stomachi magna utilitate. Siccat enim ex alto omnes eius humores.

XVII. Siser erraticum sativo simile est, et effectu: stomachum excitat, fastidium absterget, ex aceto laserpitiato sumptum, aut ex pipere et mulso, vel ex garo. Vrinam ciet, ut Opion credit, et Venerem. In

XVI. *Multa Syrorum.* Πολλὰ Σύρων λάχανα: quo de proverbio, vide Cael. Rhod XXV, 25, et Erasmum, Chil. I, cent. 8, adag. 56. Id od Syrorum ignaviam Caelius refert. Hard.

Gingidion vocant. Vulgo *bisnaga.* Dal. — *Gingidion.* Galenus de alim. Fac. I, 55, p. 364, t VI: Πλεῖστον ἐν Συρίᾳ τὸ γιγγίδιον φύεται. Simillimum pastinacae silvestri pariter Dioscor. facit, II, 167, sed tenuius, amariusque. Graeci scriptoris verba sic legenda esse ex Crateva suo prodit Anguillara, part. 7, pag. 107: Φύεται πλεῖστον ἐν Κιλικίᾳ τε καὶ Συρίᾳ βοτάνη σταφυλίνῳ μὲν ἐοικυῖα ἀγρίῳ, λεπτότερα δὲ καὶ πυκνότερα, καὶ πικρὰ πρὸς τῇ γεύσει. Vulgo *Visnagha* et *Busnagha* vocant. A Mathiolo pingitur in Diosc. II, pag. 525, quale in horto regio vidimus. Glossae Piloxeni: *Cerepulium*, γιγγίδιον: ubi eruditi *Cerefolium* legi monent oportere: idque adeo esse gingidion censent, quod Galli *cerfeuil* vocitant: falso imperiti Glossarum concinnatoris errore delusi: neque enim cerefolium γιγγίδιον est. H.

Estur coctum. Iisdem verbis Diosc. l. c. Λαχανεύεται δὲ ὠμὸν καὶ ἑφθόν, καὶ ταριχευθὲν ἐσθίεται. Ἐστι δὲ εὐστόμαχον. Vide et Gal. de simpl. med. Fac. VI, p. 466. Hard.

Siccat. Ita libri omnes. Fuit quum *ex alvo* mallem. Sed *ex alto* idem valet atque ex imo ac profundo stomachi recessu, sinuve. H.

XVII. *Siser erraticum.* De sativo dictum est sup. lib. c. 28. H.

Stomachum excitat. Diosc. II, 139: Stomacho prodest, urinam ciet, appetentiam iuvitat: εὐστόμαχος, οὐρητικὴ, ὀρέξεως προκλητικὴ. Praepostera interpunctione hic locus ante laborabat in hunc modum: *Stomachum excitat, fastidium absterget. Ex aceto... vel garo urinam ciet.* Vt sic restitueremus, auriculam vellit Galenus, et admonuit de alim. Fac. II, 55, de gingidio: Προσφέρονται δ' αὐτό τινες δι' ἐλαίου, καὶ γάρου· τινὲς δὲ καὶ οἶνον ἢ ὄξος ἐμβάλλοντες, καὶ πολύ γε μᾶλλον εὐστόμαχόν τ' ἐστὶ, καὶ τοὺς ἀποσίτους προτρέπει μετ' ὄξους ἐσθιόμενον. *Sunt qui ipsum cum oleo et garo maudant: alii autem vinum etiam, vel acetum iniiciunt, multoque magis ita stomachum iuvat, collapsamque cibi appetentiam, si cum aceto sumatur, excitat.* H. — *Stomachum excitat*, etc. De vulgari et sativo haec omnia Diosc. Dal.

Laserpitiato. Quod fuerit prius laserpitii succo dilutum. H.

Opion. In MSS. *Opinion.* Nos

eadem sententia est et Diocles. Praeterea cordi convenire convalescentium, aut post multas vomitiones perquam utile. Heraclides contra argentum vivum dedit, et Veneri subinde offensanti, aegrisque se recolligentibus. Hicesius ideo stomacho utile videri dixit, quoniam nemo tres siseres edendo continuaret: esse tamen utile convalescentibus ad vinum transeuntibus. Sativi privatim succus cum lacte caprino potus sistit alvum.

XVIII. Et quoniam plerosque similitudo nominum graecorum confundit, conteximus et de sili: sed hoc est vulgatae notitiae. Optimum Massiliense: lato enim grano et fulvo est. Secundum Aethiopicum, nigrius. Creticum odoratissimum omnium. Radix iucundi odoris est. Semen esse et vultures dicuntur. Prodest homini ad tussim veterem, rupta, convulsa, in vino albo potum. Item opisthotonicis, et iocinerum vitiis,

Ophelion, ut in Indice diximus sincerius arbitramur. H.

Et Veneri. . .offensanti. Deficiente. Hard.

Ideo stomacho. Ita libri omnes. Sunt qui velint *inutile* legi. Frustra: idcirco utile Hicesius stomacho credidit, quod periculi nihil sit, ne largius sumatur: neminem enim esse, qui siseres tres edere continuo possit: modice porro sumptos, prodesse: nocere, si copiosius edantur. H.

Continuaret. Sic Horat. Serm. II, 6: *Continuatque dapes.* H.

XVIII. *Et de sili.* Veteribus Graecis σέλι, sive σῖλι, idem fuit quod recentioribus deinde σίσελι. Herodoto in Euterpe σιλλικύπριον, quod Diosc. IV, 61, σίσελι Κύπριον. Nec Graecis modo, sed et latinis scriptoribus. Festus: *Silatum antiqui, pro eo quod nunc ientaculum dicimus, appellabant: quia ieiuni vinum sili conditum ante meridiem absorbebant.* H.

Massiliense. Tria haec genera in horto Regio vidimus. Massiliense a Lobelio pingitur in Obs. p. 437. Creticum, sive tordylion, ab eodem, p. 425. Aethiopicum seseli frutex a Dodonaeo, pag. 340. H.

Radix iucundi. In triplici nempe genere proxime laudato. Diosc. quoque III, de Massiliensi, ῥίζα μακρὰ, εὐώδης. H.

Prodest. Diosc. l. c. H.

Rupta, convulsa. Ῥήγματα καὶ σπάσματα Graeci dicunt, ut Diosc. Εὔπορ. II, 34. Ῥῆγμα nervorum tendinumque fractura est (alii arterarium et venarum esse vnluot), σπάσμα eorumdem nervorum convulsio, retractio, et quasi quaedam complicatio. Haro.

Item. Orthopnoicis et stranguriae

et torminibus, et stranguriae, duarum aut trium ligularum mensura. Sunt et folia utilia, ut quae partus adiuvent etiam quadrupedum. Hoc maxime pasci dicuntur cervae pariturae. Illinuntur et igni sacro; multumque in summo cibo concoctionibus confert, vel folio, vel semine. Quadrupedum quoque alvum sistit, sive tritum potui infusum, sive mandendo commanducatum e sale. Boum morbis tritum infunditur.

XIX. Inula quoque a ieiunis commanducata, dentes confirmat, si ut eruta est, terram non attingat: condita tussim emendat. Radicis vero decoctae succus tineas pellit: siccatae autem in umbra farina tussi,

mederi prodidit similiter Galen. de Fac. simpl. med. VIII, pag. 227. H.

Trium ligularum. In MSS. *trium linguarum.* Lingua, seu ligula, mensurae genus est, quae et cochlear dicitur: est autem pars quarta cyathi, de quo lib. XXI, 109. H.

Sunt. Et semen quoque capris, caeterisque pecudibus ad partum invandum dari, scribit Diosc. III, 60: Δίδοται δὲ καὶ αἰξὶ, καὶ τοῖς λοιποῖς κτήνεσι πρὸς εὐτοκίαν ποτόν.

Hoc. Vide quae diximus VIII, 50. H. — Mox *illinuntur;* Gr. et al. *illinitur.* Eo. P.

Multumque. Primo cibo, ut supra, c. 13. Semen quidem e vino potum, conferre concoctioni plurimum, auctor est Diosc. l. c. Et vinum silatum idcirco ante meridiem bibere solitos Veteres fuisse paulo ante ex Festo diximus. Hard.

Boum morbis, etc. Faucibus scilicet. Hard.

XIX. *Inula quoque.* Ad verbum haec Plin. Val. I, 36, et Apuleius, cap. 95, l. 2. H.

Condita. Nempe condita melle. Plin. Val. I, 58: *Inulae pulvere*, inquit, *ligula plena melle mixto, et cocto, unam mane, et alteram sero accipies: hoc tussi medetur, et arterias lenit.* Haro.

Radicis. In vino videlicet. Nam Marc. Emp. cap. XXVIII: *Radix inulae*, inquit, *in vino decoquitur, dein succus eius exprimitur, potuique datur ad tineos enecandas. Sed ea radix posteaquam eruta est, terram non debet attingere.* Eadem habet paene iisdem verbis Plin. Val. II, 21. De foliis Apuleius, cap. 95, l. 3, ad lumbricos: *Herbae inulae folia ex vino trito, mirifice quum bibuntur, necant lumbricos.* H.

Tineos pellit. Sive taenias. Ταινίαι vocantur lati longissimique vermes, qui totius intestini longitudinem interdum adaequant. Veteres taenias et lineas indiscrete dixerunt. Sic Cato de Re R. cap. CXXVI: *Si tineae et lumbrici molesti erunt.* Scrib. Larg. comp. CXL: *Ad tineas et lumbricos necandos.* Apuleius item, cap. 35, l. 4: *Ad lumbricos et tineas.* Plin. Val. II, 21: *Tineae quoddam vitium ventris est*, etc. Q. Seren. cap. XXXI, de lumbricis et tineis purgandis; *Quid non ad-*

et convulsis, et inflationibus, et arteriis medetur. Venenatorum morsus abigit. Folia ex vino lumborum dolori illinuntur.

XX. Caepae silvestres non sunt. Sativae olfactu ipso et delacrymatione caligini medentur, magis vero succi inunctione. Somnum etiam facere traduntur, et hulcera oris sanare, commanducatae cum pane. Et canis morsus, virides ex aceto illitae, aut siccae cum melle et vino, ita ut post diem tertium solvantur. Sic et attrita sanant. Coctam in cinere et epiphoris multi imposuere cum farina hordeacea, et genitalium hulceribus. Succo et cicatrices oculorum, et albugines, et argema inunxere: et serpentium morsus, et omnia vulnera cum melle. Item auricularum cum lacte mu-

versum miseris mortalibus addit Natura, interno cum viscere tinea serpens, Et lumbricus edax, etc. Alias etiam Plinio nostro tineae, lib. XI, cap. 41; eae sunt fere, quas idem blattas appellat, XXIX, 39; quas simul, ceu diversas, appellat Horatius, Sat. II, 3: *Stragula vestis, Blattarum ac tinearum epulae.* H.

Folia ex vino. Plin. Vat. II, 36: *Lumbis dolentibus curandis: Imulae foliorum, sive radicis pulveris denarii duo ex vini cyatho uno bibito, emendant.* Hard.

XX. *Et delacrymatione caligini*, etc. Significat delacrymationem acrimonia caeparum excitam oculorum caligini prodesse. Gelen.

Succi inunctione. Sic Diosc. II, 181. et Galen. de Fac. simpl. med. VII, pag. 198. E Latinis Plin. Val. I, 18, Hippocratem sequutus: cuius illud effatum est, lib. de Diaeta, κρόμμυον τῇ ὄψει ἀγαθόν. H.

Somnum. Plin. Val. IV, 26. H.

Et canis. Diosc. et Plin. Val. II. cc. Hard.

Sic et attrita. Attritus nempe calcamentorum. Prius legebatur, *sic et tritae sanant.* In MSS. *trita.* Emendandi Dioscorides auctor fuit, qui lib. II, 181, contra calceamentorum attritus utiles caepas esse prodidit: Πρὸς ἐκτρίμματα ὑποδημάτων χρήσιμος. Hard.

Succo. Diosc. loc. cit. Cicatrix porro νεφέλιον est, vitium scilicet oculorum, quod nubeculam vocant. Paul. Aegin. III, albugines et cicatrices ita distinguit, ut has in superficie consistere dicat, et non solum οὐλάς, sed et νεφέλια appellari: illas vero λευκώματα dictas, altius progressas cicatrices esse. Αργεμα vero tum dicitur, quoties circa orbem iridis, propinquasque ei partes sic exhulceratio fit, ut extimae iridis partes rubere, interiores vero albescere videantur. Αργημον vocat Hippocrates de Morb. mul. lib. II. H.

lierum : et in iisdem sonitum ac gravitatem emendantes, cum adipe anserino, aut cum melle stillavere; et ex aqua bibendum dedere repente obmutescentibus. In dolore quoque ad dentes colluendos instillavere, et plagis bestiarum omnium, privatim scorpionum. Alopecias fricuere, et psoras, tusis caepis.
3 Coctas dysentericis vescendas dedere, et contra lumborum dolores: purgamenta quoque earum cremata in cinerem illinentes ex aceto serpentium morsibus, sepisque multipedae ex aceto. Reliqua inter medicos mira diversitas. Proximi utiles esse praecordiis et concoctioni, inflationemque et sitim facere dixerunt. Asclepiadis schola, ad colorem quoque validum pro-
4 fici hoc cibo. Et si ieiuni quotidie edant, firmitatem valetudinis custodiri: stomacho utiles esse, spiritus agitatione: ventrem molire, haemorroidas pellere,

Et in. Diosc. II, 181. Marc. Emp. de med. c. VII: *Caepae succus cum melle permixtus et auriculae instillatus, graviter audientes emendat, dolorem sedat, purulenta expurgat, vermes enecat: aquam etiam quae ingressa fuerit, et omnem humorem educit.* Plin. Val. I, 11: *Caepae succum cum melle, quod in carbonibus calefacies, et auriculae infundis, mire sanat.* Theod. Prisc. I, 7, *de aurium causatione:* «Sed et caeparum succum, cum anserinis adipibus mixtum similiter iniicito, et ovi alborem cum lacte mulieris.» Hard.

Et ex. Plin. Val. IV, 26. H.

In dolore. Plin. Val. II. cc.

Alopecias. Plin. Val. II. cc. Marc. Emp. cap. VI, pag. 45. Schola Salernitana: *Contritis caepis loca denudata capillis Saepe fricans, capitis poteris reparare decorem.* E Graecis Dioscor. et Galen. locc. citt. H.

Coctas dysentericis. Plin. Val. loc. cit. Hard.

Sepisque. Subintellige, morsibus. De sepe multipeda, sive millepeda, superius c. 6. H.

Reliqua inter. Haec totidem verbis Plin. Val. IV, 26. H.

Proximi. Inter medicos novissimi, quos etiam Plin. Val. sequutus est, cap. cit. de caepis: *Dioscorides*, inquit, *putat ex cibo earum sitim accendi, inflationes fieri, caput praegravari.* Dioscoridis verba referenda ex lib. II, 181. H. — Sic ex MSS. emend. Hard. *inutiles* V. *inutilia* Gr. et al. Ed. P.

Ad colorem. Plin. Val. loc. citat. Schola Salernitana de caepis: *Non modicum sanas Asclepius asserit illas, Praesertim stomacho, pulcrumque creare colorem.* H.

Et si ieiuni. Plin. Val. loc. citat. Hard.

Spiritus agitatione. Concitato ru-

subditas pro balanis: succum cum succo feniculi contra incipientes hydropises mire proficere. Item contra anginas, cum ruta et melle. Excitari eisdem lethargicos. Varro, quae sale, et aceto pista est arefactaque, vermiculis non infestari, auctor est.

XXI. (VI.) Porrum sectivum profluvia sanguinis sistit in naribus contrito eo obturatis, vel gallae mixto, aut mentae: item ex abortu profluvia, poto succo cum lacte mulierum. Tussi etiam veteri, ac pectoris et pulmonis vitiis medetur. Illitis foliis sanantur et ambusta, et epinyctides: ita vocatur hulcus, quae et syce, in angulo oculi perpetuo humore manans. Quidam eodem nomine appellant pusulas liventes, ac

cin; nam ructus ventris exercitatio est. Dal. — *Spiritus.* Ea ratione quod spiritus agitet, inquit Plin. Val. loc. cit. H.

Haemorrh. pellere. Galen. de Fac. simpl. med. VII, pag. 198. H.

Pro balanis. Balani sunt glandes, et id quod per glandis formam ad subducendam alvum in podicem manu inditur. Suppositorium vulgus officinarum vocat. H.

Anginas. Diosc. II, 181. H.

Excitari eisdem. Caepis scilicet, si largius edantur. Vide Celsum III, 20, et Diosc. loc. cit. H.

XXI. *Porrum.* Marc. Emp. c. x: *De porro sectivo trito nares fluentes recte obturantur.* Et Plin. Val. de Re med. I, 26: *Ad profluvium narium: In hoc casu*, inquit, *porro sectivo trito nares obturantur.* De galla in hunc usum admiscenda meminit idem Marcellus. Addi mannae vel thuris micam iubet Diosc. II, 179. Haad.

Tussi. Plin. Val. I, 63, cui titulus: *Ad sanguinem exsercantes, et phthisicos affectus: Porri sectivi succum cum lacte mulieris, cyathos duos ieiuno dabis tepefactum.* Adde et Diosc. II, 179. H.

Ita vocatur. Alia ἐπινυκτίδος acceptio haec est, praeter eam, quam cap. 6 attulimus. Est porro συκὴ, hulcus in capite, superciliis, mento, ac podice, cui a fici similitudine nomen est: tuberculum videlicet hulcerosum, rotundum, subdurum, rubicundum, cum dolore, in partibus praecipue, quae pilo vestiuntur: capite, palpebris, mento, etc. Σύκωσις Celso dicitur VI, 3. Et Scrib. Larg. comp. XXXVIII: *Excrescentem carnem, σύκωσιν quam vocant.* Lusit in hoc morbi genus Martialis lib. I, ep. 66: *Quum dixi ficus, rides quasi barbara verba, Et dici ficos, Caeciliane, iubes... Dicemus ficos, Caeciliane, tuos.* Et *ficos* Plinius non semel de arborum fetu dixit: at femineo, ut vocant, genere, non virili. Haad.

Quidam. Quos inter Celsus a nobis laudatus c. 6. H. — *Pusulas.* Grou. et alii, *pustulas*, Ed. P.

noctibus inquietantes. Et alia hulcera cum melle trito:
2 vel bestiarum morsus ex aceto: item serpentium. Aurium vero vitia cum felle caprino, vel pari mensura mulsi: stridores cum lacte mulieris: capitis dolores, si in nares fundatur; dormiturisve, in aurem duobus succi cochleariibus, uno mellis. Succus et ad serpentium scorpionumque ictus bibitur cum mero, et ad lumborum dolores cum vini hemina potus. Sanguinem vero exscreantibus et phthisicis, distillationibus longis, vel succus, vel ex ipso cibus prodest:
3 item morbo regio, vel hydropicis: et ad renum dolores, cum ptisanae succo acetabili mensura. Idem modus cum melle, vulvas purgat. Estur vero et contra fungorum venena: imponitur et vulneribus. Venerem stimulat, sitim sedat, ebrietates discutit; sed oculorum aciem hebetare traditur: inflationem quoque facere, quae tamen stomaco non noceat, ventremque molliat. Voci splendorem affert.

Et alia. Theod. Prisc. I, 17.

Item. Theod. Prisc. I, 22, de apum percussibus, vel scorpionum, caeterorumque serpentium. *Et porrum tritum impositum, statim curat.* Hard.

Aurium. Plin. Val. I, 10, et IV, 20, de porro. *Aurium quoque dolores*, inquit, *cum felle caprino, vel pari mensura usi* (lege *mulsi*), *compescuerunt.* Plinius ipse noster, XXVIII, 48, laurinum fel ad aurium dolores et vitia commendat cum porri succo. Diosc. quoque his adiungendus II, 479, et Marc. Emp. c. IX. H.

Dormiturisve. Plin. Val. IV, 20, et Marc. Emp, cap. 1: *Porri secticii succum cochlearia duo, et unum mellis, permixta,ituro dormitum, vel in nares, vel in auriculam tepidum infunde, statim proderit.* H.

Succus. Diosc. II, 479; Solion in Geop. XII, 29; Theod. Prisc. loc. cit. Hard.

Et ad. Marc. Emp. cap. XXV, et Plin. Val. II, 36, et IV, 20. H.

Sanguinem. Marc. Emp. cap. XVI, et Plin. Val. IV, 20. H.

Item. Plin. Val. II, 59. H.

Venerem. Diosc. loc. cit. H.

Sitim sedat, etc. Hoc parum credibile, quoniam calidum et siccum est. Dalec.

Sed oculorum. Diosc. loc. cit. H.

Voci. Diosc. loc. cit. καθαίρει δὲ καὶ τὴν ἀρτηρίαν. Aristot. sect. 11, probl. 39: Διὰ τί τὰ πράσα συμφέρει πρὸς εὐφωνίαν, ἐπεὶ καὶ τοῖς πέρδιξιν. *Cur porrum voci confert? Nam et perdici in ea re conferre scimus.* Solion quoque in Geop. loc. cit. Vide

XXII. Capitato maior est ad eadem effectus. Sanguinem reiicientibus succus eius cum gallae aut thuris farina, vel acacia, datur. Hippocrates et sine alia mixtura dari iubet; vulvasque contractas aperire putat: fecunditatem etiam feminarum hoc cibo augeri. Contritum ex melle hulcera purgat. Tussim et distillationes thoracis, pulmonis et arteriae vitia sanat, datum in sorbitione ptisanae: vel crudum, praeter capita, sine pane, ita ut alternis diebus sumatur: vel si pura exscreentur. Sic et voci, vel Veneri, somnoque multum confert. Capita bis aqua mutata cocta, alvum sistunt, et fluxiones veteres. Cortex decoctus illitusque inficit canos.

quae de Nerone dicta XIX, 33. — *Voci.* Chiffl. *vocis.* Ed. P.

XXII. *Capitato.* Haec Plin. Val. a nostro plane ad verbum IV, 20. H.

Sanguinem. Plin. Val. l. c. H. — *Gallae.* Vet. ap. Dal. *galla.* Ed P.

Hippocrates. De Morb. mul II, text. 89, pag. 612, ac lib. de Steril. text. 13, pag. 630. Item Plin. l. l. In vulvae praeclusione ac duritie, πρὸς μύσιν καὶ σκληρίαν ὑστέρας, porri capitati comum in aceto coctam dari Diosc. iubet II, 179. H.

Contritum. Marc. Emp c. IV, pag. 42, et Plin. Val. III, 22, et IV, 20. H.

Tussim. Ad verbum haec Plin. Val. IV, 20. Marc. Emp. c. XVII: *Porri contusi succus expressus, cum oleo decoctus, et epotus, plurimum tussientibus prodest.* H. — *Arteriae.* Plin. *arteriarum.* Ed. P.

Sorbitione. Sive ptisanae dicatur, de qua lib. XVIII, 15, sive alicae de qua lib. eodem c. 29, nihil interest. Marc. Emp cap XV: *Pulticulam ex alica facies, in quam capita porrorum contusa mittes, et simul decoques, et deinde colabis, et sorbitione ea contra faucium molestias, quum volueris, uteris.* Et cap. XVII: *Utiles sunt inter initia quamvis molesta, suspiriosis sorbitiones de porro capitato factae, et ex urtica; et nasturtii semine.* Hausere isti a Celso IV, 4, qui ad tussim *sorbitiones* commendat, *in quibus porrum incoctum tabuerit: cibumque mollem, ut malvam, et urticam.* H.

Praeter. Demptis capitibus, folia uti cruda edantur. Sic in morbo haud multum absimili, Plin. Val. I, 28: *Ad stillationem narium ex humore: Porri capitati folia cruda sine pane edantur.* Idem de sectivo Marc. c. XIV: *Vvae distillationi... prosunt porri sectivi folia non cocta, sine pane, assidue manducata.* H.

Vel si. Etiam si e thorace pus exscreetur. Diosc. II, 179: Ἀνάγει τὰ ἐκ θώρακος. H. — *Pura.* Gron. et al. ante Hard. *purulenta.* Ed. P.

Sic et. Haec totidem verbis Plin. Val. IV, 20. H.

Capita. Plin. Val. loc. cit.

Inficit. Canitiem pellit, capillosque denigrat. H.

XXIII. Allio magna vis, magnae utilitates contra aquarum et locorum mutationes. Serpentes abigit, et scorpiones odore: atque, ut aliqui tradidere, et bestiarum omnium ictibus medetur, potu, vel cibo, vel illitu. Privatim contra haemorrhoidas prodest, cum vino redditum vomitu. Ac ne contra araneorum murium venenatum morsum valere miremur, aconitum, quod alio nomine pardalianches vocatur, debellat: item hyoscyamum: canum morsus, in quae vulnera
2 cum melle imponitur. Ad serpentium quidem ictus potum cum restibus suis efficacissime ex oleo illinitur; attritisque corporum partibus, vel si in vesicas intumuerint. Quin et suffitu eo secundas partus evocari

XXIII. *Allio.* Ad verbum haec Plinius Val. IV, 17. H.

Contra. Plin. Val. loc. cit. *Peregrinantibus esui datum, minime patitur eos aquarum ac locorum mutatione permutari.* H.

Serpentes. Plin. Val. loc. cit. et Simeon Sethi lib. de Alim. tit. de alliu: Φεύγουσι δὲ τοῦτο καὶ οἱ ὄφεις, ὥσπερ καὶ τὰ πήγανα, etc. H.

Atque. Plin. Val. loc. cit. et auct. Geop. XII, 30. H.

Privatim. Αἱμορροΐς non morbi hoc loco, sed serpentis quoddam genus est, ex eo dictum, quod morsu sanguinem eliciat, et dissolutis venarum commerciis, quidquid animae est, evocet per cruorem, ut refert Solinus cap. XXVII. De eo Lucanus IX, 708: *At non stare suum miseris passura cruorem, Squamiferos ingens haemorrhois explicat orbes.* Vide Sarraceni notas in Diosc. II, 182. De serpente porro hic agi, non de morbo venarum ani, qui haemorrhois quoque appellatur, vel ex orationis serie ipsa constat. H.

Ac ne. Diosc. II, p. 182. H.

Canum. Diosc. loc. cit. et Plin. Val. III, 51; IV, 17. H.

Ad serp. Haec ad verbum Plin. Val. IV, 17. H.

Cum restibus. Cum foliis. H.

Vel si. Etiamsi partes eae attritae, in vesicae morem intumescant Plin. Val. loc. cit. *Quaeque in vesica* (lege, *in vesicas*) *tumescunt, lenit impositum.* H.

Quin et. Et esu quoque allii, secundas evocari auctor est idem Hippocr. de Morb. mul. I, 74. Suffitu vero Plin. Val. loc. cit. ex eodem Hippocrate, et Diosc. II, 182. Secundas porro ὑστέραν, Latini pariter ac Graeci membranam eam vocant, qua partus obvolutus utero prodit, quae et secundina dicitur. Vulgo ab anatomicis, *l'arrière-faix* H. — *Secundas partus.* Vet. apud Dalecamp. cod. *secundas*, et *partus.* Hic autem Gron. ut infra c. 44, legit *secundos partus*, sed frustra, quum refragentur omnes libri. Ed. P.

existimavit Hippocrates, cinere eorum cum oleo, capitis hulcera manantia sanitati restituens. Suspiriosis coctum, aliqui crudum id tritum dedere. Diocles hydropicis cum centaurio, aut in fico duplici ad evacuandam alvum: quod efficacius praestat viride cum coriandro in mero potum. Suspiriosis aliqui et tritum 3
in lacte dederunt. Praxagoras et contra morbum regium vino miscuit; et contra ileum in oleo et pulte: sic illinens strumis quoque. Antiqui et insanientibus dabant crudum. Diocles phreneticis elixum. Contra anginas tritum imponi, et gargarizare prodest. Dentium dolorem tribus capitibus in aceto tritis imminuit, vel si decocti aqua colluantur, addaturque ipsum in cava dentium. Auribus etiam instillatur succus cum 4
adipe anserino: phthiriases et porrigines potum, tu-

Cinere eorum. Plin. Val. IV, 17, et Marc. Emp. cap. IV: *Allium cum sua veste comburitur, cinisque eius ex oleo capiti hulceroso imponitur.* H.

Suspiriosis. Vocem hanc *tritum* adiecimus, tum ex MSS. exemplarium fide, tum ex vetustis scriptoribus geminis, quorum alter a Plinio nostro, ab altero Plinius ipse hausisse videtur. Nam Plin. Val. IV, 17, de allio: *Suspiriosis quidem*, inquit, *per se crudum, aliqui et cum lacte tritum dedere.* Cels. IV, 4, *de difficultate spirandi*: « Datur etiam utiliter frictum allium, dein contritum, et cum melle mixtum. » H.

Diocles. Ad verbum haec Plin. Val. loc. cit. H.

Aut in. Plin. Val. III, c. de hydropisi: *Allium viride*, inquit, *cum fico duplici malum evocat.* Et lib. II, de allio: *Viride cum coriandro et ficu datum, alvum mollire perhibetur.* Ficus duplex ea est quae reliquis maior ampliorisque formae, quae et marisca appellata est lib. XV, 19. Vegetius, Art. vet. I: *Addisne novem duplices ficus.* Idem alio loco: *Ficus duplices viginti, sutae fasciculum.* Horat. Sat. II, 2, vs. 122: *At mox ornabat mensas, cum duplice ficu.* Hardo.

Suspiriosis. Plin. Val. IV, 17. H.

Praxagoras. Plin. Val. haec iisdem verbis loc. cit. et lib. II, 59. Q. Serenus cap. LIX, de regio morbo pellendo: *Allia trita dabis vino madefacta calenti.* H.

Diocles phreneticis elixum. Et Plin. Val. III, 9. H.

Dentium. Plin. Val. I, 36, et Diosc. II, 182. H — *Imminuit.* Chiffl. cod. *minuit.* Eo. P.

Auribus. Plin. Val. IV, 17. Rursum hoc medicamentum proponitur ad aurium vitia XXIX, 39. H.

Phthiriases. Q. Serenus cap. VI, de phthiriasi arcenda pag. 128: *Saepius ergo decet mordax haurire sinapi, Vel nitro ac sale permixtis, aci-*

sum item cum aceto et nitro compescit: distillationes cum lacte, vel tritum permixtumve caseo molli: quo genere et raucitatem extenuat; vel phthisin, in fabae sorbitione. In totum autem coctum utilius est crudo, elixumque tosto: sic et voci confert. Tineas et reliqua animalia interaneorum pellit, in aceto mulso coctum. Tenesmo in pulte medetur. Temporum doloribus illitum elixum: et pusulis coctum cum melle, deinde tritum. Tussi cum adipe vetusto decoctum, vel cum lacte: aut si sanguis etiam exscreetur, vel

dove liquore Laxatis, ut sint simul allia, tangere corpus. Hard.

Et porrigines. Porrigo, graece πityρίασις, est ubi inter pilos quaedam quasi squamulae assurgunt, eaeque acutae resolvuntur, in modum furfuris, et interdum madent, multo saepius siccae sunt. Fere in capillo fit, rarius in barba, aliquando in supercilio. Celsus VI, 2. Describitur satis eleganter a Q. Sereno, cuius carmen recitabimus c. 84. Prius et *prurigines* legebatur. At erroris admonuit Marc. Emp. cap. IV: *Ad pityriasin*, inquit, *et porrigines capitis, prodest ungere caput allio trito ex aceto et nitro.* Nec non Diosc. qui l. II, 82. τὰ πίτυρα allio quoque eximi prodiderit. Adde consensum exemplarium MSS. R. Colb. Chiff. etc. in quibus *porrigines*, non *prurigines* scribuntur. H. — Gronov. et al. ante Hard. *furfures, prurigines*, etc. Ed. P.

In totum autem coctum utilius. Plin. Val. IV, 17. Haan.

Tineas et reliqua animalia interaneorum. Marc. Emp. cap. XXVIII; Plin. Val. II, 21, et IV, 17. Scrib. Larg. comp. CXL: *Ad tineas necandas, eiciendas, per triduum allium plurimum edat*, etc. H.

Tenasmo in pulte medetur. Sic legunt alii. Scribo *tenesmo*, non *tenasmo*, tum ex archetypo nostro, tum etiam ex Galeno in Diffinitionibus si legitima est fetura „et Isagoge. Item ex Paulo Iertio, et Dioscoride saepe, omnibusque gregatim medicis, ne citando tundam. Dici vero potest et *teneamos* et *tinesmos*, a verbo graeco τείνεσθαι, hoc est, intendi. Paulus libro citato, eleganter, ut omnia, hunc morbum diffinit his verbis: *Tenesmus est continua et implacabilis desidendi cupiditas, qua nihil praeter modice cruenta vel mucosa egeritur.* Pint. — *Tenesmo.* Plin. Val. IV, 17. Haan.

Temporum doloribus illitum elixum, et pusulis coctum cum melle, deinde tritum. Conf. Plin. Val. loc. cit. H.

Tussi. Crudum coctumve allium in cibo sumptum tussim lenire ait Diosc. II, 182. Q. Seren. cap. XVIII: *Interdum fauces tussi quatiuntur acerba: Allia tum sumes decocta, et melle peruncta.* Cels. IV, 4, ubi de tussientibus: *Utilis est*, inquit, *cibus interdum mollis, ut malva, ut urtica: interdum acer, ut lac cum allio coctum.* Haan.

Aut si sanguis etiam exscreetur, vel

pura, sub pruna coctum, et cum mellis pari modo sumptum: convulsis, ruptis, cum sale et oleo. Nam cum adipe tumores suspectos sanat. Extrahit fistulis vitia cum sulphure et resina, etiam arundines cum pice. Lepras, lichenas, lentigines exhulcerat, sanat- 5 que cum origano, vel cinis eius ex oleo et garo illitus: sic et sacros ignes. Suggillata aut liventia ad colorem reducit, combustum ex melle. Credunt et comitialem morbum sanari, si quis eo in cibo utatur ac potione. Quartanas quoque excutere potum caput unum cum laserpitii obolo in vino austero. Tussim et alio modo, ac pectorum suppurationes quantaslibet

purulenta. Non *purulenta* (sic Gron. et al. ante Hard. Ed. P.), sed *pura*, in nostro apographo, ut supra etiam notandum est. Pinr.

Cum adipe tumores suspectos sanat. Quos esse pestilentiales iure suspiceris. Hasn.

Extrahit. Ad verbum haec Plin. Valer. III, 22. Et Marc. Emp. IV: *Allium contritum cum sulphure et resina, hulcerum et fistularum quaelibet vitia extrahit.* H.

Etiam. Arundinum infixas corpori assulas. Subintelligo, allium extrahit. Ita libri omnes, etiam MSS. Plane ut suspecta sit fides antiqui exemplaris, ex quo Pintianus *hirudines*, hoc est, sanguisugas, reponere conatus est. Praesertim Marcello Empirico, Pliniioque Valeriano, huic lectioni mire suffragantibus: scriptoribus quidem non eruditissimis, sed quibus tamen concedendum in hac parte plurimum, quum opus ambo suum ex Plinii fere sententiis verbisque concinnarint. Et ille quidem, cap. XXXIV: *Allium elixum*, inquit, *cum pice impositum, arundines extrahit corpori adfixas. Filix radix trita arundinem extrahit: rursum arundinis radix*, etc. Iste lib. III, 49: *Ad extrahenda ea quae corpori infixa sunt: Allium elixum cum pice, arundines extrahit*, etc. H.

Lepras. Diosc. II, 182. H.

Vel cinis. Plin. Val. iterum lib. III, cap. 34. Hasn.

Sic. Plin. Val. loc. cit. H.

Suggillata. Dioscor. loc. citat. et Plin. Val. III, 47, iisdem verbis. Suggillata Graecis, τὰ ὑπώπια, partes sunt circa oculos percussionibus contusae et lividae; sed et de omni contusione corporis, et livore, in qualibet parte, ea vox tum latina, tum graeca effertur. Glossarium: *Suggillare*, πλήσσειν, ὑπωπιάζειν. H.

Credunt et comitialem morbum sanari, etc. Plin. Val. II, 58. H. — *Sanari.* Gronov. et vett. ante Hard. edd. *sanare.* Ed. P.

Quartanas. Plin. Val. ad verbum lib. III, 6. H.

Tussim et alio modo. Sensus est: Tussim et hoc modo sanari, et illo altero remedio, iam contra quartanas

sanat, fractae incoctum fabae, atque ita in cibo sum-
6 ptum, donec sanitatem restituat. Facit et somnos, atque in totum rubicundiora corpora. Venerem quoque stimulat cum coriandro viridi tritum, potumque e mero. Vitia eius sunt, quod oculos hebetat, inflationes facit, stomachum laedit copiosius sumptum, sitim gignit. Caetero contra pituitam, et gallinis et gallinaceis prodest mixtum farre in cibo. Iumenta urinam reddere, atque non torqueri tradunt, si trito natura tangatur.

XXIV. (VII.) Lactucae sponte nascentis primum est genus eius, quam caprinam vocant, qua pisces in mare deiecta protinus necantur, qui sunt in proximo. Huius lac spissatum, mox in aceto pondere obolorum duum, adiecto aquae uno cyatho, hydropicis datur. Caule et foliis contusis, asperso sale, nervi incisi sa-

dicto. Gelen. — *Tussim.* Praeter allatum proxime his verbis: *Tussi cum adipe vetusto decoctum, vel cum lacte.* Hic Gelenius cespitavit. H.

Fractae. Plin. Val. IV, 17, ubi haec transcripsit, *in faba coctum* dixit. Hard.

Vitia. Haec pariter Dioscor. II, 182. Oculos hebetare prodidit etiam Hipp. de Diaeta II, text. 24. H.

Caetero. Vide quae diximus lib. X, cap. 78. H.

Natura. Naturae nomen pro genitalibus usurpat, verecundiae causa. Vide inferius XXII, 15; et Ducangium ad hoc vocab. ubi recenset illos, qui eo utuntur. Ed. P.

XXIV. *Lactucae sponte nascentis*, etc. Hoc est, silvestris, quae a sativa distat. Hard.

Quam. Hanc eo nomine iam superius indicavit XIX, 39. Marinam vocat Cels. II, 12: *Lactucae marinae lac*, inquit, *cuius guttapani adiecta abunde purgat.* Et III, 21, de aqua inter culem: *Prodest etiam lactucae marinae, quae grandis iuxta nascitur, semen cum aqua potui datum.* Eadem τιθύμαλος est, uti dicetur XXVI, 39. Et testis quoque Celsus V, 7: *Lactuca marina*, inquit, *quae a Graecis* τιθύμαλος *nominatur.* Igitur illud est tithymali genus, quod paralium vocant, purgationibus aptum, de quo lib. XXVI. Plinius ipse eiusdem lib. XVI, 39: *Tithymalum nostri herbam lactariam vocant, alii lactucam caprinam*, etc. H. — De ea sup. lib. dictum. Ed. P.

Huius lac. Dioscor. II, pag. 166, hanc vim eamdem lactucae silvestris lacti adscribit, eumdemque fere dandi modum imperat: lactucae marinae semini Cels. III, 21. H.

Nervi. Ad hos usus adhibitum a se tithymali succum Galenus ipse prodidit κατὰ γένη III, 2. H. — *Caule et*

nantur. Eadem trita ex aceto, colluta matutinis bis mense, dentium dolorem prohibent.

XXV. Alterum est genus quod Graeci caesapon vocant. Huius folia trita, et cum polenta illita, hulceribus medentur. Haec in arvis nascitur. Tertium genus est in silvis nascens; isatin vocant. Huius folia trita cum polenta vulneribus prosunt. Quarto infectores lanarum utuntur: simile erat lapatho silvestri foliis, nisi plura haberet et nigriora. Sanguinem sistit. Phagedaenas et putrescentia hulcera, quae serpunt,

foliis contusis ... nervi, etc. Vel. ap. Dal. *caule vero et*. Eo. P.

Eadem. Idem fere de tithymalo Dioscor. IV, 165. H.

XXV. *Quod Graeci esopon vocant*. Quod Graeci oesopon, οἴσοπον vocant. Nimirum succo turgentem, ἀπὸ τοῦ οἴσειν τὸν ὀπόν. Alii, ἀπὸ τῆς ἄσης, id est, τῆς λύπης, καὶ ὀποῦ, ἄσοπον dictam voluot, quod succo sit ob amarorem iogratos: id quod mihi placet. Alii a verbo ἄσαι *implere*, asopon, quasi succo lacteo plenam, dictam maluni. Lactuca ἔσοπος, id est, ὀπώδης, sive ὀποῦ μαστή; endivia silvestria officinarum, quae folia habet profundissime laciniata et incisa. Pro lactuca silvestri piogit Dodonaeus. Dal. — *Graeci caesapon*. Sic libri omnes etiam MSS. tum hoc loco, tum huius loci indice. Dalecampius *aesopon* legit: sed io ea voce nugari eum recte Salmasius admonuit, nott. in Solin. p. 258. H. — *Caesapon*. Sic Chiffl. Vel. ap. Dal. *sesapon*. Gron. et al. ante Hard. *esopon*. Eo. P.

Tertium. Lactucae videlicet: quo nomine nunc comprehenduntur genera herbarum omnia, quae lactenm succum fundunt. Hanc porro isatin, quam in silvis oasci Plinius admonet, silvestrem intelligi ab eo perspicuum est, atque adeo diversam ab ea qua iofectores uti consuevere: haec enim sativa est, uti mox ex Oribasio docebimus: quod Salmasium fugit, loc. cit. Hard.

Huius folia trita, etc. Sic Diosc. II, 216, nec paulo etiam expressius Galenus de simpl. med. Faculi. lib. VI, pag. 179. H.

Quarto. Isati nimirum sativa. Oribas lib. XI, fol. 199, post Diosc. II, 215, et Galen. de Fac. simpl. med. VI, pag. 179: *Isatis sativa herba est, qua tingendis laris infectores utuntur: folia plantaginis habet, pinguiora tamen, et nigriora. Silvestris vero isatis est sativae similis: folia tantum habet maiora ad lactucae foliorum similitudinem*, etc. De isati plura dicemus XXII, 2. Silvestria iconem exhibet Dodonaeus pag. 79. Sativae idem, et Lobelius in Obs. p. 189. H. — *Quarto*, etc. Sic ex MSS. emend. Hard. consent. Chiffl. *quarto inf. utuntur, quod glastum vocant; s. erat ... nisi quod plura haberet* Gron. et al. Eo. P.

Sanguinem. Haec tolidem verbis Diosc. II, 215, de sativa isati; et Galenus loc. citat. Vterque post Hippocratem lib. de Hulcer. text. 7.

sanat: item tumores ante suppurationem. Contra ignem sacrum radice vel foliis prodest; vel ad lienes pota. Haec propria singulis.

XXVI. Communia autem sponte nascentibus; candor, caulis interdum cubitali longitudine, et ipsi, et foliis scabritia. Ex his rotunda folia et brevia habentem sunt qui hieraciam vocent, quoniam accipitres scalpendo eam, succoque oculos tingendo, obscuritatem, quum sensere, discutiant. Succus omnibus candidus, viribus quoque papaveri similis: carpitur per messes inciso caule, conditur in fictili novo, ad multa praeclarus. Sanat omnia oculorum vitia cum lacte mulierum: argema, nubeculas, cicatrices, adustionesque omnes, praecipue caligines. Imponitur etiam oculis in lana contre epiphoras. Idem succus

Vel. Et isati quoque silvestri hanc vim attribuit Dioscor. loc. cit.

XXVI. *Communia.* Hoc est, silvestribus, superius explicatis. De sativis inferius. H.

Et ipsi. Et in ipso caule, et in foliis quaedam scabrities inest. H.

Qui hieraciam. Apuleius, c. 30: *Graecis thridax agria dicitur, aliis hieracion.... Italis lactuca silvatica.* Et tit. 1, *ad oculorum caliginem:* a Dicunt aquilam, quum in altum volare voluerit, prospicere rerum naturas, lactucae silvaticae folium evellere, et succo eius sibi oculos tingere, et maximam inde claritatem accipere. Herbae igitur lactucae silvaticae succum cum vino optimo vetere, et melle acapno, quod sine fumo collectum est, mixtum in ampullam vitream condito, et eo utaris: summam medicinam experieris.» Hoc ipsum refert de accipitre Aelianus H. A. II, 43. Hard.

Sanat. Apul. loc. cit. et Diosc. II, 166: Αποκαθαίρει· δὲ καὶ ἄργεμα ἀχλύν. Ποιεῖ καὶ πρὸς ἐπικαύσεις ἐγχριομένη σὺν γυναικείῳ γάλακτι. Hoc loco ἐπίκαυσις oculorum est sordidum, impurum, crustosumque hulcus. H. *Sanat.... argema nubeculas.* Sic em. ex MSS. Hard. *oreet nubeculas.* Gron. et al. Ed. P.

Adustionesque omnes. Επικαύσεις Dioscoridi, ἐπικαύματα Aeginetae, nempe hulcera sordida, crusta tecta, qua exempta, oculi humor saepe effluit. Dalec. — *Adustionesque.* Hulcera oculorum exusta putat hic Dalecampius intelligi: nos ambusta (nisi de iis paulò post sermo foret), hoc est, adustiones a fervente aqua vel igni factas. De his enim Theod. Priscian. I, 17: *De ustione calidae, vel ignis.... Et lactucae tritae cum salibus, pro cataplasmate impositae, continuo curant.... Alumine scisso cum olea contrito omnes ustiones ungo.* H.

Contra epiphoras. Ἐπιφορά, oculi praecipue morbus est, qui fit ab hu-

alvum purgat, in posca potus ad duos obolos. Serpentium ictibus medetur in vino potus. Et folia, thyrsique triti, ex aceto bibuntur. Vulneri illinuntur maxime contra scorpionum ictus. Verum contra phalangia commixto vino ex aceto. Aliis quoque venenis resistunt, exceptis quae strangulando necant, aut iis quae vesicae nocent: item psimmythio excepto. Imponuntur et ventri ex melle atque aceto, ad detrahenda vitia alvi. Vrinae difficultates, succus emendat. Cratevas cum et hydropicis obolis duobus in aceto et cyatho vini dari iubet. Quidam et e sativis 3
colligunt succum minus efficacem. Peculiares earum vires partim iam dictae sunt, somnum faciendi, Veneremque inhibendi, aestum refrigerandi, stomachum purgandi, sanguinem augendi. Non paucae restant: quoniam et inflationes discutiunt, ructusque lenes faciunt. Nec ulla res in cibis aviditatem incitat inhibetque eadem: in causa alterutraque modus est. Sic 4
et alvum copiosiores solvunt, modicae sistunt. Lentitiam pituitae digerunt, atque ut aliqui tradiderunt, sensus purgant. Stomachi dissoluti utilissime adiuvan-

morum influxu atque impressione. Is quum caetera membra obsidet, partis in quam fit impetus ingruentis humoris semper nomen adiicere consuevit Noster. ventris scilicet aut uteri, aut testium epiphoras appellando. Hard.

Idem succus alvum purgat, in posca potus. Diosc. loc. cit. Καθαίρει δὲ μετ' ὀξυκράτου πωθεὶς ὁ ὀπὸς δυοῖν ὀβολοῖν ὁλκὴ, ὑδατώδη κατὰ κοιλίαν. Hard.

Serpentium. Diosc. loc. cit. *Scorpionum.* Hard.

Quidam. Diosc. loc. cit. iisdem verbis. Hard.

Peculiares. Lib. XIX, 38. Has quoque lactucae doles complexus est Diosc. II, 165 et 166. Hard.

Purgandi. Immo, *roborandi.* Stomachicis sativam lactucam erudam prodesse tradidit Dioscorides. Dal.

Nec ulla. Forte, *nec alia res.* H. — Sic ex MSS. emend. Hard. Gron. et al. *ructusque lenes faciunt, concoctiones adiuvant. Cruditates ipsae nequaquam faciunt. Nec ulla*, etc. Ed. Par.

In causa. Vrinaque praestat, pro diverso sumendi modo. Hard.

Sensus. Sic paulo inf cap. 34, brassicae esu sensus purgari dicit.

tur: in eo usu et oxypori obolis asperitatem addito dulci ad intinctum aceti temperantes: si crassior pituita sit, scillite aut vino absinthite: et si tussis sentiatur, hyssopite admixto. Dantur coeliacis cum intubo erratico, et ad duritiam praecordiorum. Dantur et melancholicis candidae copiosiores, et ad vesicae vitia. Praxagoras et dysentericis dedit. Ambustis quoque prosunt recentibus, priusquam pustulae fiant, cum
5 sale illitae. Hulcera etiam, quae serpunt, coërcent, initio cum aphronitro, mox in vino. Tritae igni sacro illinuntur. Convulsa et luxata caulibus tritis cum polenta ex aqua frigida leniunt. Eruptiones papularum, ex vino et polenta. In cholera quoque coctas patinis dederunt: ad quod utilissimae quam maximi caulis et amarae. Quidam lacte infundunt. Defervefacti hi caules et stomacho utilissimi traduntur: sicut somno aestiva maxime lactuca, et amara lactensque, quam meconidem vocavimus. Hoc lac et oculorum claritati

Oxypori. Lactucis, inquit, stomachi adiuvantur, cum oxyporo, quod oboli mensura capiatur, cuius asperitatem addito passo (γλυκεῖ, dulci) mitigant ad intinctum aceti. Si crassior pituita in stomacho videbitur, non oxyporo dulcibus edomito, sed scillite aceto, aut absinthite vino utendum cum lactucis. Ὀξύπορα dicebantur, quae aceto condita ad intinctus servabantur. Apud Colum. XII, c. postremum inscribitur: *Moretum oxyporum*, vel ut alii, *oxygarum, quemadmodum componas.* Muria condiri lactucas auctor est Diosc. II, 165; oxymelite Plin. XIX, 38. H.

Praecordiorum. Hypochondriorum, lienis, et hepatis. Dal.

Eruptiones. Quae Graeci ἐξανθήματα. Plinius nunc papulas, nunc eruptiones pituitas vocat: tubercula videlicet, quae ieiunae salivae defricatione curantur. Papulis cutis exasperatur, et rubet, leviterque roditur. Celsum vide, V, c. postremo, tit. *de Papulis.* Haro.

Quidam. Quidam cum lacte infundunt elysteribus. H. — *Lacte.* Vet. apud Dal. et Cb. *lacti.* Eo. P.

Somno aestiva. Sic ex MSS. emend. Hard. cons. MSS. et Chiffl. *somno sativa* Gr. et al. Eo. P.

Quam meconidem, etc. Μηκωνὶς vero silvestris est et descripta a me in Botanico. Amaro gustu, et papaveri viribus esse prorsus similem Dioscorides ait, ideoque nonnullos succum eius lacteum meconino permiscere. Inde meconis cognominata est. Vide supra lib. XIX, cap. 8. Dal.

cum muliebri lacte utilissimum esse praecipitur, dum tempestive capiti inunguntur. Oculorum quoque vitiis, quae frigore in iis facta sunt. Miras et alias invenio laudes: thoracis etiam vitiis prodesse, non secus quam abrotonum, cum melle attico. Purgari et feminas hoc cibo. Semen sativarum contra scorpiones dari. Semine trito ex vino poto et libidinum imaginationes in somno compesci. Tentantes aquas non nocere lactucam edentibus. Quidam tamen frequentiores in cibo officere claritati oculorum tradiderunt.

XXVII. (VIII.) Nec beta sine remedio est utraque. Sive candidae, sive nigrae radix recens, et madefacta, suspensa funiculo, contra serpentium morsus efficax esse dicitur. Candida beta cocta, et cum allio crudo sumpta contra tineas: nigrae radices ita in aqua coctae, porriginem tollunt; atque in totum efficacior esse traditur nigra. Succus eius capitis dolores veteres, et vertigines: item sonitum aurium sedat, infusus iis: ciet urinam. Medetur dysentericis iniecta, 2
et morbo regio. Dolores quoque dentium sedat illitus

— *Meconidem vocavimus.* Lib. IX, 37. Μηκωνὶς atrae lactucae et amarae genus, cui nomen est a lactis soporiferi copia. Laudat eam Galenus κατὰ τόπους, VIII, 4, p. 577. H.

Hoc lac et oculor. claritati, etc. Diosc. II, p. 466. Haad.

Oculorum. Adustionibus forte ex frigore, quas ἐπιχαύσεις eo loco appellat Dioscorides. II. — *Dum tempestive.... Oculorum.* etc. Vet. apud Dal. *et quum tempora capitis inunguntur, oculorum quoque*, etc. En. P.

Tentantes. Aquas quae sensum cerebrumque tenient, qualea memorantur XXXI, 41, 42, etc. H.

XXVII. *Candida.* Haec totidem verbis Plin. Val. II, 24. Hard.

Porriginem, etc. Furfures et lendes, πιτυρὰ καὶ κονίδας. Diosc. Dal. — *Porriginem.* Marc. Emp. c. IV: *Betae viridis contusae expressaeque succo porriginosum caput frequenter in balneo lotum, omni tabo purgatur.* Diosc. II, 149: Τὸ δὲ τῶν ῥιζῶν καὶ τῶν φύλλων ἀφέψημα, πιτύρων καὶ κονιδῶν σμηκτικόν, κ. τ. λ. Hard.

Item. Plin. Val. I, 40: *Gummi ederae*, inquit, *cum betae nigrae succo tritum et tepefactum auribus infundis: ita tamen ut et rubi teneri succum misceas.... ventositatem et dolorem tollit.* Haad.

Et morbo. Cels. III, 42: *Potui dat ictericis cum aqua betam albam con-*

succus; et contra serpentium ictus valet, sed huius radici dumtaxat expressus. Ipsa vero decocta, pernionibus occurrit. Albae succus epiphoras sedat, fronte illita: aluminis pauco admixto, ignem sacrum. Sine oleo trita licet, adustis medetur. Et contra eruptiones papularum, coctaque eadem contra hulcera quae serpunt, illinitur: et alopeciis cruda, et hulceribus quae in capite manant. Succus eius cum melle naribus inditus caput purgat. Coquitur et cum lenticula addito aceto, ut ventrem molliat. Validius cocta fluxiones stomachi sistit et ventris.

tritam. H. — Mox *huius radici*, Vet. apud Dal. *is radice*. Ed. P.

Ipsa. Plin. Val. IV, 10, de beta: *Pernionibus in fomento adhibita prodest*. Theod. Prisc. I, cap. de Pernionibus: *Prosunt et decoctiones betarum, quibus alumen scissum infuderis*. Diosc. l. c. Τὸ δὲ τῶν ῥιζῶν καὶ τῶν φύλλων ἀφέψημα χιμετλῆς πραϋντικὸν καταντλούμενον. *Decoctum radicum et foliorum peraioaes fotu mitigat*. Haro.

Albae succus, etc. De utraque id Diosc. Dalec. — *Albae*. Plin. Val. I, 14: *Ad oculorum dolorem: Beta alba trita fronti imponitur*. H. — Paulo post *aluminis pauco admixto* non ita frequenti dicendi forma. Vet. apud Dalec. *alumine pauco admixto*. Ed. P.

Ignem. Huic medendi facultatem utriusque betae radici Dioscorides adiudicat, II, 149. H.

Sine oleo. Forte rectius, *sine oleo trita elixave*. Nam Theodor. Prisc. I, 17: *De ustione calidae, vel ignis: Betae elixae contritae imponuntur*. H.

Adustis. Sive ambustis, πυρκαΰστοις. Diosc. l. c. de radice betae coctae. H.

Et contra eruptiones papularum. Diosc. l. c. H.

Alopeciis cruda. Scalpello prius vellicatis. Dal. — *Et alopeciis*. Dioscor. l. c. et Plin. Val. IV, 10. H.

Succus. Diosc. l. c. et Marc. Emp. c. v. Haro.

Coquitur, etc. Cibum eum Veteres τευτλογάχην dixerunt. Dal.

Vt ventrem molliat. Vt ventrem sistat. Diosc. Hic Plinius in medicinae praeceptis parum exercitatus. D. — *Vt*. Alba ninirum beta quae mollit alvum: ut dos est nigrae contraria, sistendi: Diosc. l. c. Τεῦτλον δισσόν ἐστιν, ὧν τὸ μὲν μέλαν σταλτικώτερον κοιλίας σὺν φακῇ ἑψηθέν· καὶ μᾶλλον ἡ ῥίζα· τὸ δὲ λευκόν, εὐκοίλιον. Mart. lib. III, ep. XLVII: *Pigroque ventri non inutiles betas*. Iniusta accusatione hoc loco Dalecampius Plinii famae notam inurit, quem rei medicae fuisse rudem ait: quod convicium quidem quum ingerit, suam magis inscitiam prodit. H.

Validius. Vt brassicam constat inter auctores, quemadmodum dicetur c. 31, non percoctam alvum solvere, bis coctam sistere; idem et in beta fieri iudicat: ut non percocta ventrem molliat, validius cocta sistat. Quare sic et Celsus accipiendus est, qui II, 30, inter ea quae ventrem

XXVIII. Est et beta silvestris, quam limonion vocant, alii neuroides, multum minoribus tenuioribusque ac densioribus foliis, undecim, saepe caule lilii. Huius folia ambustis utilia, gustantium os adstringunt. Semen acetabuli mensura dysentericis prodest. Aqua et e radice coctae maculas vestium elui dicunt, itemque membranarum.

XXIX. Intubi quoque non extra remedia sunt. Succus eorum cum rosaceo et aceto capitis dolores lenit: idemque cum vino potus, iocineris, et vesicae;

adstringunt, lenticulam adfert, cui beta adiecta est, brassicamque bis coctam. H.

XXVIII. *Est* et. Haec iisdem verbis Oribas. lib. XI, cap. 204. Oribasio Dioscorides praeivit, IV, 16. Pingitur a Matthiolo λειμώνιον, seu νευροειδὲς in Diosc. IV, p. 980, quale in horto Regio observavimus. Λειμώνιον porro scito vocitari, quod in pratis nascitur, ut Diosc. ait, ἐν λειμῶσιν. Libri hactenus editi, *undecim saepe caulium*. Repugnat ipsa plantae natura, quam nos in horto Regio vidimus: ipseque Dioscorides, qui ex nescio quibus fontibus commentatus est, et ea quae de limonio prodidit, mutuatus, librariorum hac in parte vitium retegit. Sic enim ille, IV, 16: Λειμώνιον, οἱ δὲ νευροειδὲς, τὰ μὲν φύλλα ἔχει ὅμοια σεύτλῳ, λεπτότερα δὲ καὶ μικρότερα, δέκα ἢ πλείω. Καυλὸν λεπτὸν ὄρθιον, ἴσον, ὥσπερ κρίνου. *Limonium, alias neuroides dictum, folia habet betae, verum tenuiora et minora, decem aut plura. Caulem tenuem, rectum, liliaceo nequalem*, etc. H.

Gustantium. Prius legebatur, *gustantia adstringunt*, nulla plane sententia. In R. 1, et Colb. 1, 2, *gustantia musati stringant*. In R. 2, *gustantium os adstringant*. Diosc. IV, 16, rem decidit, quum semen limonii prodit gustu adstringere, στύφοντα καρπὸν τὴν γεῦσιν H.

Semen, etc. Diosc. l. c. et Galen. de Fac. simpl. med. lib. VII, p. 201. Hard.

Itemque. Pergamenarum membranarum elui sordes ait aqua ea, in qua cum sua radice cocta beta sit. H.

XXIX. *Intubi*. Iotubus vel intubum Latinis, genera duo complectitur: sativum, sive serin: et cichorium, quod silvestre, sive erraticum. H.

Succus. Plin. Val. ad verbum, IV, 11, de intubo. H.

Idemque. Plin. Val. l. c. *Iecoris et vesicae vitia intubus cum vino haustus emendat*. Theod. Prisc. II, part. 2, c. 13: *Intubi frequenter comesta semper hepaticos iuvant*. H. — *Ambulam*. Ita MSS. omnes, quos vidimus, quasi indita appellatione ab ambulando, qua satis apte convenit cum altera erratici intubi nomenclatione. Idem tamen libri in Indice, *Ambubain*. Cels. II, 30, *vel intubus, vel ambubein*, non semel. Est cichorium silvestre, sive picris Dodonaei p. 624. Hard.

et epiphoris imponitur. Erraticum apud nos quidam ambulam appellavere. In Aegypto cichorium vocant, quod silvestre sit. Sativum autem serin, quod est minus et venosius.

XXX. Cichorium refrigerat. In cibo sumptum et illitum collectiones, succusque decocti ventrem solvit. Iocineri, et renibus, et stomacho prodest. Item si in aceto decoquatur, urinae tormina discutit. Item morbum regium e mulso, si sine febre sit. Vesicam adiuvat. Mulierum quidem purgationibus decoctum in aqua adeo prodest, ut emortuos partus trahat. Adiiciunt magi, succo totius cum oleo perunctos favorabiliores fieri, et quae velint, facilius impetrare. Quod quidem propter singularem salubritatem aliqui chreston appellant, alii pancration.

XXXI. Et silvestre genus, alii hedypnoida vocant, latioris folii. Stomachum dissolutum adstringit cocta; crudaque sistit alvum; et dysentericis prodest, magis cum lente. Rupta et convulsa utroque genere iuvantur. Item quibus genitura valetudinis morbo effluat.

XXXII. Seris et ipsa lactucae simillima, duorum

In Aegypto. Erraticum scilicet illud genus, de quo dictum proxime. Ita Galenus de Fac. simpl. med. VIII, p. 227, πικρίδα καὶ κιχώριον vocat silvestre genus, σέριν sativum. Quanquam et ipsum silvestre cichorium Aetius σέριν vocat. H.

Sativum autem serin. Hoc loco Aegyptiorum consuetudine seris tantum sativa est: paulo post porro et sativa, et silvestris, quam etiam et cichorium, et picrida vocari Diosc. scribit. Dal.

XXX. *Cichorium.* Erraticum videlicet intubum, aive πικρίς. H.

Aliqui chreston. Χρηστὸν a bonitate, παγκράτιον ab eximia vi, efficientiaque omnimoda. Haro.

XXXI. *Et silvestre genus, alii hedypnoida vocant* Scribo: *Est et silvestre genus alterum: hedypnoida vocant*, ex vet. cod. Nam indicatum est alterum genus betae silvestris quam limonion dicunt, et sequitur paulo infra: *Rupta et convulsa utroque genere levantur.* Pint. — Cichorium latioris folii, apud Dodon. pag. 623. Quod in cibo sumptum iucundiorem animam, suaviorem que faciat, id apud Graecos nomen invenit, ἡδυπνοΐς. Hard.

Genitura. Genitale semen. H.

XXXII. *Seris.* Colum. VIII, 14: *Genus intubi, quod Graeci σέριν appellant.* Sativum videlicet, sive hor-

generum est: silvestris melior. Nigra ista, et aestiva; deterior hiberna, et candidior: utraque amara, stomacho utilissima, praecipue quem humor vexat. Cum aceto in cibo refrigerant vel illitae; discutiuntque et alios, quam stomachi. Cum polenta silvestrium radices stomachi causa sorbentur: et cardiacis illinuntur super sinistram mammam ex aceto. Omnes hae et podagricis utiles, et sanguinem reiicientibus: item quibus genitura fluat, alterno dierum potu. Petronius Diodotus, qui Anthologoumena scripsit, in totum damnavit serin multis modis arguens. Sed aliorum omnium opinio resistit.

XXXIII. (IX.) Brassicae laudes longum est exsequi, quum et Chrysippus medicus privatim volumen ei

tense. Haec duum generum, Dioscor. etiam auctore, est, II, 160, quanquam is diversas discriminis notas affert. De vocis huius *seris* intellectu vide Galen. de alim. Fac. II, 41. H.

Deterior. Quae a similitudine lactucae, alba lactuca a Plinio Valeriano dicitur, eo quem mox afferemus loco. Silvestris eadem appellatur, quod est, ut ait Diosc. angustiore folio, et amariore. H.

Quem. Ita MSS. R. Colb. etc. In Chiffl. *quem uror vexat* Diosc. loc. cit. prodesse ait dissoluto et aestuanti stomacho, ἀτονοῦντα στόμαχον παρηγορεῖν, καὶ καυσόμενον. H.

Cum aceto in cibo refrigerant. Diosc. l. c. Hann.

Discutiuntque. Humores videlicet, quae vox ex antecedentibus subintelligi hoc loco debet. H.

Cum polenta. Cum farina hordeacea, σὺν ἀλφίτῳ. H.

Et cardiacis. Diosc. l. c. et totidem fere verbis Didymus in Geop. XX, 28. Plin. Val. III, 41: *Cardiacis sanandis: Lactucae albae nomen est seris: quae trita et imposita mammae sinistrae, magnifice sudorem minuit.* Cardiacus dicitur, qui morbo laborat cardiaco. Ait autem Cels. III, 19, cardiacum morbum aliud nihil esse, quam nimiam imbecillitatem corporis, quod, stomacho languente, immodico sudore digeritur. Καρδίαν Veteres stomachum appellabant, id est, os ventriculi. H.

Alterno. Si alternis diebus sumatur. Didymus in Geop. l. c. Αἱμοπτοϊκοῖς ὁ χυλὸς ὠφελιμώτατος, εἰ παρὰ μίαν πίνοιεν. Hann.

Petronius Diodotus, qui Anthologoumena scripsit. Ανθολογούμενα (sic enim MSS. R. Colb. et Chiffl. non, ut libri editi, *antilegomena*), hoc est, florilegia. H. — Praeerat emendationi Pintianus. Ed. P.

XXXIII. *Quam et Chrysippus medicus privatim volumen*, etc. Transcripsit haec Plin. Val. de Re med. IV, 29. Hard.

dicaverit, per singula membra hominis digestum, et Dieuches: ante omnes autem Pythagoras et Cato non parcius celebrarint. Cuius sententiam vel eo diligentius persequi par est, ut noscatur qua medicina usus sit annis DC rom. populus. In tres species divisere eam Graeci antiquissimi. Crispam, quam selinoidea vocaverunt, a similitudine apii foliorum, stomacho utilem, alvum modice mollientem. Alteram leam, latis foliis e caule exeuntibus. Vnde caulodem quidam vocavere, nullius in medicina momenti. Tertia est proprie appellata crambe, tenuioribus foliis, et simplicibus, densissimisque: amarior, sed efficacissima. Cato crispam maxime probat, dein laevem grandibus foliis, caule magno. Prodesse tradit capitis doloribus, oculorum caligini scintillationique, lieni, stomacho, praecordiis, crudam ex aceto et melle, coriandro, ruta, menta, lascris radicula, sumptam acetabulis duobus

Et Dieuches. Antiqua lectio, *et Diocles.* Potest autem utroque modo legi, ut patet ex elencho. Pint.

Annis DC. Quot ab Vrbe condita anni fluxere ad Catonis aevum. Elegans est Plinii Valeriani paraphrasis in hunc locum, cap. cit. *Cato tradit populum romanum*, inquit, *sexcentis fere annis medicina brassicae usum: nondum enim in Vrbem commeaverant medici, qui in artem redegerunt, quemadmodum magno sanitas constet, et peregrina secum pigmenta attulerunt, ut illis imponerent pretia quae vellent. Caeterum militares viri gloriosas cicatrices gratuito olere curabant: eodem horto cura usi ad salutem, dum illos pascit, et sanat.* Hard.

In tres species divisere eam Graeci, etc. De his actum est lib. sup. c. 41. Graeci vocant σελινοειδέα, λᾶπαν, sive καυλώδη, κράμβην. H.

Crambe. Vulgatum est Graecis adagium, δὶς κράμβη θάνατος. Sic Iuven. VII, 154: *Occidit miseros crambe repetita magistros.* Vide Polit. Miscellan. cap. XXXIII. Dalec.

Cato crispam. de Re Rust. cap. CLVII. Hard.

Prodesse tradit capitis doloribus. Athenis puerperis in cibum dabant, veluti τῶν ὀδύνων antipharmacum. Nicander brassicam veluti sacram, μάντιν vocavit. Apud Ananium, Teleclidem, Epicharmum, Eupolin in Baptis, iusiurandum per brassicam concipitur, quo modo Zeno per casparin iurabat. Rhodigin. XXVII, c. ult. Dalec. — *Prodesse.* Haec ad verbum Plin. alter Valerianus IV, 29, ubi hoc Catonis antidotum vocat. Hard.

matutino; tantamque esse vim, ut qui terat haec, validiorem fieri se sentiat. Ergo vel cum his tritam, sorbendam, vel ex hoc intinctu sumendam. Podagrae autem morbisque articularibus illini cum rutae, coriandri, et salis mica, hordei farina. Aqua quoque eius decocta, nervos articulosque mire iuvari, si foveantur vulnera, et recentia, et vetera, etiam carcinomata, quae nullis aliis medicamentis sanari possint. Foveri prius aqua calida iubet, ac bis die tritam imponi. Sic etiam fistulas, et luxata, et humores evocari, quaeque discuti opus sit. Insomnia etiam, vigiliasque tollere decoctam, si ieiunii edant quamplurimam ex oleo, et sale. Tormina, si decocta iterum decoquatur, addito oleo, sale, cumino, polenta. Si ita sumatur sine pane, magis profuturam. Inter reliqua bilem de-

Podagrae. Idem Cato: *Verum morbum articularium nulla res tantum purgat, quantum brassica cruda, si eam edes cum ruta, et coriandro concisam.* Ita etiam Paxamus in Geop. XII, 17, et Plin. Val. l. c. H.

Articularis. Ita MSS. omnes. Plin. Val. *articularibus.* Quaedam Catonis exemplaria *articularem* morbum habent. H.

Aqua. Plin. Val. IV, 29. H.

Si foveantur. Cato cap. CLVII; Plin. Val. III, 22; Paxamus in Geop. l. c. HARD.

Sic etiam. Recepta hactenus lectio eiuscemodi, *sic etiam fistulas eluxatas, et tumores evocari.* At quae fistulae eluxatae auditae umquam fuerint, aut vero esse possint, quive tumores evocandi, non satis intelligo. Locum sanavimus ex auctore gemino. Ille enim qui Plinius Valer. dictus est IV, 29, de brassica: *Fistulas*, inquit, *atque luxata discutit, humores aut evocat, aut spargit imposita, insomnia atque vigilias compescit*, etc. Cato vero cap. CLVII: *Si cancer ater est, is olet, et saniem spurcam mittit; si albus, purulentus est. Sed si fistulosus, subtus suppurat sub carne. In ea vulnera huiuscemodi tere brassicam, sanum faciet... Et luxatum si quod est, bis die calida foveto, brassicam tritam apponito: cito sanum faciet.* H.

Insomnia etiam vigiliasque tollere. Cato l. c. H.

Tormina. Cato, capp. CLVI et CLVII. HARD.

Inter reliqua bilem detrahi per vinum nigrum pota, etc. In torminibus, citra febrem, post sumptam brassicam vinum atrum statim Cato dat, et aegrum ita cito sanum fieri asserit. Negligenter haec Plinius. DAL. — *Inter.* Haec paulo enucleatius Cato cap. CLVI. H.

trahi per vinum nigrum pota. Quin et urinam eius qui brassicam esitaverit, asservari, calefactamque nervis remedio esse. Verba ipsius subiiciam, ad exprimendam sententiam: Pueros pusillos si laves ea urina, numquam debiles fieri. Auribus quoque ex vino succum brassicae tepidum instillari suadet; idque etiam tarditati audientium prodesse asseverat: et impetigines eadem sanari sine ulcere.

XXXIV. Graecorum quoque opiniones iam et Catonis causa poni convenit, in iis dumtaxat, quae ille praetermiserit. Biles detrahere non percoctam putant. Item alvum solvere, eamdemque bis coctam sistere. Vino adversari, ut inimicam vitibus. Antecedente in

Quin et. Cato cap. CLVII. H.

Calefactamque, etc. Locus hic monstrat legendum apud Catonem: *Et hoc, si quando usu venerit, qui nervis debilis erat, haec res sanum facere potest*, etc. DALEC.

Pueros pusillos, si laves ea urina, etc. Cato loc. cit. et Plin. Val. IV, 29. HARD.

Auribus. Verba haec sunt Catonis cap. CLVII, fere extremo: *Auribus si parum audies, terito cum vino brassicam, succum exprimito, in aurem intro tepidum instillato: cito intelliges te plus audire.* Habet hoc ipsum Plin. Val. I, 12, et Paxamus in Geop. XII, 17. HARD.

Et impetigines. Cato l. c. *Deinde impetigini parce brassicam apponito, sanam faciet, et hulcus non faciet.* Paxamus in Geop. l. c. Λειχῆνα δὲ ἐξαιρεῖ τὰ φύλλα προστριβόμενα. Impetigo, foedatio cutis est, serpens cum pruritu, quam alii scabiem siccam, asperam et prominentem intelligunt: alii morbum similem scabiei squamosum. Plerique λειχῆνα Graecis dici existimant, de quo iam cap. 2 egimus. Delicias Turnebus facit, dum *porcae petigines* hoc loco legit. HARD.

XXXIV. *Item alvum solvere, eamdemque bis coctam*, etc. Haec quoque tradit Galen. de simp. med. Fac. III, 15, p. 70, et Diosc. II, 145, 146: *Brassicam bis decoctam alvum adstringere.* Celsus pariter admonet II, 30; *movere, si subcruda* est cap. 20. HARD.

Vino adversari. Si quis dum coquitur brassica, vini paululum instillet, minime percoctam iri, ait Geop. auct. V, 11. De hac antipathia rursum cap. 36. H.

Antecedente in cibis caveri ebrietatem, postea... discuti, etc. Ab eo effectu Graeci ἀκραίπαλον vocant, ut amygdalas amaras. In Georgicis Cassiani traditur Lycurgi lacrymis, quem Liber Pater vitibus alligaverat, natam brassicam, eamque propterea vino adversari. Galen. lib. I, κατὰ τόπους, ex Apollonio, succum brassicae laudat cum rosacco, et folium

cibis caveri ebrietatem, postea sumpta crapulam discuti. Hunc cibum et oculorum claritati conferre multum: succum vero crudae vel angulis tantum tactis cum attico melle, plurimum. Facillime concoqui, ciboque eo sensus purgari. Erasistrati schola clamat, nihil esse utilius stomacho nervisque, ideo et paralyticis, et tremulis dari iubet, et sanguinem exsecreantibus. Hippocrates coeliacis et dysentericis bis coctam cum sale. Item ad tenesmon, et renum causa: lactis quo- 2
que ubertatem puerperis hoc cibo fieri iudicans, et purgationem feminis. Crudus quidem caulis si mandatur, partus quoque emortuos pellit. Apollodorus adversus fungorum venena semen aut succum bibendum censet. Philistion opisthotonicis succum ex lacte caprino cum sale et melle. Invenio et a podagra libe-

eiusdem aqua calida maceratum, et capiti circumpositum, in capitis dolore ex temulentia. Dalec. — *Antecedente.* Hoc pariter auctor Geop. l. c. Theophrastus, Eubulus, Apollodorus, Carystius, Timaeus, Nicochares, aliique apud Athen. I, pag 34. Aristoteles quoque cap. 3, probl. 27: Διὰ τί ἡ κράμβη παύει τὴν κραιπάλην; E Latinis etiam Cato cap. CLVI: *Si voles in convivio multum bibere, coenareque libenter, ante coenam esto crudam brassicam, quantum voles ex aceto: et item, ubi coenaveris, comesto aliqua quinque folia: reddent te quasi nihil ederis, biberisque: bibesque quantum voles.* H.

Hunc. Ita etiam Paxamus in Geop. XII, 47; Diosc. quoque II, 146. H.

Succum. Marc. Emp. c. VIII: *Brassica cruda*, inquit, *trita, cum pane candido madefacto subacta, ac fronti illita, dolorem oculorum plurimum relevat.* H.

Et tremulis. Diosc. II, 146, Τρομώδεσιν, quibus sunt artus tremuli. H.

Hippocrates. De Morb. mul. II. H.

Lactis quoque ubertatem puerperis, etc. Hippocrat. de Morb. mul. I, text. 73. H.

Purgationem feminis. Decoctum potu menses et alvum ciet. Succus cum lolii farina indius menses trahit. Diosc. — *Et purgationem feminis.* Hippocrat. de Nat. mul. text. 29 et 31. Item de Morb. mul. I, text. 74. Hard.

Crudus. Hippocrates l. c. proxime, commanducatam brassicam menses trahere prodidit: affricatam, partum eilcere p. 377. H.

Partus quoque emortuos, etc. Flos in pesso subditus abortum facit. Dal.

Apollodorus adversus fungor. venena semen, etc. Paxamus quoque in Geop. l. c. H.

ratos edendo eam, decoctaeque ius bibendo. Hoc et cardiacis datum et comitialibus morbis addito sale. Item splenicis in vino albo per dies XL. Ictericis, nec non et phreneticis radicis crudae succum gargarizandum bibendumque demonstrat. Contra vero singultus cum coriandro et anetho, melle ac pipere, ex aceto. Illitam quoque prodesse inflationibus stomachi. Item serpentium ictibus, et sordidis hulceribus, ac vetustis, vel ipsam aquam cum hordeacea farina: succum ex aceto, vel cum feno graeco. Sic aliqui et articulis, podagrisque imponunt. Epinyctidas, ac quidquid aliud
4 serpit in corpore, imposita levat. Item repentinas caligines: has et si manditur ex aceto. Suggillata vero et alios livores pura illita. Lepras et psoras cum alumine rotundo ex aceto. Sic et fluentes capillos retinet. Epicharmus testium et genitalium malis hanc utilissime imponi asserit. Efficacius eamdem cum faba trita. Item convulsis cum ruta. Contra ardorem febrium et stomahi vitia cum rutae semine: et ad secundas. Et

Item. Haec pariter Paxamus l. c. et Diosc. σπληνικοὺς ὠφελεῖ, l. cit. II. — Vet. apud Dal. *idem.* Eo. P.

Ictericis. Et his quoque in vino albo dari per dies XL, Paxamus praecipit l. c. Sunt autem ictterici, qui ictero morbo laborant, quem Varro vocat regium morbum, ut dicemus XXII, 53. Vulgus in Gallia a colore flavo, *la jaunisse.* H.

Illitam quoque prodesse inflationibus stomachi. Ita libri omnes, etiam MSS. non, ut quidam voluere, inflammationibus. Sunt enim diversae eae affectiones stomachi, ut Celsus docet IV, 5, de Morbis stomachi: *Modo ingens calor*, inquit, *modo inflammatio, modo exulceratio afficit* Hard.

Vel cum Cum aceto et feni graeci farina, podagricis articularioque morbo prodesse, hulceribus quoque sordidis ac vetustis, auctor est Diosc. II, 146. Hard.

Epinyctidas, ac quidquid aliud serpit, etc. Diosc. l. c. H.

Item. Diosc. l. c. brassicam ait auxiliari plurimum iis, quibus est obtusior oculorum acies: Ἀμβλυωπούσι δὲ βοηθεῖ ἐσθιομένη. H.

Lepros et psoras cum alumine rotundo, etc. Paxamus l. c. iisdem fere verbis. H.

Sic et fluentes capillos retinet. Diosc. l. c. ἴσχει δὲ καὶ ῥύσιν τῶν ἐν κεφαλῇ τριχῶν. H.

Et ad. Subintellige, eiiciendas: ἐκβαλεῖν χορίε, dixit Hipp de Morb. mul. I, 122. H.

muris aranei morsus, foliorum aridorum farina alterutra parte exinanit.

XXXV. Ex omnibus brassicae generibus suavissima est cyma, etsi inutilis habetur, difficilis in coquendo, et renibus contraria. Illud quoque non est omittendum, aquam decoctae, ad tot usus laudatam, foetere humi effusam. Stirpium brassicae aridorum cinis, inter caustica intelligitur. Ad coxendicum dolores cum adipe vetusto. At cum lasere et aceto in vicem psilothri evulsis illitus pilis, nasci alios prohibet. Bibitur et cum oleo subfervefactus, vel per se elixus, ad convulsa et rupta intus, lapsumque ex alto. Nulla ergo sunt crimina brassicae? Immo vero apud eosdem animae gravitatem facere, dentibus et gingivis nocere: et in Aegypto propter amaritudinem non estur.

XXXVI. Silvestris, sive erraticae, immenso plus effectus laudat Cato: adeo ut aridae quoque farinam

Alterutra. Sive superne vomitum, sive inferne alvum cieodo. H.

XXXV. *Cyma.* Dioscoridi lib. II, cap. 156: Τὸ κράμβης κύημα εὐστομαχώτερον μὲν, ὀριμώτερον δὲ, καὶ οὐρητικώτερον. *Cyma utilior stomacho, sed acrior, et ad urinam ciendam efficacior.* Κῦμα Graeci dicunt, quasi κύημα. In feminino tamen genere Plinius utitur. Cymas etiam πρωτοτόμους καυλοὺς vocant. Decoctum prototomi caulis ἀντιπαθῶς oephriticos sanare ex Antiocho Galenus testatur lib. X, κατὰ τόπους. Dal.— *Cyma.* In omni, inquit, brassicae genere, cyma quidem suavissima est, ut agnoscunt omnes subtilioris gulae magistri: est enim, ut dictum est libro superiore cap. 41, ipsorum caulium tenerior delicatiorque cauliculus: sed idem tamen est medicinae inutilis: quippe difficilis in coquendo, etc. Cave credas brassicae genus cymam appellari. H.

Inter caustica. Καυστικὰ medicamenta sunt, quae adurendi vim habent. H.

In vicem. Ψίλωθρον, φάρμακον πρὸς ψίλωσιν τῶν τριχῶν, medicamentum ad evelleodos pilos, quasi depilatorium. H.

Et in Aegypto propter amaritudinem. Dioscor. II, 145. H.

XXXVI. *Laudat.* Cato cap. CLVII. Haso.

Adeo ut aridae quoque farinam, etc. Cato l. c. *Si polypus in naso introierit, brassicam erraticam aridam tritam in malum coniicito, et ad nasum admoveto: ita subducito sursum animam quamplurimum poteris: in triduo polypus excidet*, etc. H.

in olfactorio collectam, vel odore tantum naribus rapto, vitia earum graveolentiamque sanare affirmet. Hanc alii petraeam vocant, inimicissimam vino, quam praecipue vitis fugiat: aut si non possit fugere, moriatur. Folia habet una, parva, rotunda, laevia, plantis oleris similior, candidior sativa, et hirsutior.
2 Hanc inflationibus mederi, melancholicis quoque, ac vulneribus recentibus, cum melle, ita ne solvantur ante diem septimum: strumis, fistulis, in aqua contritam, Chrysippus auctor est. Et alii vero compescere
3 mala corporis quae serpant: nomas vocant. Item excrescentia absumere. Cicatrices ad planum redigere. Oris hulcera et tonsillas, manducatam et coctam, succo gargarizato cum melle tollere. Item psoras et lepras veteres, ipsius tribus partibus cum duabus aluminis in aceto acri illitis. Epicharmus satis esse eam contra canis rabiosi morsum imponi. Melius si cum lasere, et aceto acri. Necari quoque canes ea, si detur, ex carne. Semen eius tostum auxiliatur contra

In olfactorio. » Olfactorium, inquit Iohannes de Ianua, vas est unguentarium, in quo odoramenta gestantur, » nempe ex Isidoro XIX, 31. Hard.

Petraeam. Quod in locis petrosis, praeruptisque nascitur, ἐν κρημνώδεσι τόποις, ut ait Diosc. II, 147, a quo haec ἄγρία κράμβη vocatur. Haec eadem illa est, inquit Ruellius, II, 132, quae tot exercuit, immo vero occidit Grammaticos, illo Satyrici senariolo vaticinante, quantam crucem nostris criticis olim poneret, *Occidit miseros crambe repetita magistros.* Hard.

Inimicissimam vino, quam praecipue vitis fugiat. Quippe cui si vitis adseratur, a brassica recedat ea quam possit longissime, ut quidem prodit auctor Geop. V, 11. Paxamus apud eumdem auctorem, XII, 17, p. 339, ait aut labe tum brassicam, aut vitem interituram esse. De hac inimicitia iterum Plin. lib. XXIV, cap. 1. H.

Folia Ita Reg. 1 cod. Alii *bina* legunt: sed falso. *Una* vero idem est, atque unius generis, ac modi. Hard.

Oleris. Hoc est, brassicae sativae. Hard.

Et alii vero compescere mala corporis quae serpant, nomas vocant. Aliis multis locis sic reddidit ἕρπητας Dioscoridis. Dalec. — *Nomas.* Νομαὶ sunt τὰ νεμόμενα τῶν ἑλκῶν, hulcera serpentia, quae depascunt. Hard.

serpentes, fungos, tauri sanguinem. Folia cocta splenicis in cibo data, et cruda illita cum sulphure et nitro prosunt. Item mammarum duritiae. Radicum cinis uvae in faucibus tumenti tactu medetur: et parotidas cum melle illitus reprimit: serpentium morsus sanat. Virium brassicae unum et magnum argumentum addemus, et mirabile. Crustae si occupent intus vasa omnia in quibus aquae fervent in tantum, ut non sit eas avellere, si brassica in iis decoquatur, abscedunt. 4

XXXVII. Inter silvestres brassicas et lapsana est, pedalis altitudinis, hirsutis foliis, napi simillimis, nisi candidior esset flore. Coquitur in cibo. Alvum lenit et mollit.

XXXVIII. Marina brassica vehementissime ex omnibus alvum ciet. Coquitur propter acrimoniam cum pingui carne, stomacho inimicissima.

XXXIX. Scillarum in medicina alba est quae masculus, femina nigra. Quae candidissima fuerit, utilissima erit. Huic aridis tunicis direptis quod reliquum

Tauri. Sic ex MSS. emend. Hard. con. Ch. *fungorum venena, tauri* Gr. et al. Ed. P. — *Tauri.* Et adversus taurini sanguinis epoti venenum auxiliari brassicae semen, auctor est Dioscor. in Alex. c. 25. H.

XXXVII. *Inter silvestres,* etc. Lampsanam, sive ceram, brassicam quoque silvestrem ab Arcadibus vocatam fuisse scribit Teophrast. Hist. l. IX, cap. 15. Dal.

Lapsana. De qua sup. libro, c. 44. Hard.

Coquitur. Et caulis, et folia, inquit Dioscor. II, 142. H.

Lenit et. Sic et Ch. *leniter emollit* Gr. et alii. Ed. P.

XXXVIII. *Marina brassica vehementissime ex omnibus alvum ciet.* Haec totidem verbis Diosc. lib. II, cap. 148; Galenus item de Fac. simpl. med. VII, pag. 196. A Lobelio pingitur id brassicae genus in Observ. pag. 329, quale in horto Regio vidimus. Hard.

Coquitur propter acrimoniam. Iisdem verbis Dioscor. l. c. H.

XXXIX. *Scillar. in medicina, alba est quae masculus.* Delibata haec iam superiore libro, cap. 30. H.

Utilissima erit. Ad parandum acetum scillinum. Dalec.

Huic. Hanc ipsam aceti scillini concinnandi rationem vide apud Colum.

e vivo est, consectum suspenditur lino, modicis intervallis. Postea arida frusta in cadum aceti quam asperrimi pendentia immerguntur, ita ne ulla parte vas contingant. Hoc fit ante solstitium diebus XLVIII. Gypso deinde oblitus cadus ponitur sub tegulis, totius
2 diei solem accipientibus. Post eum numerum dierum tollitur vas, scilla eximitur, acetum transfunditur. Hoc clariorem oculorum aciem facit. Salutare est stomachi laterumque doloribus, parum sumptum binis diebus. Sed tanta vis est, ut avidius haustum exstinctae animae momento aliquo speciem praebeat. Prodest et gingivis, et dentibus, vel per se commanducata. Tineas et reliqua ventris animalia pellit ex aceto et melle sumpta. Linguae quoque recens subiecta praestat, ne hydropici sitiant. Coquitur plurimis modis: in olla, quae coniiciatur in clibanum aut furnum,

XII, 33; Marc. Emp. cap. XX, et apud Diosc. V, 25. H.

Quod. E medio, quod tenerius, interiusque est. Marc. Emp. c. XXXIV: *Scillae bulbi*, inquit, *quod interius est.* Τὸ μεταίτατον, quod intimum est medullitium, inquit Dioscor. lib. II, 202. HARD.

Modicis intervallis. XL diebus. Diosc. HARD.

Postea arida frusta in cadum aceti, etc. In umbra siccata. Haec totidem verbis Diosc. l. c. Sectas taleolas vocat Colum. XII, 33. H.

Hoc. Discrepat Columella, qui diebus ante vindemiam XL id fieri praecipit. HARD.

Hoc clariorem oculorum aciem. Diosc. V, 25. H.

Salutare. Stomachicis, et iis qui cibum aegre concoquunt. Diosc. loco proxime cit. H.

Linguae. Plin. Val. III, 12, plane ad verbum; Apuleius quoque, cap. 42, III. 4. HARD.

Hydropici sitiant. Sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. *sitim sentiant* Gr. et al. ED. P.

Coquitur plurimis modis. Ita Diosc. II, 202. HARD.

Adipe aut luto illita. Apud Diosc. est, τῷ σταιτὶ, quod eo loco significat, non τὴν πιμελὴν, nempe aut sevum, aut adipem; sed farinae aqua subactae massam paratam ad panificium. Hesychius ζύμην, quasi fermentum dicas. DALEC. — *Vel adipe.* Diosc. l. c. Σταιτὶ δὲ ἢ πηλῷ περιπλάσσεται, καὶ δίδοται εἰς κλίβανον, ἢ ἄνθραξιν ἐγκρύπτεται, μέχρις ἂν ὀπτηθῇ ἱκανῶς τὸ περικείμενον σταῖς. *Farina subacta, luto ve oblinitur, et in clibanum coniicitur, aut prunis obruitur, donec ambiens crusta sufficienter tosta sit.* Ex aliis haud dubie fontibus Plinius haec hausit. Nam vocem ambiguam

vel adipe aut luto illita, aut frustatim in patinis. Et cruda siccatur, deinde conciditur, coquiturque in aceto, tum serpentium ictibus imponitur. Tosta quoque purgatur, et medium eius iterum in aqua coquitur. Vsus sic coctae ad hydropicos, ad urinam ciendam tribus obolis cum melle et aceto potae. Item ad splenicos, et stomachicos (si non sentiant hulcus), quibus innatet cibus. Ad tormina, regios morbos,

σταιτός, quae et adipem, et farinam subactam fermentumve significat, *de la pâte*, cur adipem potius redderet quam farinam, non liquet. Hesychius, pag. 862: Στέατα, ἄλευρα, ζύμη. Στέατος, λίπους. Nisi forte numero solum multitudinis, ut Hesychius innuit, fermentum significet, et farinam: numero singulari adipem. At adipe involvi, incoquique scillam, minus commodum videtur, quam si id farina fiat subacta. H.

Et cruda siccatur, deinde conciditur, etc. Haec quoque Dioscor. II, 202. Theod. Prisc. I, 22, de apum percussibus, vel scorpionum, caeterorumque serpentium: *Scilla cruda trita imponitur et statim curat.* H.

Tosta. Plin. Val. III, 42, ad verbum, et Scrib. Larg. comp. LXXVI. HARD.

Vsus Diosc. l. c. Apuleius quoque, cap. 42, tit. 1, et ante hos Celsus, III, 21. Plin. Val. l. c. *Scillae bulbus torretur, deinde purgatur, et medium eius in aqua coquitur: quum madidum est, ex eo tres oboli dantur potui ex melle et aceto: evacuatur per urinam.* Theod. Prisc. IV: *Ad hydropem: Squilla, id est, bulbus sub prunis furno assatur: deinde circumpurgatur, et medietas eiusdem bulbi in aqua coquitur: posteaquam coquendo colorem mutaverit, tollitur. Ex quo bulbo scrupulus unus et dimidius teritur cum oxymelle: tribus cyathis calefactum: bibendum datur: omnem calamitatem per urinam evacuat.* H.

Item. Diosc. l. c. Καὶ στομαχικῶν οἷς ἐπιπολάζει τὰ σιτία. *Stomachicis quibus innatat cibus.* Cels. IV, 9, in lienis morbo *acetum acre sorbere per se, et magis etiam quod scilla conditum sit expedire* ait. Σπληνικός est lienosus, sive qui lienis indurationem patitur. Vide Galen. κατὰ τόπους, IX, 2, pag. 598. Στομαχικός, qui stomacho, hoc est, ventriculi orificio laborat, et cibum continere nequit. Vocis huius alias acceptiones vide apud eumdem Galen. κατὰ τόπ. VIII, 2. HARD.

Si non. Cavendus enimvero scillae usus iis, quibus interna quaepiam exhulceratio est, inquit Diosc. II, 202: Φυλάττεσθαι δὲ αὐτῆς τὴν δόσιν ὅτῳ, ἐφ' ὧν ἕλκωσίς τίς ἐστιν ἐντός. H.

Ad tormina, regios morbos, tussim veterem Diosc. l. c. Καὶ ἐπὶ ἰκτέρου, στροφουμένων, βηττόντων χρονίως ἀσθματικῶν, ἀναφορικῶν. Cels. IV, 4, ad tussim pariter veterem *delingere scillam* iubet. Scrib. Larg. comp. LXXVI: *Ad suspirium faciunt bene inter simplicia quidem acetum squillites, quod vocant, cochleario ter quaterve sumptum in die. Prodest et ipsa scilla, argilla circumdata, et furno cocta,*

tussim veterem cum suspirio. Discutit et foliis strumas, quadrinis diebus soluta. Furfures capitis, et hulcera manantia illita, ex oleo cocta. Coquitur et in melle cibi gratia, maxime uti coctionem facias. Sic et interiora purgat. Rimas pedum sanat in oleo cocta, et mixta resinae. Semen eius lumborum dolori ex melle imponitur. Pythagoras scillam in limine quoque ianuae suspensam malorum medicamentorum introitum pellere tradit.

purgatis exterioribus putaminibus, et quod tenerrimum est eius mellis duabus partibus Attici admixtum et tritum, cochleario semel in die bisve sumptum profuit multis. H.

Discutit. Theod. Prisc. lib. I, cap. 9, ubi de furunculis et strumis: *Scilla quoque*, inquit, *si contrita in vicem cataplasmatis imponatur, quatuor diebus permanens continuis, duritias solvit.* Hard.

Furfures. Hanc vim bulbis adscribit Dioscor. lib. II, cap. 20, cum nitro cocto. H.

Coquitur. Dioscorid. totidem verbis lib. II, cap. 202. H.

Sic et. Quoniam sic sumpta, viscida excrementa alvo detrahit, inquit Dioscorides, loc. cit. H.

Rimas. Dioscorid. loc. cit. et Marc. Emp. c. xxxiv, totidem verbis. H.

Pythagoras scillam in limine quoque ianuae suspensam, malorum medicamentorum introitum pellere tradit. Aliter antiquo codice, etsi eodem sensu: *Pythagoras scillam quoque in limine ianuae suspensam contra malorum*, etc. Haec lectio si recipitur, scribendum erit in fine clausulae non *pellere*, sed *pollere*. Nihilominus existimo locum esse corrosum truncatumque, omissis aliquot verbis, atque adeo aliis inversis. Apponam verba Theophrasti, unde hausit Plinius, deinde aperiam sententiam meam. Is igitur auctor lib. VII, cap. 12, ita scribit: *Omnia igitur capitata radice vivacia maiorem in modum sentiuntur, sed praecipue scilla, utpote quae suspensa vivere possit, et quidem plurimum temporis. Potest etiam fructus recondendos servare, ut poma punica detracto pediculo: et satorum nonnulla celerius apud eum germinant. Traditur et ante portas satam remedio esse contra veneficorum noxam.* Ex his Theophrasti verbis apparet aliquot in Plinio verba deesse. Lacunosum igitur locum ad hunc modum fortasse restituemus: *Pythagoras scillam suspensam diu vivere: in limine quoque ianuae satam, contra malorum medicamentorum introitum pellere tradit.* Nec me movet citari a Plinio Pythagoram, non Theophrastum: potuit enim idem ab utroque prodi. Pint. — *Pythagoras scillam*, etc. Veneficia solitos arcere, expiareque noxios, priscos homines scilla; ostendunt hi versus Hipponactis, Βάλλοντες ἐν χειμῶνι, καὶ ῥαπίζοντες Κράδῃσι καὶ σκίλλαισιν, ὥστε φαρμάκοις. Proiectas etiam statuas, et simulacra, per contemptum insultantes scilla impetebant. Theocritus in Thalys. vers. 105: Κὴν μὲν ταῦθ' ἕρδοις, ὦ Πᾶν φίλε, μήτι τὺ παῖδες Αρκαδικοὶ σκίλλαισιν, ὑπὸ πλευράς τε καὶ ὤμους Τανύκα μαστί-

XL. Caeterum bulbi ex aceto et sulphure vulneribus in facie medentur. Per se vero triti nervorum contractioni, et ex vino porrigini: cum melle, canum morsibus: Erasistrato placet cum pice. Sanguinem idem eos sistere tradit illitos cum melle. Alii, si e naribus fluat, coriandrum et farinam adiiciunt. Theodorus et lichenas ex aceto bulbis curat: et erumpentia in capite, cum vino austero, aut ovo: et bulbos epiphoris idem illinit, et sic lippitudini medetur. Aeque 2
vitia quae sunt in facie, eorum rubentes maxime, in sole illiti cum melle et nitro, emendant: lentiginem cum vino, aut cucumi cocto. Vulneribus quoque mire prosunt per se: aut ut Damion, ex mulso, si quinto

σδοιον, ὅτε κρέα τυτθὰ παρσὴ. Scillas prope sepulchra etiam olim serebant. Unde proverbium, *Scillas sepulchro evellere*, de amente et furioso. Theocritus, Σκίλλας ἰὼν γραίας ἀπὸ σάματος αὐτίκα τίλλοις. Dal. — *Pythagoras.* Et Dioscor. quoque loc. cit. Εστι δὲ καὶ ἀλεξιφάρμακον ὅλη πρὸ τῶν θυρῶν κρεμαμένη. Sic etiam Zoroastres in Geoponicis lib. XV, cap. 1, pag. 406. Quin et vulpes quoque, quara lupo et scillam adversari, pro speluncae foribus scillam suspendit, quae lupum ab ingressu arceat, teste Habderrhamano Aegyptio cap. XXIII, pag. 96. Scilla vim expiandi habere credita olim: quare apud Theophrastum in Charact. superstitiosus subinde se scillae circumlatione purificat. Vide Casauboni Not. in eum locum. Hard.

XL. *Porrigini.* Furfuribus, πιτύροις, Dioscorides lib. II, c. 200, et Marc. Emp. lib. IV, c. 40. H.

Canum. Dioscorides, loc. cit. cum melle, ac pipere trito. H.

Theodorus Proximum certe licheni et affine malum elephantiasin, hoc medicamento sanari auctor est Plinius Valer. lib. II, cap. 57, et Q. Serenus cap. 51, huic propellendo malo, inquit, *Non frustra bulbos et sulphura iungis aceto.* H.

Et erumpentia. Subintellige bulcera: ἀχῶρας dixit Diosc. loc. cit. H.

Rubentes maxime. Silvestres, quibus radicis cortex rubet. Infra lib. XXV, cap. 10, hoc genus *pericarpum* vocat. Dal. — *Eorum.* E bulbis ii maxime, quorum cortex radicis rubet. Dioscorides l. II, c. 200, βολβὸς πυῤῥός. Hard.

Lentiginem. Cum melle maluit Q. Serenus cap. XII: *Proderit et bulbus mellis dulcedine victus.* H. — *Aut cucumi cocto.* Vet. ap. Dal. *aut cymino cocti.* Ed. P.

Vulneribus. Haec Plin. Val. ad verbum lib. III, cap. 20. H.

Prosunt. Plinium Valerianum miror, qui et medicus haberi, et dici voluit, dum hunc scriptoris nostri locum exscriberet, tam foedo errore prolapsum, ut pro mulso muscum legerit, et suum nobis deinde errorem intrepide obtruserit: sic enim

die solvantur. Iisdem et auriculas fractas curat, et testium pituitas: in articulorum doloribus miscent farinam. In vino cocti illiti ventri, duritiam praecordiorum emolliunt. Dysentericis in vino ex aqua caelesti temperato dantur. Ad convulsa intus, cum silphio pilulis fabae magnitudine. Ad sudorem tusi illinuntur.
3 Nervis utiles: ideo et paralyticis dantur. Luxata in pedibus, qui sunt rufi ex his, citissime sanant cum melle et sale. Venerem maxime Megarici stimulant: hortensii, partum cum sapa aut passo sumpti: silvestres, interaneorum plagas et vitia, cum silphio pilulis devoratis sedant. Et sativorum semen contra phalangia bibitur in vino. Ipsi ex aceto illinuntur contra serpentium ictus. Semen antiqui bibendum insanien-

ille de Re Med. lib. III, c. 20: *Efficaces*, inquit, *sunt et bulbi triti per se, ad vulnera glutinanda: adiiciebat tamen illis Damon medicus muscum qui in aqua gignitur, et die quinto solvebat.* At multo cautius *ex mulso* legit Marcell. Emp. cap. XXXIII. H.

Iisdem et auriculas, etc. Dioscor. lib. II, cap. 200. H.

Et testium. Sic, opinor, aquosos testium tumores vocat. Dolorem testium simpliciter Marcell. Emp. appellat cap. XXXIII: *Bulbi ex mulso triti atque illiti, dolentibus testiculis medentur.* H. — *Testium pituitas.* Nempe oedematosos, et flatuosos, serososve tumores. DAL.

In vino. Plin. Val. lib. II, cap. 15: *Bulbi triti*, inquit, *inliti ventri, bene molliunt, et praecordiorum tumorem curant.* HARD.

Dysentericis. Plinius Valer. lib. II, cap. 28: *Dysenteriae compescendae: per se bulbi triti dantur: et in vino austero potio miscetur.* H.

Ad sudorem. Compescendum. Dioscorid. lib. II, cap. 200. H.

Nervis. Largiore tamen cibo sumptos nervis nocere bulbos ait Dioscorides lib. II, cap. 200. H.

Luxata. Dioscorides lib. II, cap. 200. Graeci στρέμματα luxata, sen artus luxatos vocant, quum suo loco mota ossa legitimos naturae in ea parte motus cum dolore remorantur. HARD.

Venerem. Hoc de bulbis salis universe prodidit Galenus de Fac. simpl. med. lib. VI, pag. 164, et Dioscorides, loc. cit. De Megaricis in primis Ovidius a nobis laudatus lib. XIX, cap. 30. De Regiis appellatis Athenaeus lib. lib. II, p. 64. Referri huc forte potest vulgata illa apud eumdem Athenaeum loc. cit. paroemia: Ἢ δὲ παροιμία φησίν, Οὐδὲν σ' ὀνήσει, βολβός, ἂν μὴ νεῦρ' ἔχῃς. *Nervis carentem iuverit bulbus nihil.* De qua Erasmum consule, Chiliad. 4, cent. 2, ad 42. H.

Hortensii. Iidemque sativi, esculentique appellati. H.

tibus dabant. Flos bulborum tritus crurum maculas varietatesque igne factas emendat. Diocles oculos hebetari ab iis putat. Elixos assis minus utiles esse adiicit, et difficile concoqui ex vi uniuscuiusque naturae.

XLI. Bulbinem Graeci vocant herbam porraceis foliis, rubicundo bulbo. Haec traditur vulneribus mire utilis dumtaxat recentibus. Bulbus quem vomitorium vocant ab effectu, folia habet nigra, caeteris longiora.

XLII. (x.) Vtilissimus stomacho cibus asparagi traduntur. Cumino quidem addito inflationes stomachi colique discutiunt: iidem oculis claritatem afferunt. Ventrem leniter molliunt. Pectoris et spinae doloribus, intestinorumque vitiis prosunt, vino quum coquuntur addito. Ad lumborum et renum dolores, semen trium obolorum pondere, pari cumini bibitur. Venerem stimulant. Vrinam cient utilissime, praeterquam

Diocles. Diphilus quoque Siphnius apud Athen. II, 64. H.

XLI. *Bulbinem*. βολβίνη. Dicitur Theophrasto Hist. lib. VII, c. 13, et Matronii apud Athenaeum lib. II, p. 64. Haad.

Bulbus. Oribasii interpres lib. XI, pag. 193, post Dioscor. lib. II, pag. 201: *Bulbus qui ad ciendum vomitum accomodatus dicitur, folia habet... multo longiora, quam his qui edendo est*, etc. Dioscoridi, βολβὸς ἐμετικός, etc. A similitudine, quam folio cum iuncis habet, Hispani ionquillas nuncupant: a quibus et Galli, *jonquille; jonquille D'Espagne; grande jonquille; petite jonquille*. Pingitur a Dodonaeo p. 226. Sed et quisquis bulbus vomitum ciet, vomitorius dici potest. Vide Anguill. part. 7, pag. 119. H.

XLII. *Vtilissimus*. Haec Plin Val. ad verbum lib. IV, cap. 30. H. — Vet. Chiffletii cod. *Inter utilissimos stomachi cibos asparagi traduntur*. Ed. P.

Cumino. Plin. Val. loc. cit. H.

Iidem. Plin. Val. loc. cit. H.

Ventrem. Plin. Valer. loc. citat. Dioscorides lib. II, c. 152, et Diocles apud Athenaeum lib. III, p. 120. H.

Ad lumborum. Plin. Val. lib. II, cap. 36: *Asparagi semen et cumini*, inquit, *pari pondere tritum, et ex vino vel aqua calida potui datum, emendat lumborum et renum vitia*. Et Q. Seren. cap. XXVI, de lumbis et renibus sanandis: *Aut caput asparagi cum vino sume vetusto, Seu mavis, appone: modus conducit uterque*. H.

Venerem. Plin. Valer. lib. IV, cap. 30. Haad.

Vrinam. Plin. Val. loc. cit. H.

vesicam exhulcerant. Radix quoque, plurimorum praedicatione, trita, et ex vino albo pota, calculos quoque exturbat. lumborum et renum dolores sedat. Quidam et ad vulvae dolorem radicem cum vino dulci propinant. Eadem in aceto decocta contra elephantiasin proficit. Asparago trito ex oleo perunctum pungi ab apibus negant.

XLIII. Silvestrem asparagum aliqui Libycum vocant. Attici hormenum. Huius ad supra dicta omnia efficacior vis, et candidiori maior. Regium morbum extenuat. Veneris causa aquam eorum decoctam bibi iubent ad heminam. Ad idem et semen valet cum anetho, ternis utriusque obolis. Datur et ad serpentium ictus succus decoctus. Radix miscetur radici ma-

Vesicam exhulcerant. Praesertim corrudae. Dalec.

Radix. Dioscorides lib. II, c. 152; Plin. Val. lib. II, cap. 36, lib. IV, cap. 30, 176, 179; Marc. Empir. c. xxv. et cap. xxvi. H.

Lumborum. Dioscor. loc. cit. Marc. Emp. cap. xxv; Plin. Valer. lib. II, cap. 36, lib. IV, cap. 39; Apuleius, cap. lxxxiv, tit. 4. H.

Quidam. Plin. Val. lib. IV, cap. 30. Hard.

Eadem in aceto decocta contra elephantiasin Plin. Valer. loc. cit. *Contra elephantiasim efficax creditur.* Marcell. Empir. c. xix: *Radix asparagi decocta in aceto, et elephantiacis rationabiliter imponitur.* Apuleius, cap. lxxxiv, tit. 3 ad *elephantiacos*: « Herbae asparagi radix cocta contrita imponatur elephantiaco, liberabitur. » H.

XLIII. *Silvestrem asparagum aliqui Libycum vocant.* Apuleius, cap. lxxxiv: *Graeci myacanthan, alii asparagon agrion, Latini Corrudam, alii asparagon agrestem, alii asparagum rusticum, alii asparagum nostrum.* Nostrum quum dicit, Libycum, opinor, intelligit. Fuit enim is ex Africa, oppido Madaura. H.

Attici. Vide quae diximus sup. lib. c. 43. H. — *Hormenum.* Hormenum ὁρμηνίου: ἀπὸ τοῦ ὁρμᾷν, quia Venerem excitat ἀφροδισιαστικός ἐστι. Vide supra l. XIX, cap. 8, et Athen. lib. II, apud quem scribitur perpetuo cum ε, ὁρμενος et ὁρμένιον. Porro apud Iuvenal. Sat. 7, *Afrorum hormenia* legendum est, ubi vulgo *epimenia*, vel *epimendia* legitur. Hormenium Avenionenses hodie vocant *Romioconin*, vocabulo ad graecum nomen alludente. Dalec.

Huius ad supra dicta, etc. Athen. lib. II, p. 62. Hard.

Et candidiori maior. Candidiores nascuntur locis aridioribus. Dal.

Regium. Dioscor. lib. II, cap. 152. Hard.

rathri inter efficacissima auxilia. Si sanguis per urinam reddatur, semen asparagi, et apii, et cumini ternis obolis in vini cyathis duobus, quinis diebus, Chrysippus dari iubet. Sic et hydropicis contrarium esse, quamvis urinam moveat, docet: item Veneri: vesicae quoque, nisi decoctum: quae aqua si canibus detur, occidi eos. In vino decoctae radicis succum, si ore contineatur, dentibus mederi.

XLIV. (XI.) Apio gratia in vulgo est. Namque rami largis portionibus per iura innatant, et in condimentis peculiarem gratiam habent. Praeterea oculis illitum cum melle, ita ut subinde foveantur ferventi succo decocti, aliisque membrorum epiphoris: per se tritum, aut cum pane, vel polenta impositum, mire auxiliatur. Pisces quoque si aegrotent in piscinis, apio viridi recreantur. Verum apud eruditos non aliud erutum

Item Veneri. Chrysippum sequutus Dioscorid. loc. cit. docet decoctum radicis asparagi haustum, ποιεῖν ἀτόκιον καὶ ἄγονον, partum impedire, ac sterilitatem inducere. H.

Quae aqua. Et hoc ex aliorum sententia refert Diosc. loc. cit. H.

Occidi eos. Dioscoridea id tantum fama hominumque sermonibus vulgatum ait. Dalec.

In vino. Marc. Empir. cap. XII. Apuleius, cap. LXXXIV, tit. 2 *ad dentium dolorem*: a Herbae asparagi succum in ore oportet continere. a Plin. Val. lib. I, cap. 36: *Asparagi silvatici radicem in vino decoques: ex hoc in ore contineas: dolorem sedat: succusque eius similiter facit.* Adde his Dioscorid. loc. cit. et Galen. de Fac. simpl. med. VI, pag. 160. Hard.

XLIV. *Apio.* Sativum intelligit, sive hortense: vulgo *Persilum* dicitur (*Apium petroselinum*): etsi aliter sentire intelligo Aloisium Anguillara, part. 7, pag. 121. Hard.

Gratia in vulgo. Sic ex MSS. em. Hard. *gratia vulgo est* Gron. et al. Ed. P.

Praeterea. Oculorum inflammationibus, πρὸς ὀφθαλμῶν φλεγμονάς, inquit Dioscorides, lib. III, cap. 74. Oculorum epiphoris (quae Plinii h. l. mens est, quum sequatur statim, *aliisque membrorum epiphoris*), Apul. c. CXVIII, tit. a *ad epiphoras oculorum*: a Herba apio trita bene cum pane molli, oculi tegantur: mirifice sanat. a Eadem habet Plin. Val. l. I, c. 44. Oculis tumentibus, vel dolentibus, apium imponi cum lacte mulieris Marcell. Emp. iubet c. IX. Th. Prisc. lib. I, cap. 10 *de oculorum causis:* a Et caseus recens, inquit, cum apiorum foliis contritis impositus, saepe oculos liberavit: et panis mundus

terra in maiore sententiarum varietate est. Distinguitur sexu. Chrysippus feminam esse dicit crispioribus foliis et duris, crasso caule, sapore acri et fervido. Dionysius nigriorem, brevioris radicis, vermiculos gignentem: ambo neutrum ad cibos admittendum, immo omnino nefas: nam id defunctorum epulis feralibus dicatum esse: visus quoque claritati inimicum.
3 Caule feminae vermiculos gigni: ideoque eos qui ederint, sterilescere, mares feminasque. In puerperiis vero ab eo cibo comitiales fieri qui ubera hauriunt. Innocentiorem tamen esse marem; eaque causa est, ne inter nefastos frutices damnetur. Mammarum du-

vino infusus, et cum oleo roseo tritus, par beneficium praestitil. » H.

In maiore, etc. Noxium sit, an innoxium. Dal.

Nam id defunctorum, etc. Apud Plutarchum Timoleontis milites ad pugnam castris educti, mulis apium ferentibus obviis infaustum augurium putavere, quoniam apil coronae sepulchris imponerentur, unde proverbii specie *apio egere* dicitur, qui periculosius aegrotat. Magius, lib. II, cap. 17. Vide quod notatum in lib. XIX, cap. 8, et Alex. ab Ales. lib. II, cap. 7, explicantem Ciceronis dictum, *praetextam sibi texi apio*, ubi quidam legunt *appio*, et lib. V, cap. 26. Dalec. — *Nam*, etc. In feralibus epulis usi convivae corona ex apio. Suidas: Σελίνου στέφανος. Πενθιμος· τὸ γὰρ σέλινον πένθεσι προσήκει, ὡς ἔφη καὶ Δοῦρις ἐν τῷ Περὶ ἀγώνων. Idem, II, p. 930, verbo: Τοῦ σελίνου δεῖται, ἐπὶ τῶν ἀσφαλῶς νοσούντων. Καὶ γὰρ εἰώθαμεν τὰ μνήματα στεφανοῦν σελίνοις, ὅς φησι Πλούταρχος Arnobius contra Gent. lib V, p. 169 *Oblivioni etiam Corybantia sacra donentur, in quibus sanctum illud mysterium traditur, frater trucidatus a fratribus, interempti ex sanguine Apium natum, prohibitum mensis olus illud apponi, ne a manibus mortui inexpiabilis contraheretur offensio.* Hard.

Vermiculos. Quum e terra erutus soli exponitur. Hard.

Ideoque. Dissentire Chrysippo videtur auctor Geop. lib. XII, cap. 13: Βρωθὲν δὲ τὸ σέλινον καταφερεστέρας εἰς τὰ ἀφροδίσια ποιεῖ τὰς γυναῖκας, etc. Habet eadem Simeon Sethi, lib. de Alim. tit. Σέλινον. H.

Comitiales. Comitiales fieri, qui apio in cibis utantur, auctor est Simeon Sethi, loc. cit. Galenus tamen in Consilio, pro puero epileptico, l. X, c. 4, apium smyrniumque, quod genus apii est, degustari ab eiusmodi aegrotis utilissime admonet. Πράσου δὲ καὶ σελίνου, καὶ σμυρνίου προσάψασθαί ποτε συνοίσει, κ. τ. λ. Hard.

Mammarum duritiam impositis foliis emollit. Dioscorid. lib. II, cap. 74. Mammas, inquit, χονδριώντας, grumoso lacte turgentes reprimit. Hard.

ritiam impositis foliis emollit. Suaviores aquas potui incoctum praestat. Succo maxime radicis cum vino lumborum dolores mitigat. Eodem iure instillato gravitatem aurium. Semine urinam ciet, menstrua, ac secundas partus. Et, si foveantur semine decocto, suggillata reddit colori. Cum ovi albo illitum, aut ex aqua coctum potumque renibus medetur: in frigida tritum oris hulceribus. Semen cum vino, vel radix cum veteri vino vesicae calculos frangunt. Semen datur et arquatis ex vino albo.

XLV. Apiastrum Hyginus quidem melissophyllon appellat. Sed et in confessa damnatione est venenatum

Suaviores. Hinc aegris, quibus vino interdictum est, vel hydromeli, vel apiatam aquam praescribit Theod. Prisc. lib. II, cap. 2 et 6, p. 2. H.

Semine. Dioscorides loc. cit. Plin. Val. lib. IV, cap. 2 *de facultate apii*: « Nulla res fortius vel urinae difficultates resolvit, vel feminarum menstruis imperat. » Hard.

Ac secundas. Ita MSS. Reg. et Colb. 1, ut cap. 23, hoc est, *secundas a partu*. Prius legebatur, *ac secundos partus*, aliena a Plinii mente sententia. Hard.

Cum ovi. Vel sic suggillatis sanandis, de quibus dictum est proxime, adhiberi iubet Marc. Emp. cap. XIX: *Apium viride*, inquit, *subtiliter tritum, cum ovi albo illitum, livoribus prodest.* Hard.

Aut ex. Hoc vero Marcellus ad verbum exscripsit, c. XXVI. Hard.

XLV. *Apiastrum.* Μελισσόφυλλον, ab apibus, quae ea herba plurimum laetantur. Illud est, quod in coronamenta venire dicitur, lib. XXI, cap. 29. Alii citraginem aut melitaenam, Galli melissam vocant, *mélisse ou citronelle.* Apiastrum ab Hygino vocari coepit, eruditissimo alioqui viro, sed quem omnes hac in parte damnent, et quod magis mirere, sequantur tamen. Nam M. Varro ita appellat de Re Rust. lib. III, c. 16, et Dioscor. in Nothis, p. 457: Μελισσόφυλλον, οἱ δὲ μελίτταιον, οἱ δὲ μελίφυλλον.... Ῥωμαῖοι ἀπίαστρον, οἱ δὲ κιτράγω, etc. A Mathiolo pingitur in Dioscor. lib. III, pag. 826. In Horto Regio septem melissae genera diversa vidimus. H.

Sed et. Damnatur id vero, inquit, quod affinitatem habet nominis cum apiastro seu melissophyllo, quoniam et ipsum apiastrum vocatur: non eo sane, quod sit apibus gratum, ut melissophyllum, de quo proxime diximus: sed quod apium aemuletur: nam quae ita desinunt, imitationem quamdam, ut grammaticis placet, important. Illud enim ipsum est, quod batrachion, et ranunculum appellant. Agemus de eo iterum lib. XXV, c. 109. Apuleius, cap. VIII de scelerata: *Graeci*, inquit, *batrachion dicunt..... alii rhuselinon.... alii selinon agrion... Latini apium rusticum, iidem apium risus, iidem apiastellum*, etc. Haec

in Sardinia. Contexenda enim sunt omnia, ex eodem nomine apud Graecos pendentia.

XLVI. Olusatrum, quod hipposelinum vocant, adversatur scorpionibus. Poto semine torminibus, et interaneis medetur: itemque difficultatibus urinae semen eius decoctum ex mulso potum. Radix eius in vino decocta calculos pellit, et lumborum ac lateris dolores. Canis rabiosi morsibus potum et illitum medetur. Succus eius algentes calefacit potus. Quartum genus ex eodem faciunt aliqui oreoselinon, palmum alto frutice ac recto semine, cumino simili, urinae et menstruis efficax. Heleoselino vis privata contra

Sardonis herba, de qua historici multa, et Dioscorid. in Alexand. cap. 14. Ruellium vide de Natur. stirp. lib. II, cap. 146, pag. 426. Agresti apio, hoc est, apiastro similem herbam eam Sallustius facit. Adversus id venenum remedia plura Sennertus affert, Pract. lib. VI, p. 1055. H.

Contexenda. Etiam ea, inquit, interdum connectimus, quorum tractatio et natura dissimilis, sed nominis affinitas maxima. Sic l. XXIII, cap. 65, cum erineo, hoc est, caprifico arboré, erinei quoque herbae vires explicat, *propter gentilitatem*, inquit, hoc est, propter similitudinem nominis. Ea cautione admonet se melissophyllon ab apiastro Sardo secernere: nec alterutrius fieri mentionem alterius admonitione, nisi propter quamdam cognationem nominis. H.

XLVI. *Olusatrum.* De quo l. XIX, cap. 48. Haec traduntur similiter a Nicandro in Theriac. p. 60. H.

Itemque. Dioscorides lib. III, cap. 78, totidem verbis. Apuleius c. CVI, tit. 1 *ad vesicae dolorem:* » Herba olusatrum trita ex passo in potu sumpta, stranguriam potenter emendat. « E Graecis quoque, unus instar omnium Theophrast. Hist. lib. VII, cap. 6. H.

Radix. Et petroselino has vires adsignat Dioscorides lib. III, cap. 77. At hipposelino, sive olusatro, Theophrast. loc. cit. H.

Succus. Hipposelino suo easdem vires attribuit Dioscorid. III, 78: Θερμαίνει τοὺς ῥιγοῦντας, πινόμενος καὶ ἐγχριόμενος. H.

Quartum. Primum enim genus apii hortensis, seu sativi, statuitur. Alterum apiastri. Tertium, hipposelini. Harn.

Cumino simili. Non, ut prius editum erat, *simile:* ad ipsum enim semen vox ea refertur, cuius similitudo notatur cum cumini semine. Dioscorides lib. III, p. 76: Ὀρεοσέλινον, καυλός ἐστι σπιθαμαῖος εἷς ἐκ ῥίζης λεπτῆς... ὁ καρπὸς ἐπιμήκης, ὑριμύς, λεπτός, εὐώδης, ἐοικὼς κυμίνῳ. Harn.

Vrinae. Vrinae ciendae, men-

araneos. Sed et oreoselino feminae purgantur e vino.

XLVII. (XII.) Alio genere petroselinon quidam appellant in saxis natum, praecipuum ad vomicas, cochlearibus binis succi additis in cyathum marrubii succi, atque ita aquae calidae tribus cyathis. Addidere quidam buselinon, differens brevitate caulis a sativo et radicis colore rufo, eiusdem effectus. Praevalere contra serpentes potu et linitu.

XLVIII. Ocimum quoque Chrysippus graviter increpuit, inutile stomacho, urinae, oculorum quoque claritati. Praeterea insaniam facere, et lethargos, et iocineris vitia: ideoque capras id aspernari, hominibus quoque fugiendum censet. Addunt quidam, tritum si operiatur lapide, scorpionem gignere: commanducatum, et in sole positum, vermes afferre. Afri vero, si eo die feriatur quispiam a scorpione, quo ederit

struisque pellendis. Dioscorid. III, 76. Hard.

Sed et oreoselino. Totidem verbis hoc Dioscorides loc. cit. H.

XLVII. *Buselinon.* Βουσέλινον, quasi maius apium: ut ab hortensi apio, cui brevitas caulis palmum non excedit, magnitudine dirimatur. Nam particula βοῦ in compositione dictiones auget: a bovis magnitudine, qui βοῦς dicitur. Sic enim auctore Festo, *et balimum Graeci magnum famem dicunt, assueti magnis et amplis rebus praeponere βοῦ, a magnitudine scilicet bovis. Hinc est, quod grandes pueros bupaedas appellant, et mariscum ficum, busycon.* H.

Praevalere. Alii *peculiare* legunt. H. — Et mox *potum et litum* Ed. P.

XLVIII. *Ocimum.* Haec Plin. Val. ad verbum lib. IV, cap. 21. H.

Oculorum. Plin. Val. loc. c. Copiosiore cibo si sumatur scilicet, oculis nocere prodidit Dioscorides lib. II, cap. 171. H.

Praeterea insaniam facere, etc. Plin. Val. l. c. H.

Addunt quidam, tritum si operiatur lapide. Plin. Val. loc. cit. *Ocimum*, inquit, *edere nonnulli reformidant, quod commanducatum, et in sole positum vermiculos gignit.* Φυλάσσονται δέ τινες αὐτό, καὶ οὐκ ἐσθίουσι, διὰ τὸ μασηθὲν καὶ τιθὲν ἐν ἡλίῳ σκωλήκια γεννᾶν. Quod vero scorpionem gignat, falsum esse Galenus admonet, de alim. Fac. tom. VI, l. II, cap. 55, p. 365. Vide quae diximus lib. IX, cap. 54. H.

Afri. Plin. Valer. loc. citat. Dioscorides contra loc. citat. Afros ait esse in ea haeresi, ut existiment, si scorpione quis feriatur, qui eo die ocimum ederit, incolumem eum

ocimum, servari non posse. Quin immo tradunt aliqui manipulo ocimi cum cancris decem marinis vel fluviatilibus trito, convenire ad id scorpiones ex proximo. Diodotus in empiricis, etiam pediculos facere
2 ocimi cibum. Sequuta aetas acriter defendit: nam id esse capras. Nec cuiquam mentem motam: et scorpionum terrestrium ictibus, marinorumque venenis mederi ex vino, addito aceto exiguo. Vsu quoque compertum deficientibus ex aceto odoratum salutare esse.
3 Item lethargicis, et inflammatis refrigerationi. Illitum capitis doloribus cum rosaceo, aut myrteo, aut aceto; item oculorum epiphoris impositum ex vino. Stomacho quoque utile, inflationes et ructum ex aceto dissolvere sumptum. Alvum sistere impositum, urinam ciere. Sic et morbo regio et hydropicis prodesse. Choleras eo et distillationes stomachi inhiberi. Ergo etiam coeliacis Philistion dedit: et coctum dysentericis, et colicis Plistonicus. Aliqui et in tenesmo, et sanguinem

fore. H. — *Servari non posse.* MS. in margine Vatior. *quo ederit ocimum, sanari. Quin immo,* etc. Ed. P.

Etiam. Pediculis infestari eos, qui ocimum adhibeant in cibis. H.

Sequuta. Posteriores medici, inquit, innocuum esse ocimi esum defenderunt, contra Chrysippum: neque officere oculorum claritati, quandoquidem illud caprae edunt, quibus est visus acutissimus, ut dictum est lib. VIII, cap. 76; neque insaniam facere, quum nemini compertum sit mutam ex eo cibo mentem esse, etc. Hard.

Et scorp. Diosc. loc. cit. H.

Illitum. Apuleius cap. cxvii, tit. 1, *Capitis dolori medendo*: « Herbam ocimum tritam cum oleo rosaceo, aut myrtino, vel aceto, fronti imponas: mirabiliter capitis dolorem sanat. » H.

Item. Plin. Val. I, 14, ad verbum. Et Apul. cap. cxvii, tit. 2, *Ad epiphoras oculorum*: « Ocimum ex vino optimo tritum, oculis illinitur. » Vide et Diosc. II, 174. H.

Stomacho quoque utile. Plin. Val. IV, 15. H.

Inflationes. Plin. Val. IV, 20, et Diosc. l. c. H.

Alvum. Plin. Val. l. c. et II, 27. H.

Vrinam. Hoc de ocimi semine Dioscor. l. c. H.

Choleras. Χολερὰ stomachi, intestinorumque pariter vitium est: nam et deiectio et vomitus est, intestina torquentur, bilis supra infraque erumpit: *débordement de bile.* H.

Et colicis. In MSS. *Et contra Pli-*

exscreantibus, in vino: duritia quoque praecordiorum. Illinitur mammis, exstinguitque lactis proventum. Auribus utilissimum infantium, praecipue cum adipe anserino. Semen tritum et haustum naribus sternuta 4
menta movet, et distillationes quoque capiti illitum: vulvas purgat in cibo, ex aceto. Verrucas mixto atramento sutorio tollit. Venerem stimulat. Ideo etiam equis asinisque admissurae tempore ingeritur. (XIII.) Silvestri ocimo vis efficacior ad eadem omnia: peculiaris ad vitia, quae vomitionibus crebris contrahuntur: vomicisque vulvae, contraque bestiarum morsus e vino radice efficacissima.

XLIX. Erucae semen scorpionum venenis et muris aranei medetur. Bestiolas omnes innascentes corpori arcet: vitia cutis in facie cum melle illitum. Lentigi-

stonicum aliqui: ut adhuc varietatem et contrarietatem opinionum de ocimo tractet. H.

Exstinguitque. Quin immo Diosc. auctore l. c. lactis proventum facit: tanta fuit olim sententiarum de ocimo varietas, ut Plinius animadvertit, inter veteres scriptores, ut de eius viribus discrepantia pugnantiaque prodiderint. H.

Semen. Plin. Val. IV, 20, iisdem verbis; Diosc. quoque II, 171. H.

Et distill. Diosc. l. c. ocimi succo fluxiones capitis siccari quoque prodidit. H.

Verrucas. Plin. Val. totidem syllabis l. c. H.

Admissurae tempore ingeritur. Praeter haec Plinii, Plutarcho ocimum ab electro non trahitur, ut nec quae oleo sunt illita. In Symposiac. Dal.

Silvestri ocimo. Sic Plinius appellare videtur ocimoides Dioscoridis: quanquam facultates a Plinio memoratas Dioscorides multas taceat. Dal. — *Silvestri*. Praeter sativum ocimum, de quo suo loco egimus, plura alia in horto Regio a nobis sunt diligenter observata: ex quibus quodnam sit illud, quod silvestre Plinius nunc appellat, incertum. Cave interim Dalecampio credas, aienti ὀκιμοειδὲς a Plinio intelligi, de quo Diosc. IV, 28, quum silvestris ocimi radicem Plinius laudet, ὀκιμοειδοῦς supervacuam esse Dioscorides haud obscure testetur. H.

Ad vitia. Ventriculi imbecillitatem. Dal.

XLIX. *Erucae*. Plin. Val. IV, 13, et Florent. Geop. XII, 26, p. 349. H.

Bestiolas. Pediculos, credo, pulicesque intelligit. Forte et lumbricos: nam Florent. l. c. de eruca, ἕλμινθας ἐξάγει, inquit, *lumbricos educit*. Sed hos numquam Plinius bestiolas vocat. H.

Vitia. Plin. Val. l. c. H.

Lentigines. Plin. Val. l. c. et Q. Serenus cap. XII, pag. 131: *Invida*

nes ex aceto. Cicatrices nigras reducit ad candorem cum felle bubulo. Aiunt verbera subituris potum ex vino duritiam quandam contra sensum inducere. In condiendis obsoniis tanta est suavitas, ut Graeci euzomon appellaverint. Putant subtrita eruca si foveantur oculi, claritatem restitui: tussim infantium sedari. Radix eius in aqua decocta fracta ossa extrahit. Nam de Venere stimulanda diximus: tria folia silvestris erucae sinistra manu decerpta, et trita in aqua mulsa si bibantur.

L. E contrario nasturtium Venerem inhibet, ani-

si maculat faciem lentigo decoram, Nec prodesse valent naturae dona benignae, Erucam, atque acidum laticem simul illine malis. H.

Cicatrices. Plin. Val. et III, 46, et Florent. l. c. H.

Aiunt. Plin. Val. IV, 13, et Florent. l. c. H.

In condiendis. Plin. Val. l. c. H.

Euzomon. Εὔζωμον, παρὰ τὸ εὖ et ζωμός, propter suavitatem, quam iuribus praebet, quasi iuribus grata. Hard.

Tussim. Plin. Val. IV, 13. H.

Radix. Plin. Val. l. c. H.

Nam de. Lib. XIX, 44. H.

Tria folia. Non ed stimulandam Venérem, sed ad reginm morbum pellendum Florentinus hce medicamento utitur in Geop. XII, 26: Αγρίου δὲ εὐζώμου φύλλα τὸν ἀριθμὸν γ', τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ ληφθέντα, ἕκτερον ἰᾶται. Quin et Plinius alter Valerianus, qui suum opus ex Plinii nostri verbis sententiisque concinnevit, lib. II, 59, ad morbum regium sanandum hace referi: capitis lemme est, *Regio morbo pellendo*: atque inter medicamenta accensentur, *Erucae sylvestris tria folia sinistra manu decerpta ex aqua mulsa bibantur.* Nihil hie porro manuscripti codices iuvant: nihil coniectura: quanquam aut mutilatione elique verborum, aut traiectione sententiae laborare hunc locum non levia suspicio est. Ad Venerem non folia sed semen ipsum erucae adhibet auctor libri qui falso Kiramus inscribitur pag. 24. Hard.

Nasturtium Venerem inhibet. Dioscoridi nasturtii semen συνουσίαν παρορμᾷ. Cassianus in Geoponicis lib. XII, cap. 27, κάρδαμον φησὶ ἀφροδισίων ἐρεκτικώτερον εἶναι, sicut et Plinius. Κάρδαμον Graeci vocant ἀπὸ τῆς καρδίας, quod cordatos et prudentes faciat. Aiunt enim τοὺς ἐσθίοντας κάρδαμον ὀξυτέρους τὴν διάνοιαν γίνεσθαι. Sputum et urinam inhibere iidem tradunt, ob validam siccandi vim: ideoque Persis in usu frequenti esse, qui meiere, spuere, emungi eoram aliis turpissimum putant. Rhodiginus lib. XXVI, cap. 24. Vide supra lib. XIX, cep. 8. Itaque Ammianus Marcellinus scribit, Persarum cadavera ob victus parsimoniam durescere stipitum more, nec in saniem liquari, nostra vero mox caesa

mum exacuit, ut diximus: duo eius genera. Alvum purgat, detrahit bilem potum in aqua x pondere. Cum lomento strumis illitum, opertumque brassica, praeclare medetur. Alterum est nigrius, quod capitis vitia purgat. Visum compurgat. Commotas mentes sedat ex aceto sumptum. Lienem ex vino potum vel cum fico. Tussim ex melle, si quotidie ieiuni sumant. Semen ex 2
vino omnia intestinorum animalia pellit: efficacius addito mentastro. Prodest et contra suspiria et tussim,

tabescere, ac putrescere, ut mortui nullius facies post quatriduum agnoscatur. Dal. — *Venerem.* Plin. Val. IV, 12; auctor Geop. XII, 27. At dissentit ab utroque Diosc. II, 185. Conciliare ambos inter se Pseudo-Macer videtur, quum eam vim inhibendi Venerem nasturtio tum solum adscribit, quum usu frequenti adhibetur. *Dicunt ferventes quod habent nasturtia vires, Et siccas: hac re Venerem ceu ruta coërcent, Siccando semen, fuerint si sumpta frequenter.* H.

Vt diximus. Lib. XIX, 44. H.

Alvum. Illud nimirum, quod minus nigrum est. Nam alterum genus, ut mox dicetur, est nigrius. De hoc igitur Marcellum Emp. intellige cap. xxx, cuius lemma est: *Ad ventrem resolvendum*, etc. Sic enim ille pag. 215: *Prodest et ad hoc nasturtium potum ex vino: nam et calefacit, et mollit viscera, et urinam movet. Prodest et intestinorum doloribus, et inflationibus*, etc. *Album* pro *alvum* legi hoc loco, etsi ita contendente Barbaro, plane nolim, libris invitis. Hard.

X pondere. Hoc est, denarii argentei pondera. H.

Cum lomento. Hoc est, cum farina fabacea. Florent. in Geop. XII, 27: Καρδάμου σπέρμα μιχθὲν ἀλεύροις κυαμίνοις, προσλαβὸν σταχτῆς μέρος, ἰᾶται χοιρόδας.... χρηστέον δὲ ἀντὶ σύκου φύλλοις κραμβῆς. Plin. Val. III, 29. Cum alumine contritum, inlitum, vel impositum, strumis opitulari ait Marc. Emp. cap. xv. Cum lomento, idem pag. 109, et Apuleius cap. xx, t. 4. H.

Capitis. Ope sternutationis, quam provocat. Apul. cap. xx, de nasturtio tit. 1: *Ad caput deplendum: Herbae nasturtii succum naribus inicis, caput deplet, et de phlegmate purgat. Hoc nasturtium non seritur, sed per se nascitur.* Ita MSS. H.

Visum Ita MSS. omnes. H. — Vet. apud Dalec. *visum quoque. Commotas*; omisso sc. τῷ *compurgat*, quod redundare h. l. videtur. Eo. P.

Lienem. Ad verbum haec Plin. Val. IV, 9. Cels. IV, 9: *Nasturtium lienem extenuat.* Diosc. II, 185, ex melle, non ex vino adhibet. H.

Tussim. Plin. Val. loc. c. Florent. in Geop. l. c. H.

Tussim. Plin. Val. loc. cit. Florent. in Geop. l. c. H.

Semen. Plin. Val. et Florent. l. c. et Diosc. II, 185; sed hic minus distincte, quam caeteri. H.

cum origano et vino dulci. Pectoris doloribus decoctum in lacte caprino. Panos discutit cum pice, extrahitque corpori aculeos. Et maculas illitum ex aceto. Contra carcinomata adiicitur ovorum album. Et lienibus illinitur ex aceto. Infantibus vero e melle utilissime. Sextius adiicit, ustum serpentes fugare, scorpionibus resistere. Capitis dolores contrito, et alopecias emendari addito sinapi: gravitatem aurium trito im-
3 posito auribus cum fico. Dentium dolores infuso in aures succo. Porriginem et hulcera capitis cum adipe anserino. Furunculos concoquit cum fermento. Carbunculos ad suppurationem perducit, et rumpit.

Pectoris. Totidem verbis Plin. Val. I, 57, et Florent. in Geop. loc. cit. Dat Theod. Prisc. II, cap. 17, p. 2; ipsum nasturtium ex melle coctum: ac mentae viridis pariter decoctum laudat. H.

Panos. Marcell. Emp. cap. XXXII. HARD.

Extrahitque. Plin. Val. III, 49. HARD.

Sextius. Et Florent. l. c. et Diosc. II, 185, et Plin. Val. IV, 12. Colum. denique, X, pag. 353: *Spargantur caecis nasturtia dira colubris.* HARD.

Et alopecias. Marc. Emp. iisdem verbis, cap. VI, et Plin. Val. I, 6. E Graecis Florent. et Diosc. ll. cc. HARD.

Grav. aurium. Marc. Emp. c. IX: *Nasturtium tritum cum fico, atque auriculae inditum, his qui gravius audiunt, prodesse fertur.* Eadem habet Plin. Val. I, 12. H.

Dentium dolores infuso, etc. Florent. l. c. et Plin. Val. ad verbum, IV, 12. HARD.

Porriginem et hulcera capitis cum adipe anserino. Iisdem verbis Plin. Val. l. c. Marc. Emp. cap. IV: *Nasturtii semen mixtum adipi anserino, tritumque, furfures capitis assidua levatione depellit.* Apuleius, cap. XX, tit. 2: *Ad capitis vitia, porrigines, vel furfures: Herbae nasturtii semen*, etc. Florent. item l. c. Στέαρ δὲ χήνειον προσλαβὼν, τὰ φυόμενα ἐν κεφαλῇ ἑλκύδρια, καὶ πιτυρίασιν θεραπεύει. Hulcera capitis Plinius intelligit ea quae favi dicuntur, κηρία, de quibus cap. 6. H.

Furunculos. Florent. l. c. Δοθιήνας μετὰ ζύμης πέπαινει. Sic et Plin. Val. III, 32, et Apul. l. c. tit. 5. Diosc. l. c. pro fermento muriam adsciscit. Porro furunculus, ut Celsus ait, V, 28, *Tuberculum est acutum cum inflatione* (legi malim, *cum inflammatione*) *et dolore: maximeque ubi iam in pus vertit. Qui ubi adapertus est, et exit, super apparet pars carnis in pus versa, pars corrupta, subalbida, subrubra, quem ventriculum quidam furunculum nominant.* H.

Cum fermento. Illitum cum muria. Dioscor. DALEC.

Carbunculos. Diosc. II, 185. Et Plin. Val. III, 30: *Carbunculo me-*

Phagedaenas hulcerum expurgat cum melle. Coxendicibus et lumbis cum polenta ex aceto illinitur: item licheni: item unguibus scabris: quippe natura eius caustica est. Optimum autem Babylonium. Silvestri vero ad omnia ea effectus maior.

LI. In praecipuis autem medicaminibus ruta est. Latiora sativae folia, rami fruticosiores. Silvestris horrida ad effectum est, et ad omnia acrior. Succus exprimitur, tusa et aspersa modice, et in pyxide Cypria asservatur. Hic copiosior datus veneni noxiam obtinet, in Macedonia maxime iuxta flumen Aliacmonem: mirumque, cicutae succo exstinguitur: adeo etiam venenorum venena sunt, quando cicutae succus prodest manibus colligentium rutam. Caetero inter prima miscetur antidotis, praecipueque Galatica. Quaecumque autem ruta et per se pro antidoto valet, foliis tritis, et ex vino sumptis. Contra aconitum maxime, et vi- 2

dendo: Nasturtium fermento mixtum utiliter. Et IV, 12, de nasturtio: *Fermentum mixtum et appositum furunculos provocat, ac suppurata dirumpit.* Hard.

Coxendicibus et lumbis cum polenta ex aceto. Dioscorid. l. c. Marcell. XXV; Plin. Val. II, 36, IV, 12. Hard.

Item licheni. Dioscorid. loc. citat. Hard.

Optimum. Diosc. l. c. Κάλλιστον μὲν εἶναι δοκεῖ τὸ ἐν τῇ Βαβυλῶνι κάρδαμον. Nicander, τὸ ἀπὸ Μηδῶν κάρδαμον laudat in primis. H.

LI. *Silvestris.* Vehemens, acris. Diosc. III, 52: Πήγανον ὀρεινὸν καὶ ἄγριον τοῦ ἡμέρου καὶ κηπευτοῦ δριμύτερον, ἄθετον πρὸς βρῶσιν. *Ruta montana et silvestris acrior est quam sativa et hortensis, et in cibis damnata.* Apul. c. LXXXIX de ruta: *Altera est usualis, altera agrestis ac virtutis acrioris: sed utraeque ferventissimae comprobantur.* H.

In Macedonia maxime iuxta flumen Aliacmonem. Diosc. l. c. Τὸ δὲ ἐν Μακεδονίᾳ φυόμενον παρὰ τὸν Ἀλιάκμονα ποταμὸν, ἀναιρεῖν φασι βρωθέν. Hard.

Manibus: Alioqui enim, ut Columella est auctor, XI, 3, debet ruta velata manu runcari, quam nisi contexeris, perniciosa nascentur hulcera, prurigo atque lumor incèssel, etc. Hard.

Caetero inter prima miscetur. Diosc. l. c. Galenus de Antidotis. lib. II, cap. 1. Hard.

Quaecumque autem ruta. Sive saliva, sive silvestris. Dioscor. II, 52. H.

Foliis tritis. De rutae semine id Dioscorides, non de herba. Dalec.

Contra. Scribonius Largus, Comp.

scum. Item fungos, sive in potu detur, sive in cibo. Simili modo contra serpentium ictus, utpote quum mustelae dimicaturae cum his, rutam prius edendo se muniant. Valent et contra scorpionum, et contra araneorum, apum, crabronum, vesparum aculeos, et cantharidas, ac salamandras, canisve rabiosi morsus: acetabuli mensura succus e vino bibitur, et folia trita vel commanducata imponuntur cum melle et sale,
3 vel cum aceto et pice decocta. Succo vero perunctos aut eam habentes, negant feriri ab his maleficiis; serpentesque, si uratur ruta, nidorem fugere. Efficacissima tamen est silvestris radix cum vino sumpta. Eamdem adiiciunt efficaciorem esse sub dio potam. Pythagoras et in hac marem minoribus herbaceique coloris foliis a femina discrevit: eam laetioribus foliis
4 et colore. Idem oculis noxiam putavit: falsum, quoniam scalptores et pictores hoc cibo utuntur oculo-

CLXXXVIII, ad aconitum: *sed adiuvantur facile qui id sumpserint ruta, quam plurima pota cum vino.* Sic etiam Theopompus Chius, apud Athen. III, p. 85. HARD.

Et viscum. Hoc est, adversus chamaeleonis herbae venenatum succum, quem ἰξίαν Graeci vocant, a visco, quod ad eius radices quandoque invenitur. Idem de ruta ad ixiam Scrib. Largus prodit, Comp. CXCII. HARD.

Item. Scribon. Comp. CXCVIII, ad fungos: *Item ruta ex aceto trita et pota proficit.* H.

Simili. Haec Plin. Val. ad verbum, IV, 3; item Diosc. l. c. H.

Mustelae. Vide quae dicta sunt VIII, 41. H.

Valent. Apul. CXV, III. 7: *Ad eos, quos scorpio percusserit, rutae silvaticae semen contritum ex vino dabis potui: dolorem sedat.* H. — Sic ex MSS. emend. Hard. *scorpionum ictus et araneorum* Gron. et Al. Eo. P.

Et cantharidas. Scrib. Comp. CLXXXIX, *Ad cantharidas: item oleum irinum ex ruta tritum, et potum.* H.

Canisve. Apul. cap. LXXXIX, III. 7: *Ad morsum canis rabidi: Herbae rutae pondus denariorum sex ex vino bibatur: plagae vero imponantur rutae folia trita cum melle, sale et pice: liberabitur.* H.

Acetabuli. Dioscor. l. c. H.

Serpentesque. Odorem rutae odisse viperam, et alia venenata ait Alberl. M. de Animal. VIII, cap. 1, tr. 2. HARD.

Et pictores. Simeon Sethi, pag. 97, post Aetium, I, 327: Αἴγυπται δὲ καὶ ὡς ὀξυδερκές ἐστιν ἐσθιόμενον, καὶ διὰ τοῦτο οἱ πρὶν ζωγράφοι συνεχῶς αὐτοῦ ἀπεγεύοντο. *Dicitur etiam*

rum causa, cum pane vel nasturtio: caprae quoque silvestres propter visum, ut aiunt. Multi succo eius cum melle Attico inuncti discusserunt caligines, vel cum lacte mulieris puerum enixae, vel puro succo angulis oculorum tactis. Epiphoras cum polenta im-

visum comesta acuere: atque idcirco pictores olim eam assidue degustabant. Hard.

Caproe. In libris hactenus editis sic legebatur: *Idem oculis noxiam putavit falso, quoniam... oculorum causa. Cum pane quoque vel nasturtio sativae atque silvestris propter visum. Vt aiunt, multi succo eius*, etc. Quo in loco mire grassata interpolatorum audacia est: nam, ut omittam *falso* pro *folsum*, quod levissimum est, primum voculam *quoque* suo loco movere: adiecere deinde alteram *sativae*, quae nusquam in libris conditivis apparet: ac de sativa silvestrique ruta locum hunc accepere: quem errorem Ruellius, Dalecampius, et alii qui Plinium exscripsere, sequuti sunt. Denique et inepta constructione verborum, cui nulla legitima sententia subest, et praepostera interpunctione omnia corrupere. In MSS. omnibus sic plane legitur: *Falsum... cum pane vel nasturtio, atque quoque silvestres propter visum, ut aiunt. Multi*, etc. Vnde nos ex coniectura, quam esse certissimam fidenter asseveramus, *caprae quoque silvestres*, legi oportere pronuntiamus, quod uti nunc de ruta Pythagoram, sic ipse Plinius, cap. 47, Chrysippum in ocimo coarguit, quod iste oculorum claritati inimicum aiebat, sequuta deinde aetas cum Plinio falsum esse deprehendit, *nam id esse capras.* Mox paulo eodem cap. ubi prius legebatur, *Epiphoras cum polenta imposito. Lenit autem capitis dolores*, ex MSS. fide rescripsimus, *Epiphoras cum polenta imposita lenit. Item capitis dolores.* Hard.

Propter visum. Idcirco Ovidius, Remed. Am. *acuentes lumina rutas* appellat. H.

Multi. Sic Florent. in Geop. XII, 25. Diosc. III, 52, cum feniculi succo et melle rutae succum adhibet. Simeon Sethi, l. c. Τινὲς δὲ καὶ τὸν πηγάνου χυλὸν μέλιτι μιγνύντες, ὀξυωπὲς ποιοῦσι φάρμακον. Plin. Val. I, 16: *Ad lacrymosos oculos: Ruta sicca et melle Attico aequis ponderibus mixta, oculos inunges: certum est.* Apul. c. LXXXIX, tit. 9: *Ad caliginem oculorum: Herbae rutae rorem matutinum, aut matutino madentis succos collectos in vasculo habeto, et ex eo inunges.* Hard.

Vel cum lacte mulieris, etc. Florent. l. c. Hard.

Epiphoras. Oculorum videlicet. Plin. Val. I, 4: *Ad epiphoras oculorum, et tumores. Ruta in polenta contrita et imposita, lenit dolorem* Apul. c. LXXXIX, tit. 5: *Ad epiphoras oculorum: Herba ruta cum polenta bene trita et imposita lenit epiphoras: nam et radix eius contusa et inlita eas emendat.* Diosc. III, 52: Τὰς ἐν ὀφθαλμοῖς περιωδυνίας σὺν ἀλφίτῳ καταπλασθὲν πραΰνει. H.

posita lenit. Item capitis dolores pota cum vino, aut cum aceto et rosaceo illita. Si vero sit cephalaea, cum farina hordeacea, et aceto. Eadem crudilates discutit, mox inflationes, dolores stomachi veteres. Vulvas aperit, corrigitque conversas, illita in melle, toto ventre et pectore. Hydropicis cum fico, et decocta ad dimidias partes, potaque ex vino. Sic bibitur et ad pectoris dolores, laterumque, et lumborum, tusses, suspiria: pulmonum, iocinerum, renum vitia, horrores frigidos. Ad crapulae gravedines decoquuntur folia poturis. Et in cibo vel cruda, vel decocta conditave prodest. Item torminibus in hyssopo decocta, et cum vino. Sic et sanguinem sistit interiorem, et narium

Item. Dioscor. I. c. Apul. c. LXXXIX, tit. 13: *Ad capitis dolorem: Herba ruta ex vino potui detur, et trita capiti instilletur cum aceto et rosaceo oleo.* Q. Seren. c. VIII de capite purgando: *Aut mixtum rutae cerebro instillatur acetum.* HARD.

Cephalaea. Κεφαλαία, capitis dolor est inveteratus, atque aegre cedens, in quo differi ἀπὸ τῆς κεφαλαλγίας. Vide Cels. IV, 2, et Galen. κατὰ τόπ. II, 2, p. 377. H.

Mox. Marc. Emp. c. XX: *Rutae hortensis paululum cibo sumptum, vel in potione dilutum atque epotum inflationes stomachi compescit.* Sic etiam Apulei. c. LXXXIX, tit. 2. H.

Dolores. Marc. Emp. l. c. Apulei. cap. LXXXIX, tit. 9: *Ad stomachi dolorem: Herbae rutae semen cum sulphure vivo, et aceto ieiunus gustato: prodesse dicimus.* HARD.

Vulvas. In eo nempe morbi genere, quod suppressionem mensium medici vocant: cuius morbi causas, signa, curationesque varias Sennertus affert, lib. IV Pract. part. 2, s. 2, cap. 3. Hoc illud est, quod Seren. Sam. cecinit, cap. XXXV, pag. 448: *Sed si forte cruor clausa remorabitur alvo, aut molles nepetae, aut rutae quaecumque bibantur.* HARD.

Corrigitque. Mutat enim situm interdum uterus, cum suffocatione. Vide Hippocr. II, 16, et 33. Vulvae strangulatui mederi rutam, auctor est Diosc. lib. III, cap. 82: κατὰ τοῦ αἰδοίου ἄχρι δακτυλίου ἐπιτιθέν. H.

Hydropicis. Diosc. l. c. totidem verbis. HARD.

Sic bibitur. Diosc. loc. cit. Plin. Val. I, 57; Marc. Emp. c. XXII. H.

Horrores. Rigores febrium circuitu repetentes. Ῥίγη περιοδικά, inquit Diosc. loc. cit. HARD.

Ad crapulae. Apuleius, cap. CXV, tit. 6: *Ad stertentes vino: Rutae silvaticae semen cum vino potum mire facit.* HARD. — *Ad crapulae grav.* Vet. apud Dal. *ad crapulam et gravedines.* ED. P.

Item. Marc. Emp. c. XXVII, ad verbum, et Plin. Val. II, 22. H.

Sic et. Hoc est, quem ex pectore haemoptoici reiiciunt: item sanguinem narium, iisdem indita ruta si-

indita : sic et collutis dentibus prodest. Auribus quo- 6
que in dolore succus infunditur, custodito, ut diximus, modo, in silvestri. Contra tarditatem vero sonitumque, cum rosaceo, vel cum laureo oleo, aut cumino et melle. Succus et phreneticis ex aceto tritae instillatur in tempora et cerebrum. Adiecerunt aliqui et serpyllum, et laurum, illinentes capita, et colla. Dederunt et lethargicis ex aceto olfaciendum. Dederunt et comitialibus bibendum decoctae succum in cyathis quatuor ante accessiones, quarum frigus intollerabile est; alsiosisque crudam in cibo. Vrinam quoque vel cruentam pellit. Feminarum etiam purga- 7
tiones, secundasque, etiam emortuos partus, ut Hippocrati videtur, ex vino dulci nigro pota. Itaque illi-

stil. — Ita libri omnes, etiam manu exarati. Mirum est laborasse nonnullos uti hanc vocem *interiorem* vel omnino expungerent, vel in deterius immutarent. Alii *sanguinem interioribus indita*, alii *trita et naribus indita*, legi voluere. At *interiorem sanguinem* Plinii sedulus imitator Marcellus Emp. cap. XVII, eruptionem sanguinis ex interioribus partibus vocat. Et Plin. Valer. I, 61, cui titulum fecit: *Sanguinem reiicientium curatio: Aqua*, ait, *in qua rosa et ruta, et hyssopum decocta sunt, vino miscetur, et ita potui propinatur.* H.

Et narium. Marc. Emp. c. x: *Ruta saepius olfacta, vel trita, inlita, sanguinem ex naribus nimis fluentem retundit.* Sic etiam Apul. cap. LXXXIX, tit. 1. HARD.

Auribus. Dioscor. III, p. 52; Plin. Val. I, 10, et IV, 3. H.

Vt diximus. Paulo ante; nam copiosior scilicet datus, veneni noxiam obtinet. HARD.

Succus et phreneticis, etc. Plin. Val. III, 9. HARD.

Dederunt. Plin. Val. totidem verbis III. 7. Apul. cap. LXXXIX, tit. 9: *Ad lethargicos excitandos: Herba ruta trita ex aceto infundatur fronti.* Item Q. Serenus, cap. CXVII, lethargiae expellendae, pag. 160. HARD.

Dederunt. Dioscor. l. c. H.

Alsiosisque. Alsiosi dicuntur qui naturae sunt plus nimio frigescentis, quippe facile laeduntur a frigore. H.

Vrinam quoque.... pellit. Apul. c. CXV, tit. 4. HARD.

Feminarum. Apul. c. CXV, tit. 5: *Si mulier intrinsecus aliquid mali habuerit (hoc est, si menstruorum vel secundae retentione laborat): Herbae rutae silvaticae semen contritum ex vino austero da bibat, praeter partum (hoc est, quando non est gravida) liberabitur.* Adde et Dioscor. lib. III, cap. 52. HARD.

Vt Hippocrati. De Morb. mul. I, 128. Alia expulsoria idem affert, cap.

tam et vulvarum causa etiam suffire iubet. Diocles et cardiacis imponit ex aceto et melle cum farina hordeacea. Et contra ileum dococta farina in oleo, et velleribus collecta. Multi vero et contra purulentas exscreationes siccae drachmas duas, sulphuris unam et dimidiam sumi censent: et contra cruentas, ramos
8 tres in vino decoctos. Datur et dysentericis cum caseo in vino contrita. Dederunt et cum bitumine infriatam potioni propter anhelitum. Ex alto lapsis seminis tres uncias. Olei libra vinique sextario illinitur cum oleo coctis foliis partibus quas frigus adusserit. Si urinam movet, ut Hippocrati videtur, mirum est quosdam dare velut inhibentem potui, contra incontinentiam urinae. Psoras et lepras cum melle et alumine illita emendat. Item vitiligines, verrucas, strumas, et similia, cum strichno et adipe suillo ac taurino sevo.
9 Item ignem sacrum ex aceto et oleo, vel psimmythio: carbunculum ex aceto. Nonnulli laserpitium una illini

440. Hippocratem sequitur Diosc. l. c. Hard. — *Illitam et... suffire.* Vet. apud Dalec. *illini et.... suffiri iubet.* Ed. P.

Diocles. Iisdem verbis Plin. Val. III, 44. Apul. quoque cap. LXXXIX, tit. 8: *Ad cardiacos: Herbae rutae fasciculus cum rosaceo decoquatur: adiecta aloës uncia et olei: perunctio dolorem sistit.* Hard

Dederunt. Hoc medicamentum phthisicis, et iis qui pura exscreant, praecipit Marcellus Emp. cap. XVI: *Rutae tenerae contritae*, inquit, *cum ramusculis suis, et expressae succus, cum aliquantulo bitumine, ex vino vetere calido, phthisicis celeriter, similiter et empyricis in potu medetur.* Hard.

Si urinam. Hippocr. de Diaeta II, 26. II. — Gron. *si urina.* Ed. P.

Mirum. Quos Diosc. III, 52 sequitur. Hard.

Item. Dioscor. l. c. Hard.

Item ignem. Marc. Emp. c. IV, sed pro psimmythio sive cerussa, argenti spumam adhibet. Psimmythium praetermisit Apul. c. LXXXIX, tit. 9 de ruta: *Eadem ignem sacrum ex aceto et oleo illinita sanat.* Plin. Val. similiter, III, 34. At idem IV, 3, de ruta: *Ignes sacros*, inquit, *cum aceto et oleo rosaceo, et cerussa temperata, illico exstinguit.* Ad erysipelata quoque rutam cum aceto et psimmythio rosaceoque inungi iubet Diosc. l. c. Hard.

Carbunculum. Ita Plin. Val. III, 30; Apul. cap. LXXXIX, tit. 6, et Theod. Priscian. I, 481 *Rutae viridis folia cum aceto.* Hard.

iubent, sine quo epinyctidas pustulas curant. Imponunt et mammis turgentibus decoctam, et pituitae eruptionibus cum cera. Testium vero epiphoris cum ramis laureae teneris, adeo peculiari in visceribus his effectu, ut silvestri ruta cum axungia veteri illitos ramices sanari prodant. Fracta quoque membra semine trito cum cera imposito. Radix rutae sanguinem oculis suffusum, et toto corpore cicatrices aut maculas illita emendat. Ex reliquis quae traduntur, mirum est, quum ferventem rutae naturam esse conveniat, fasciculum eius in rosaceo decoctum addita uncia aloes, permnctis sudorem reprimere: itemque generationes impediri hoc cibo: ideo in profluvio genitali datur, et Venerem crebro per somnia imaginantibus. Praecavendum est gravidis abstineant hoc cibo: necari

Et pituitae. Iis papularum eruptionibus cum cerato myrten prodesse rutam sativam auctor est Diosc. I. c. De papulis diximus c. 26. H.

Eruptionibus, etc. Τοῖς ἐξανθήμασιν, eruptionibus papularum, cum myrto et cerato. Diosc. Dal.

Testium vero epiphoris cum ramis laureae. Diosc. III, 52: Τὰς δὲ τῶν διδύμων φλεγμονὰς σὺν δάφνης φύλλοις καταπλάσσειν ὠφελεῖ. *Testium inflammationibus cum lauri foliis imposita medetur.* Hard.

Ramices, etc. Sic herniam carnosam testium τὴν σαρκοκήλην vocat. Ramices autem, pulmonis venas Plautus vocat in Mercatore: .... *Tua causa rupi ramices: iamdudum spuo sanguinem.* Char. *Resinam ex melle Aegyptiam vorato: salvum feceris.* In Poenulo: *Tua causa nemo nostrum est rupturus ramices.* Herniam ἀπὸ τοῦ ἔρνους, et ramicem a ramo, per lasciviam appellarunt, quod intestinum, quum in scrotum descendit, ramum facere videatur. Scalig.

Fasciculum eius in rosaceo decoctum, etc. Haec Plin. Valer. ad verbum III, 11. Hard.

Generationes impediri. Inde πήγανον ea dicitur, ὅτι πηγνύει τὴν γονήν, quoniam genituram densat et spissat. Dal. — *Itemque.* Plin. Val. l. c. Diosc. III, 52: Γονήν τε σβέννυσιν ἐσθιόμενον, καὶ πινόμενον. *Seu esitata ruta, seu bibita, genituram exstinguit.* Simeon Sethi, pag. 97 de ruta: Τὴν πρὸς τὰ ἀφροδίσια προθυμίαν ἐπέχει, καὶ ξηραίνει γεννάιως. Hard.

Ideo in profluvio genitali datur, etc. Apul. c. LXXXIX, tit. 12: *Si fluit semen: Herba rutae manducetur ex vino cum liquamine* Hard.

Praecavendum. Occurrit huic Plinii cautioni Plinius alter medicus, IV, 3: *Stultissime quidam*, inquit, *rutae vitia dixere, quod ventrem*

enim partus invenio. Eadem ex omnibus satis quadrupedum quoque morbis in maximo usu est, sive difficile spirantibus, sive contra maleficorum animalium ictus, infusa per nares ex vino: aut si sanguisugam exhauserint, ex aceto; et quocumque in simili morborum genere, ut in homine, temperata.

LII. (XIV.) Mentastrum silvestris menta est, differens specie foliorum quae sunt figura ocimi, pulegii colore. Propter quod quidam silvestre pulegium vocant. Iis commanducatis et impositis sanari elephantiasin, Magni Pompei aetate, fortuito cuiusdam expe-

inhibeat, genitale semen exstinguat, infantes in utero necet. Facit enim haec non ipsa, sed qui virtutis eius obliti, nec modum, nec tempus aspiciunt: ideo temperare prudentis est, ut de auxilio non fiat venenum. H.

Necari. Florent. in Geop. XII, 25, pag. 349: Ο καὶ καρπός τοῦ ἀγρίου πηγάνου πινόμενος ἡμέρας ιε' ἔμβρυα φθείρει. *Semen silvestris erucae potatum per dies quindecim, fetus necat*, etc. Harn.

Sive. Florent. l. cit. Καὶ τὰς ἐκ θηρίων βλάβας μετὰ οἴνου πινόμενον. Harn.

Temperata. Sic ex MSS. em. Hard. *temperato* Gr. et al. Ed. P.

LII. *Pul. colore. Dictamni.* Rond. Nam dictamno, ut mentastro folia lomentosa, cana, alba: pulegio vero minime talia. At quum Dioscorides haec de secundo calaminthes genere ad verbum scripserit, et de trium calaminthes specierum facultate in universum tradiderit, quae Plinius de mentastri viribus prodit, rerum ignoratione mentastrum cum primo calaminthes genere, quod foliis est ocimi, et cum secundo, quod foliis est pulegii, confudisse arbitror Plinium, vocibus μίνθης et καλαμίνθης deceptum Dal. — *Pulegii.* Qui nigriora paulo, minusque incana folia, cuiusmodi mentastrum est campense et Zwolense Lobelii in Obss. pag. 273; Dalecampii Hist. plant. V, pag. 573. Nos in horto Regio vidimus. Nullum est e tribus calaminthae generibus, quae a Dioscoride describuntur, III, 43, etsi vires utrobique vix dispares. Sed menta silvestris, ab eodem delibata, cap. 42, ut diximus lib. XIX, 47. Quare frustra hoc loco Dalecampius censoriam notationem distringit in Plinium. Est tamen Galeni καλαμίνθη, de Fac. simpl. med. VII, 10, pag. 176 et 182. Harn.

Propter. Scholiastes Nicandri. pag. 8, de calamintha: Τινὲς δὲ ἀγρίαν γλήχωνα αὐτὴν καλοῦσιν. Apuleius item, cap. xc. Hard.

Iis commanducatis, etc. Dioscoridi calamintha esitata prodest elephantiacis, si lactis serum postea bibatur. Dal. — *Iis.* Galenus et Schol. Nicandri ll. cc. Apuleius, cap. xc, tit. 3, ad elephantiosos: *Herbae mentastri folia frequenter commanducato. Sanare certum est.* Quintus Serenus,

rimento propter pudorem facie illita compertum est. Eadem illinuntur bibunturque adversus scolopendras, et serpentium ictus, drachmis duabus in vini cyathis duobus. Adversus scorpionum ictus cum sale, oleo, et aceto. Item adversus scolopendras ius decocti: adversus omnia venena servantur folia arida, ad farinae modum. Substratum vel accensum fugat etiam scorpiones. Potum feminas purgat a partu: sed partus necat. Ruptis, convulsis, sed parcius: orthopnoicis, torminibus, choleris, efficacissimum: item lumbis, podagris impositum. Succus auribus verminosis instil-

cap. xi, de elephantiasi propellenda: *Mentastri folium potu, appositique salubre est.* Item Marc. Emp. cap. xix: *Mentastri folia commanducata, vel contrita adposita, elephantiosis medentur.* Plinius Val. similiter, II, 57. Hoc ipsum de calamintha referi Diosc. III, 43: Ὠφελεῖ καὶ ἐλεφαντιῶντας βρωθεῖσα, ἐπιπινομένου ὀρροῦ γάλακτος. *Esitata iuvat elephantiacos, si serum lactis superbiberint.* H.

Eadem. Galen. l. c. p. 182. H.

Substratum. Nicander in Ther. pag. 4, et de calamintha Diosc. III, 43. Haad.

Fugat etiam scorpiones. Sic ex MSS. em. Hard. cons. Ch. *fugat scorp.* Gr. et al. Ed. P.

Potum feminas purgat. Galen. loc. cit. et de sua calamintha idem referi Diosc. III, 43. H.

Ruptis. Prioribus verbis praetermissis recepta hactenus lectio id solum exhibuit, *orthopnoicis, torminibus choleris*; lacunam intrepide supplevimus, tum ex fide codicum MSS. Reg. Colb. et vet. Dal. tum ex Diosc. qui easdem calaminthae suae vires adscribit, quas mentastro Plinius. Sic enim ille, lib. III, 43: Βοηθεῖ δὲ καὶ ῥήγμασι, σπάσμασιν, ὀρθοπνόαις, στρόφοις, χολέρᾳ, καὶ ῥίγει. Hard.

Orthopnoicis. Ορθόπνοια morbi genus est, quum quis spirare non valet, nisi recta cervice spiritus trahatur. Asthmaticis prodesse calamintham scribit quoque Galenus, l. c. Harn.

Choleris. Sic ex MSS. em. Hard. cons. Chiffl. *cholericis* Gron. et al. Ed. P.

Item. Ischiadicis pariter calamintham suam prodesse Dioscorides tradidit l. c. Haad.

Succus, etc. Plin. Val. I, 10. Apuleius cap. sc, 1, *Ad aurium vermes: Herbae mentastri succus cum vino austero mixtus, et in auriculam conlectus, vermes natos necare traditur.* Q. Serenus, cap. xiii, pag. 132: *De aurium vitiis succurrendis: Mentastri liquor expressus conducere fertur.* Adde et e Graecis Galenum, loco cit. pag. 183. Vermes minutos, quales in caseis semiputridis inveniuntur, ex auribus prodire, etiam et maiores, exemplis compluribus confirmat Schenckius, Obs. med. I, 192. H.

latur. In regio morbo bibitur. Strumis illinitur. Somnia Veneris inhibet. Tineas pellit ex aceto potum. Contra porriginem ex aceto infunditur capiti in sole.

LIII. Mentae ipsius odor animum excitat, et sapor aviditatem in cibis, ideo embammatum mixturae familiaris. Ipsa acescere, aut coire, denserique lac non patitur. Quare lactis potionibus additur, ne huius coagulati potu strangulentur. Datur in aqua aut mulso: eadem vi resistere generationi creditur, cohibendo genitalia denseri. Aeque maribus ac feminis sistit san-

Morbo. Galen. l. c. et Dioc. III, 53; Schol. Nicandri, p. 8 H.

Strumis. Marc. Emp. cap. xv, pag. 107, cum vino idcirco gargarizari iubet. Hard.

Tineas. Gal. et Diosc. ll. cc. Plinius ipse superius, cap. 50, ubi de nasturtio: *Intestinorum animalia pellit: efficacius mentastro addito.* H.

LIII. *Mentae ipsius odor.* Plin. Val. IV, 20. H.

Ideo embam. Εμβαμμα, iurulentum est, quod ad intinctus paratur: liquidum illud quo panem in vasculis obsoniive aliquid intingimus. H.

Ipsa. Ita Diosc. III, 41. Coire lac, inquit, densarique in caseum non patitur, si folia ei immergantur. Florentinus item in Geop. XII, 24: Εἰ δὲ καὶ εἰς γάλα ἐμβληθῇ, καὶ μετὰ ταῦτα ἡ πιτύα ἐπιβληθῇ, οὐ παγήσεται τὸ γάλα. *In lac si iniiciatur, et coagulum postea immittatur, lac non coagulabitur.* H.

Aut coire, etc. Cassianus quoque, lib. XII, cap. 24 Geoponicon, iniecta menta lacti spissari prohibet, etiamsi coagulum immittatur. Idem rebus Venereis incommodam esse tradit, quemadmodum et Hippocrates, lib. II τῆς διαίτης, et Aristotel. Problemat. II, s. 20, contra quam Dioscorides scripsit τὰ ἀφροδίσια ἐρεθίζειν. Dal.

Denserique lac non. Ita MSS. R. Colb. etc. non *densare*, vel *densari*. Sic Lucretius, l. I, vs. 647: *Nil prodesset enim calidum denserier ignem.* Et vs. 656: *Denseri poterunt ignes.* Hard.

Resistere et generationi creditur. Vulvae ante coitum admota conceptum impedit. Diosc. Idipsum scripsit et Hippocrates lib. II, de diaeta. Dalec.

Genitalia. Hoc est, vel τὰ αἰδοῖα ἐντείνειν, vel densari potius et velut coagulari genitale semen: nam et cap. 84, genitale pro genitura seu semine genitali accipit. Sic Hippocr. de diaeta, lib. II, c. 26: Μίνθη θερμαίνει... καὶ ἢν πολλάκις ἐσθίῃ τις, τὸν σπόρον αὐτοῦ τήκει, ὥστε ῥέειν καὶ ἐντείνειν κωλύει, καὶ τὸ σῶμα ἀσθενὲς ποιεῖ. *Menta calfacit... et si quis saepe comedat, semen genitale colliquefacit, ut diffluat, et arrigere prohibet, et corpus debile facit.* H. — *Denseri.* Sic ex MSS. emendavit Hard. *densari* Gr. et al. Ed. P.

guinem : et purgationes feminarum inhibet : cum amylo ex aqua pota, coeliacorum impetus. Syriation et vo- 2
micas vulvae curavit illa. Iocinerum vitia ternis obolis ex mulso datis. Item sanguinem exscreantibus in sorbitionem. Hulcera in capite infantium mire sanat. Arterias humidas siccat, siccas adstringit. Pituitas corruptas purgat in mulso et aqua. Voci succus sub certamine utilis dumtaxat, qui et gargarizatur uva tumente, adiecta ruta et coriandro ex lacte. Vtilis et contra tonsillas cum alumine: linguae asperae cum melle. Ad convulsa intus per se, vitiisque pulmonis. Singultus et vomitiones sistit cum succo granati, ut 3
Democritus monstrat. Recentis succus narium vitia spiritu subductus emendat. Ipsa trita choleras, in aceto quidem pota. Sanguinis fluxiones intus. Ileum etiam imposita cum polenta : et si mammae tendantur. Illinitur et temporibus in capitis dolore. Sumitur et contra scolopendras, et scorpiones marinos, et ad serpentes. Epiphoris illinitur, et omnibus in capite eruptionibus : item sedis vitiis. Intertrigines quoque,

Cum amylo. Ita fere Q. Serenus, cap. XXVII, pag. 143. H.

Syriation. In MSS. R. et Colb. *Siratione*... *curavit illa.* Medici nomen, vel obstetricis priore vocabulo contineri, haud dubium est : quodnam sit illud, adhuc obscurum. An *Serapion*, de quo nos in Auctorum Indice, tomo priore? Antiochensis medicus scilicet. Inepte nescio quis *Satyriasin* legi hic censuit oportere : voce nec latina, nec Pliniani proinde ingenii. Adde quod si morbi nomen hic latet, quis est, qui *curavit?* H.

Item. Plin. Valer. IV, 23; Diosc. III, 41. HARD.

Hulcera. Apuleius, cap. CXX, III. 2. HARD.

Arterias. Fauces. H.

Voci succus, etc. Musicorum et φωνάσκων. Invsi sulem, quia fluxionem sistit in fauces eunlem, et raucedines efficientem. DAL.

Linguae. Diosc. loc. cit. H.

Singultus. Diosc. III, 41. H.

Cum succo granati. Ternis ramulis potis cum succo granati acidi. Diosc. DALEC.

Et si. Distentas mammas, et nimio lacte turgentes compescit. Diosc. loc. cit. HARD.

Illinitur. Plin. Val. IV, 23; Diosc. loco cit. HARD.

Item. Sedes a medicis pro natibus accipitur, totaque ea parte corporis, super qua sedentes innitimur. H.

vel si teneatur tantum, prohibet. Auribus cum mulso instillatur. Aiunt et lieni mederi eam in horto gustatam, ita ne vellatur: si is qui mordeat, dicat se lieni mederi, per dies IX. Aridae quoque farinam tribus digitis apprehensam, et stomachi dolorem sedare in aqua: et similiter aspersam in potionem, ventris animalia expellere.

LIV. Magna societas cum hac ad recreandos defectos animo pulegio, cum surculis suis in ampullas vitreas aceti utrisque deiectis. Qua de causa dignior e pulegio corona Varroni, quam e rosis, cubiculis nostris pronuntiata est: nam et capitis dolores impo-

Intertrigines. Intertrigo malum est, quo femina equitatu, aliave simili de causa atteruotur, aduruntur. Alias attrita dicuotur. *Intertrigo*, inquit Varro, de Lingua Latina: *Ab eo quod duo inter se trita.* H.

Auribus. Dioscor. III, 41, cum mulsa: Ωταλγίαις δὲ ὁ χυλὸς σὺν μελικράτῳ ἀρήγει. Plin. Valer. similiter, IV, 3. At MSS. *mulso.* H.

Aridae. Haec iisdem verbis Plin. Val. IV, 23. Haan.

Ventris. Hoc est, lumbricos, Plin. Val. et Dioscor. ll. cc. Theod. Prisc. II, P. 2, cap. 17, mentae viridis decoctum io hoc laudat in primis. Haan.

LIV. *Ad recreandos defectos animo pulegio*, etc. Vel solum puleglum naribus admotum cum aceto, defectos animo recreare, auctor est Dioscor. III, 36. Haan.

Vtrisque. Meotae, pulegiique surculis. Haan.

Dignior e pulegio corona Varroni, quam, etc. Sincera haec lectio est R. 2 cod. et Chiffl. Io aliis, *contra vartini.* In editis, *corona vertigini*, legitur satis insulse. Et certe *dignior corona cubiculis* quum dicitur, ad cubiculorum magis ornatum, quam ad remedium vertiginis suggerendum spectat haud dubie haec loquendi formula. Deinde, ne quis temere Varrooem a nobis huc iosertum putet, io ipso huius libri Indice, inter primos appellatur. Et iustum hoc loco ac verum fuit, auctorem eum qui dignlorem e pulegio coronam, quam e rosa prooountiasset, appellasse. Id vero obiter quoque animadvertendum, non pulegium Veteres, sed eatrita littera *g*, *puleium* ubique scripsisse. Mart. XII, ep. XXXII: *Quadrima nigri nec corona puleii.* Haan.

Cubiculis. In quibus, ut oune quoque fit, clavis alligabantur acervi florum et herbarum odoratarum ad medicos usus. Petron. iu Satyr. *mitia sorba Inter odoratas pendebant texta coronas, Et thymbrae veteres, et passis uva racemis.* H.

Nam et capitis dolores imposita dicitur levare. Q. Serenus cap. II, ioter remedia capiti medendo: *vel corno ex arbore sertum, Pulegiumque potens*

sita dicitur levare. Quin et olfactu capita tueri contra frigorum aestusque iniuriam, et ab siti traditur; neque aestuare eos, qui duos e pulegio surculos impositos auribus in sole habeant. Illinitur etiam in do- 2
loribus cum polenta et aceto. Femina efficacior. Est autem haec flore purpureo: mas candidum habet. Nauseas cum sale et polenta in frigida aqua pota inhibet. Sic et pectoris ac ventris dolorem. Stomachi autem ex aqua item rosiones sistit, et vomitiones cum aceto et polenta. Intestinorum vitia melle decocta et nitro sanat. Vrinam pellit ex vino: et si ammineum sit, et calculos, et interiores omnes dolores. Ex melle et aceto sedat menstrua, et secundas. Vulvas conversas corrigit. Defunctos partus eiicit. Semen obmutescen-

una super aure levabis: Aut illud mixto coctum clementer aceto Cauta nare trahes. Sic etiam Apul. c. XCII, tit. 6. HARD.

Quin et olfactu capita tueri contra frigorum aestusque iniuriam, etc. Apul. cap. XCII, tit. 1: *Capiti ne noceat aestus aut frigus: herbam pulegium tecum, aut super aurem, aut sub anulo portato: hoc et hieme tota facies: nec gravedinem senties, nec perfrictionem.* HARD.

Femina efficacior. De hac maris et feminae distinctione nihil Dioscorides. DALEC. — *Femina.* Apul. cap. XCII: *Duo genera eius sunt, masculus et femina. Masculus florem album habet, femina rubrum, sive purpureum: utrumque utile est et mirabile.* H.

Nauseas cum sale et polenta... pota inhibet Marc. Emp. c. XX. Apuleius, c. XCII, t. 3: *Contra nauseam stomachi: Pulegium tritum, vel in aqua maceratum cum aceto potui dabis: nauseam sedas.* Dioscor. III, 36, ad nauseam: μετ' ὀξυκράτου ex posca pulegium bibi praecipit. H.

Stomachi. Sive morsus. Dioscorid. δηγμοὺς στομάχου. H.

Vrinam. Marc. Emp. c. XXVI. Id vero vini genus *puleiatum* a Lampridio appellatur in Elagabalo. Graecis οἶνος γληχωνίτης. H.

Et calculos, et interiores, etc. Apul. cap. XCII, l. 11. H.

Ex melle. Bibitum eiicere menstrua et secundas, scribit pariter Dioscor. loc. cit. HARD.

Vulvas conv. corrigit. Dioscor. lib. III, 36: Πρὸς ὑποστροφὰς ὑστέρας ἁρμόζει. HARD.

Defunctos. Dioscor. loc. cit. Apuleius, c. XLII, tit. 7: *Si infans in utero mulieris mortuus fuerit: pulegii cauliculos tres recentes, qui adolent suaviter, tritos in vino vetere optimo, sextarii quartario da bibat, liberabitur.* HARD.

Semen. Illud nimirum est quod Apuleius aliquanto planius, c. XCII,

tibus olfacto admovetur. Comitialibus in aceto cyathi mensura datur. Si aquae insalubres bibendae sint, tritum aspergitur. Salsitudines corporis, si cum vino tradatur, minuit. Nervorum causa, et in contractione, cum sale et aceto, et melle confricatur in opisthotono. Bibitur ad serpentium ictus decoctum: ad scorpionum et in vino tritum, maxime quod in siccis nascitur. Ad oris exhulcerationes, ad tussim efficax habetur. Flos recentis incensus, pulices necat odore. Xenocrates pulegii ramum lana involutum in tertianis ante accessionem olfactandum dari, aut stragulis subiici, et ita collocari aegrum, inter remedia tradit.

LV. Silvestri ad eadem vis efficacior est, quod simile est origano, minoribus foliis, quam sativum: et a quibusdam dictamnus vocatur. Gustatum a pecore caprisque, balatum concitat. Vnde quidam Graeci

t. 14: *Si mulier obticuerit (nempe in partu): Pulegium contritum et in pulverem redactum lana convolutum subiiciatur ab obstetrice.* H.

Si aquae, etc. Praesertim si pigrae et stagnantes. Dalec.

Salsitudines. Forsan *lassitudines*, rectius. Idcirco enim et tueri capita dicitur, contra aestus, frigorumque iniuriam, quae causae sunt lassitudinum: et idem nervorum contricationi prodesse, quod lassitudinem pariter respicit. H.

Nervorum. Apul. cap. xcii, t. 13: *Contra spasmum: Pulegium in aceti cyathis duobus ieiunus bibat, si spasmus molestus fuerit.* Spasmus nervorum distentio est atque convulsio. Tetanus, eorumdem rigor, auctore Celso II, 1. Opisthotonum spasmum Plinius disit, XXII, 9. De opisthotono diximus cap. 15. Est enim opisthotonos unum e tribus spasmi generibus quae fusius explanaturi sumus l. XXIII, c. 24. H. — *Confricatur in.* Gr. *confricatur opist.* omisso scil. τῷ *in.* Ed. P.

Bibitur. Diosc. III, 36. H.

Ad tussim efficax habetur. Habentis, non *habetur*, in vet. cod. Scribo, *habenti*, h. e. si dumtaxat habeatur, ut saepe alias Plinius. Pint.

Pulices. Atque inde fortassis pulegii nomen. H.

Xenocrates. Apuleius quoque, cap. xcii, t. 6: *Ad tertianas: Pulegii ramulos tres lana involutos odoret ante accessionem.* H.

LV. *Balatum.* Dioscorid. III, 36, iisdem verbis: Καλοῦσι δέ τινες αὐτὴν βλήχωνα, ἐπειδὴ τὰ γευσάμενα κατὰ τὴν ἄνθησιν τῶν ποιμνίων, βληχῆς ὑποπίμπλανται. H.

Mutatá. Sic ex MSS. emend. Hard: *mutantes* Gr. et al. Ed. P.

Vnde quidam Graeci literas mutantes, blechon vocaverunt. Scribo, *Vnde*

littera mutata blechona vocaverunt. Natura tam fervens est, ut illitas partes exhulceret. Tussi in perfrictione fricari ante balnea convenit: et ante accessionum horrorem, convulsis, et torminibus. Podagris mire prodest. Hepaticis cum melle et sale bibendum datur: pulmonum vitia exscreabilia facit. Ad lienem cum sale utile est, et vesicae, et suspiriis, et inflationibus: decoctum succo aequaliter, et vulvas corrigit:

quidam Graeci littera mutata blechonem vocaverunt, ea vetusto codice rectius, una enim tantum littera est, quae mutatur, *g* in *b*; *glechon* enim vulgo dicta, ab aliis *blechon* vocata. Est autem locus ea Dioscoride sumptus: cuius interpretes Hermolaus et Marcellus verba Plinii depravata verbis Dioscoridis immiscentes, quum in graecis exemplaribus non habeantur, haud sane recte fecerunt. Neque enim fidus interpres huiusmodi licentiam sibi assumere debet, perniciosam litteris, et mali exempli, quo nomine a Marcello Hermolaus, et Marcellus ab aliis, nec iniuria, reprehensi sunt. Illud vero notandum, in codicibus Dioscoridis impressis primae et secundae editionis: item in Aetio, lib. I, et Galeno lib. VI de simplicium Facultate, mendose *glichon* cum *i* in prima syllaba scriptum esse, quum scribi debeat cum *e* *glechon*, aeque habeat Paulus Aegineta pergamena charta scriptus et vetus, lib. VII, et Oribasius lib. II, etiam scriptus, qui utroque utor domesticis. Theophrast. item *glechon* nominat cum *e*, in lib. VII, quam dictionem cur Theodorus intactam reliquerit nescio, quum in aliis vertendis sit plus nimio audax; denique et Marcellus, et Hermolaus tam in Dioscoride, quam in Corollario, et docti omnes non aliter proferunt. Pint. — *Vnde.* Hesychius: Βλήχων, γλήχων, καὶ οὕτως λέγεται. Apuleius quoque cap. xcii, ἀπὸ τῆς βληχῆς, quae vox balatum sonat. H.

Tussi. Eos, inquit, qui tussi laborant, quam ea perfrictione collegerint, ut Marcellus Emp. loquitur, c. xvi, pag. 115, silvestri pulegio fricari ante balnea convenit. Perfrictio Graecis περίψυξις vehemens frigus est (a *perfrigesco*), qualis affectio illa est febre laborantium, quae praecedit horrorem, id est, φρίκην. Hoc frigore pars aliqua una tantum corporis laborat, quo et rigescit, torpescitque: unde κατεψυγμένη καὶ παράφορος γλῶσσα rigens et balbutiens lingua dicitur. Haao.

Convulsis. Convulsis, τοῖς σπωμένοις, cum melle et sale auxiliari ait Dioscor. III, 36. H.

Podagris. Dioscor. loc. cit. H.

Pulmonum Cum melle item et sale, Dioscor. loc. citat. Vide et Galen. de Fac. simpl. med VI, p. 167. H.

Ad lienem. Diosc. l. c. Ea aceto propinat Apuleius ad splenis dolorem, c. xcii, tit. 17. Haao.

Et inflationibus. Apul. c. xcii, tit. 15, ad inflationem stomachi, vel intestinorum: *Pulegium ex aqua calida contritum, vel ex vino, vel per se dato: rem miraberis illico.* H.

Decoctum. Decoctum aequaliter

et contra scolopendram terrestrem vel marinam : item scorpiones: privatimque valet contra hominis morsum. Radix contra increscentia hulcera recens potentissima. Arida vero cicatricibus decorem affert.

LVI. Item pulegio est nepetaeque societas. Decocta enim in aqua ad tertias discutiunt frigora, mulierumque menstruis prosunt. Et aestate sedant calores. Nepeta quoque vires contrá serpentes habet. Fumum ex ea nidoremque fugiunt, quam et substernere in metu obdormituris utile est. Tusa aegilopiis imponitur, et capitis doloribus recens cum tertia parte panis temperata aceto illinitur. Succus eius instillatus naribus supinis, profluvium sanguinis sistit. Item radix, quae cum mirti semine in passo tepido gargarizata anginis medetur.

prodest succo, et simul vulvas corrigit. H. — *Inflationibus: decoctum*, etc. Dalec. *inflationibus decoctum. Succus*. etc. Ed. P.

Vulvas. Conversas scilicet, ut dictum est c. 51. Ad inflationes praeterea duritiamque vulvae egregie facere scribit Diosc. l. c. H.

Increscentia hulcera. In quibus scilicet caro supra modum eacrescit. D.

LVI. *Discutiunt*. Quae febrium horrorem anteverlunt. H.

Frigora. Quae accessionum febrilium principiis invadunt. Dal.

Menstruis, etc. Eam vim pulegio vel soli Q. Serenus vindicat, c. xxxv: *Pulegii calido purgatur femina potu*. Haad.

Nepeta. Apuleius, c. xciv: *Morsibus serpentum curandis: Herbae nepitae montanae ex vino tritae succus expressus cum vino potui datur: cuius etiam folia contrita plagae utiliter imponuntur*. Est haec fortassis Dioscoridis καλαμίνθη. Haad.

In metu. In eo loco obdormituris, in quo serpentes metuendae. H. — Chiffl. *in metu eo dorm*. Ed. P.

Tusa. Αἰγιλωψ oculi vitium est, quod in angulo oculi, qui est ad nares, fieri omnes testantur: esseque tumentem abscessum, qui in ea parte suppuret, et fistulae modo distillet. Nostri *Fistule lacrymale* ex ea re vocant: Graeci αἰγιλωπας et τὰ αἰγιλώπια, quae vox oculum caprinum sonat, a vitio scilicet et labe, quae capris fere propria est et continua. Vide Cels. VII, 7. H.

Succus. Qui et narium morbis medetur, si Theod. Priscianum audimus. *Naribus vero specialiter sic medeberis*, inquit ille, I, 11, de narium morbis: *succum nepitae, quam Graeci calaminthen vocant, frequenter infunde: aut eiusdem siccatae et contusae pulverem per canalem exsufflato*. H.

LVII. Cuminum silvestre est praetenue, quaternis aut quinis foliis veluti serratis. Sed et sativo magnus usus, in stomachi praecipue remediis. Discutit pituitas, et inflationes, tritum et cum pane sumptum, vel potum ex aqua vinoque: tormina quoque et intestinorum dolores. Verumtamen omne pallorem bibentibus gignit. Ita certe ferunt Porcii Latronis clari inter magistros dicendi, adsectatores, similitudinem coloris studiis contracti imitatos: et paulo ante Iulium Vindicem adsertorem illum a Nerone libertatis, captatione testamenti sic lenocinatum. Narium sangui-

LVII. *Cuminum.* Haec totidem verbis interpres Oribasii, XI, fol. 102, post Diosc. III, 69. H.

In stom. Marc. Emp. c. XX: *Cuminum teres, et vino mixtum dabis bibendum ieiuno, si non febricitabit: si febricitabit, ex aqua tritum dabis: continuo emendabis stomachi dolorem.* Apud Diosc. III, 68, εὔστομον hodie legitur, hoc est, ori gratum, forte pro εὐστόμαχον. Nam silvestre cuminum, c. 69, ad stomachi imbecillitatem levandam in primis laudatur. Haan.

Discutit. Crassiores humores ac pituitosos, per alvum et urinas educit: eosdem a capite evocat. H.

Pituitas. Vaporosos et crassos spiritus e pituita genitos. Pint.

Et inflationes. Haec deinceps iisdem verbis Diosc. tum de cumiun sativo, tum de silvestri, III, 68 et 69. Haan.

Tormina. Diosc. l. c. Q. Serenus, c. XXVII, de ventris dolore mitigando: *Quin etiam ex lymphis, tritum potare cuminum Conveniet, quod iam nobis documenta probarunt.* H.

Pallorem. Vnde cuminum pallens Q. Sereno, c. XIV, et Persio, Sat. V. Es sangue cuminum, Horatin, I, ep. 20. Et hoc pariter notat Diosc. loc. c. Haan.

Porcii. M. Porcius Latro, genere Hispanus, primus clari nominis professor, ut auctor est Quintilianus, X, 5. Hunc Seneca pater in Praef. Contr. tam egregie commendat, ut egregiis declamatoribus, qui Augusti saeculum illustrarunt, praeripuisse gloriam videatur H.

Iulium. Qui primus adversus Neronem conspiravit: natione Gallus, stirpe regia, ordinis senatorii. Vide Dion. lib. LXIII, p. 724. H.

Adsertorem illum. Is quum Gallias pro praetore regeret, a Nerone primus omnium, qui exercitibus praeerant, defecit. Suetonius in Ner. Dal.

Captatione testamenti. In captatione testamenti (quum eius testamentum, ac hereditatem Nero captaret) sic lenocinatum fuisse, Neronis cupiditati et voluptati obsequutum, ut eius amicitia et benevolentia summos honorum gradus consequeretur, dum pallido colore simularet adversa valetudine se premi, qua brevi periret. Dal.

Narium sanguinem, etc. Diosc. III, 68. Hard.

nem pastillis inditum vel ex aceto recens sistit: et oculorum epiphoris per se impositum, tumentibus cum melle prodest. Infantibus imponi in ventre satis est. Morbo regio in vino albo a balineis datur. (XV.) Aethiopicum maxime in posca, et in ligmate cum melle. Africano paulatim urinae incontinentiam cohiberi putant. Sativum datur ad iocineris vitia tostum tritum in aceto: item ad vertiginem. Iis vero quos acrior urina mordeat, in dulci tritum vino. Ad vulvarum vitia in vino: praeterque impositis vellere foliis: testium tumoribus, tostum, tritumque cum
3 melle, aut cum rosaceo et cera. Silvestre ad omnia eadem efficacius. Praeterea ad serpentes cum oleo,

Et oculorum. Ex Dioscoride, *testiculorum epiphoris*, hoc est, inflammationibus reponere Dalecampius omni ope nititur: vocemque *tumentibus*, quae mox sequitur, de hernia nescio qua flatuosa accipit: qua in re vereor magnopere, ut suffragatores habeat medicae rei magistrns Nos qui nihil astutius meditamur, pertinacem omnium codicum consensionem sequuti de oculorum epiphoris, ac tumore accipimus: quum praesertim de testium tumore mox ex ipso cumino medicina praescribatur, quam proinde hoc loco ante delibare, non fuit operae pretium. H.

Tumentibus. Oculis. Quem morbum ita Serenus expressit, c. XIV: *Si tumor infestat, rufos et gliscit in orbes:* vel ut alii libri habent: *Si tumor insolitus typho se tollat inani, Turgentes oculos vili circumline coeno.* H.

Morbo. Plin. Valer. lib. II, cap. 59, ad verbum. H.

Aethiopicum maxime in posca illinitur. Aliter in nostro exemplari: *His Aethiopicum maxime in posca et in ligmate*, etc. Scribo: *et in eclignate.* Pint.

In ligmate Vel, ut alii, in eclignate. Ἐκλειγμα arteriaca compositio est, quae linctu absumitur, non vorando, ut catapotia. Vulgo electuaria vocant. Τὰ ἐκλείγματα, quae ori apposita sensim liquefiunt, ac deinde deglutiuntur; a λείχειν, hoc est, lingendo. H.

Incontinentiam. Ἀκράτειαν. Nec de hac facultate Dioscorides quidquam prodidit, nec de cumino africano. Dalec

In dulci primum vino. Τῷ γλυκεῖ, vino passo. Dal.

In vino. Ore sumptum. Dal.

Testium. Testium inflammationibus auxiliari Dioscorides ait, cum uva passa et fabarum lomento, vel cum cerato impositum: Διδύμων δὲ φλεγμονὰς ἀρήγει σὺν σταφίδι, καὶ ἐρεγμίνῳ ἀλεύρῳ ἢ κηρωτῇ ἐπιτεθέν. Th. Prisc. lib. I, cap. 24: *Fervores testium, vel indignationes, cuminum cum melle et oleo tritum, et appositum curat.* H.

ad scorpiones, ad scolopendras. Sistit et vomitionem nauseasque ex vino, quantum apprehenderint tres digiti. Propter colum quoque bibitur illiniturque, vel penicillis fervens adprimitur fasciis. Strangulationes vulvae potum in vino aperit, tribus drachmis in tribus cyathis vini. Auribus instillatur ad sonitus atque tinnitus cum sebo vitulino vel melle. Suggillatis illinitur cum melle, et uva passa, et aceto. Lentigini nigrae ex aceto.

LVIII. Est cumino simillimum, quod Graeci vocant ammi. Quidam vero Aethiopicum cuminum id esse existimant. Hippocrates regium appellat, videlicet, quia efficacius Aegyptio iudicavit. Plerique alte-

Sistit et vomitionem, etc. Singulari et stomacho fluctuantis humoris copia exsoluto confert. Diosc.

Vel penicillis fervens, etc. Hoc est, linteolis concerptis fervens cuminum imponitur, deinde fasciarum ope venteri adprimitur. H.

Auribus. Marcell. Empiric. cap. IX: *Cuminum silvestre contritum, et succo rutae immixtum, instillatumque auriculae, dolorem lenit: ventos quoque interius sonantes removet, atque omne vitium potenter emendat.* H.

Suggillatis. Dioscor. lib. III, c. 9: Αἴρει δὲ καὶ ὑπώπια μασσηθὲν, καὶ καταπλασθὲν σὺν μέλιτι καὶ σταφίδι. Hard.

Lentigini. Th. Prisc. lib. I, cap. 32: *Sunt quibus certis ex accidentibus maculae in corporibus frequentius inhaeserunt. Sunt nigrae, sunt albae, velut elephantiasim adnunciantes. .. Cuminum cum aceto tritum saepe profuit.* Hard.

LVIII. *Est cumino simillimum* Haec totidem verbis interpres Oribasii, lib. XI, pag. 189, post Diosc. lib. III, c. 70. Ammi vulgare a Dodonaeo pingitur, p. 299, quo officinae passim utuntur. H.

Quidam. Diosc. l. c. Ἄμμι ἔνιοι καὶ τοῦτο Αἰθιοπικόν, etc. H.

Hippocrates. Κύμινον Αἰθιοπικὸν Ἱπποκράτης βασιλικὸν ἐκάλεσε. Dioscorides, lib. III, c. 68. H.

Regium appellat. Quae regum imperio paret. Probabilius est sic dictum per ἀντονομασίαν, quasi regia mensa dignum esset. Dalec.

Efficacius. In libris hactenus editis, *quia efficacius in Aegypto iudicavit*. Quid porro istud rei est? Idcirco cuminum Aethiopicum Hippocrates regium appellaverit, quoniam illud in Aegypto efficacius iudicarit? An cohaerent ista inter se satis ope? In MSS. Reg. Colb. etc. *quia efficacius Aegypto iudicavit:* nos ex indubitata (Pintiani) coniectura *Aegyptio* reponimus: cui post Aethiopicum Dioscorides pariter III, 68, secundas partes ac vires adsignat: Κύμινον τὸ ἥμερον εὔστομον· καὶ τούτου μᾶλλον τὸ Αἰθιοπικὸν ὅπερ Ἱπποκράτης βασι-

rius naturae in totum putant, quoniam sit exilius et candidius. Similis autem et huic usus: namque et panibus Alexandrinis subiicitur, et condimentis inter-
2 ponitur. Inflationes et tormina discutit. Vrinas et menstrua ciet. Suggillata et oculorum epiphoras mitigat. Cum lini semine scorpionum ictus in vino potum drachmis duabus, privatimque cerastarum, cum pari portione myrrhae. Colorem quoque bibentium similiter mutat in pallorem. Suffitum cum uva passa et resina, vulvam purgat. Tradunt facilius concipere eas, quae odorentur id per coitum.

LIX. De cappari satis diximus inter peregrinos frutices. Non utendum transmarino: innocentius Italicum est. Ferunt, eos qui quotidie id edunt, paralysi non periclitari, nec lienis doloribus. Radix eius vitiligines albas tollit, si trita in sole fricentur. Splenicis prodest in vino potus radicis cortex duabus

λιχὸν ἐκάλεσε· δεύτερον τὸ Αἰγύπτιον, etc. Hard.

Plerique. Diosc. loc. cit. H.

Tormina. Diosc. loc. cit. H.

Vrinas. Diosc. loc. cit. H.

Suggillata. Diosc. loc. citat. Καὶ ὑπώπια καταπλασθὲν σὺν μέλιτι αἴρει, Hard.

Scorpionum. Omnium venenatorum morsibus opitulatur ex vino, scribit Diosc. loc. cit. Hard.

Colorem. Et potu, et illitu similiter colorem pallidiorem efficere, ut cuminum, Dioscor. etiam auctor est loc. cit. Hard.

LIX. *De cappari.* Lib. XIII, cap. 44. Hard.

Non utendum. Africano scilicet eo praesertim quod apud Marmaridas nascitur, vel quod ex Arabia et rubro mari defertur: nam id in ore pustulas excitat; et gingivas osse lenus exedit, etc. Vide Dioscorid. lib. II, cap. 204; Galenum de Fac. simpl. med. lib. VII, p. 185. H.

Radix. Dioscorid. loc. citat. Ἀλφούς τε λευκοὺς ἀποσμήχει σὺν ὄξει λεῖα. *cum aceto trita lentigines albas tollit.* Sic etiam Galen. de Fac. simpl. med. l. VII, p. 184. H.

Splenicis. Marcell. Empiricus, cap. XXIII. Plin. Val. lib. II, c. 18: *Corticis ex radice capparum cochlear plenum teres, et dabis bibere cum aqua calida, addens, si volueris, permodicum acetum: hoeque per triduum facies, et sanus eris.* Aliter Celsus, lib. IV, c. 9, de lienis morbo: *Multis modis huic rei cappari aptum est. Nam et ipsum cum cibo assumere, et muriam eius cum aceto sorbere commodum est. Quin etiam extrinsecus radicem contritam, vel corticem eius cum furfuribus, aut ipsum cappari*

drachmis, dempto balinearum usu: feruntque xxxv diebus per urinam et alvum totum lienem emitti. Bibitur in lumborum doloribus, ac paralysi. Dentium dolores sedat tritum ex aceto semen decoctum, vel manducata radix. Infunditur et aurium dolori decoctum oleo. Hulcera quae phagedaenas vocant, folia et radix recens cum melle sanant. Sic et strumas discutit radix: parotidas, vermiculosque cocta in aqua. Iocineris quoque malis medetur. Dant et ad taenias in aceto et melle. Oris exhulcerationes in aceto decocta tollit: stomacho inutile esse inter auctores convenit.

LX. Ligusticum (aliqui panacem vocant) stoma-

cum melle contritum imponere expedit. H. — *Splenicis.* Hic, ut alias semper, Gron. et al. *spleneticis.* Ed. P.

Dempto balinearum usu. Ne spleneticl medicamenti vim ab interioribus visceribus ad externas partes evocent, et sic prorsus impediant. Dalec.

Ferunt. Dioscorid. loc. cit. post dies xl. Galen. loc. cit. spatium dierum nullum assignat. H.

XXXV diebus. Quadraginta diebus lienem absumi, cruentasque urinas reddi, et alvi purgamenta docet Diosc. Dal.

Bibitur. Dioscorid. loc. cit. H.

Dentium dol. sedat tritum, etc. Dioscorid. et Galen. ll. cc. H.

Infunditur. Dioscorides', loc. cit. Σκώληκάς τε τοὺς ἐν ὠσὶν ὁ χυλὸς ἐγχυματισθεὶς κτείνει. *Aurium vermiculos infusus succus enecat.* Sic etiam Galen. l. c. p. 185. H.

Hulcera. Dioscor. et Galen. ll. cc. Harn.

Sic et strumas. Galenus', καὶ χοιράδας διαφορεῖ, loc. cit. pag. 181. Si et Diosc. loc. cit. Struma, inquit Celsus, lib. V, c. 28, tumor est in quo subter concreta quaedam ex pure et sanguine, quasi glandulae oriuntur. Latini etiam scrofulas appellant, vulgo *les écrouelles.* Celsus eas maxime in cervice ait oriri, sed in aliis etiam partibus, inguinibus, lateribusque et mammis feminarum. H.

Parotidas. Th. Prisc. lib. I, cap. 8 de parotidibus: *Capparis corticem in aqua elixa: et cum vino commisces, et cataplasma facies.* H.

Vermiculosque. Aurium scilicet, de quibus dictum est proxime. H.—Vel. *auriumque verm.* Ed. P.

Stomacho. Κακοστόμαχον et eandem et fructum perinde esse, auctor est Dioscorid. loc. cit. H.

LX. *Panacem vocant.* Nec abs re, quia panaci Heracleotico, radice, caule, viribus simile est. Dioscorid. Dal. —*Aliqui.* Vi dictum est lib. XIX, cap. 50. Harn.

Stomacho. Ita MSS. omnes et Parmensis editio. Diosc. lib. III, cap. 58: de ligustico: Ἱκανῶς δὲ εὐστόμαχόν ἐστιν, etc. In libris editis perperam

cho utile est. Item convulsionibus et inflationibus. Sunt et qui cunilam bubulam appellaverint, ut diximus, falso.

LXI. (XVI.) Cunilae praeter sativa plura sunt in medicina genera. Quae bubula appellatur, semen pulegii habet, utile ad vulnera commanducatum impositumque, ut quinto post die solvatur. Et contra serpentes in vino bibitur, ac tritum plagae imponitur. Vulnera ab iis facta perfricantur. Item testudines cum serpentibus pugnaturae hac se muniunt; quidamque in hoc usu panaceam vocant. Sedat et tumores, et virilium mala, sicca, vel foliis tritis; in omni usu mire congruens ex vino.

ad hunc diem, *inutile*, uti et ex sequentibus liquet. H.

Et inflationibus. Subintellige, utile est. Dioscorides, loc. cit. Δύναμις καὶ τοῦ σπέρματος καὶ τῆς ῥίζης, ἁρμόζουσα πρὸς ἐμπνευματώσεις, καὶ μάλιστα τὰς περὶ τοῦ στόμαχου, etc. Sic etiam Galenus de Fac. simpl. med. VII, lib. p. 203, ἄφυσον ait esse, hoc est, flatus exstinguere. H.

Sunt et qui, etc. Cratevas ligusticum nomine cunilae bubulae vocandum censuit, et falso, quoniam cunila bubula origanum silvestre est. Dalec.

Ut diximus. Lib. scil. supr. cap. 50. Hardo

LXI. *Cunilae praeter*, etc. Cunila sativa, satureia hortensis. Cunila montana, satureia silvestris. Cunila gallicana, origanum Heracleoticum. Cunila bubula, origanum silvestre. Cunilago, conyza. Cratevas ligusticum, quod et panacem dicunt, falso cunilam bubulam vocavit supra lib. XIX, c. 8, circa finem. Hac sic distinguendae sunt appellationes. Cum historia cunilae bubulae polycnemi descriptionem auctor confundit, quam fusius deinde repetit, lib. XXVI, cap. 14. Cunila capitata, XXXII, 10. Polycnemum, Sereno cephalote. Diosc. Dal.

Quae. Cunila haec bubula, uti indicavimus, lib. VIII, cap. 41, origanum silvestre est, quod ab aliis Heraclei panacis, ab aliis, quos inter Nicander est, teste Dioscoride, lib. III, cap 34, cunilae nomen accepit. Exstat adhuc certe Nicandri carmen in Ther. p. 44: Πανάκτειάν τε κονέλην, Ἣν τε καὶ Ἡράκλειον ὀρείγανον ἀμφιτέπουσι. *Nam panactea conila, Quam quidam Heracleon origanon indigitarunt.* Vulgo *origan.* Accurate a Lobelio pingitur, in Obss. p. 263, a quo agrioriganon sive onitis maior vocatur. Vidimus in Horto Regio. Est origanon vulgare Matthioli in Dioscoridem, lib. III, p. 701. H.

Et contra serpentes. Contra venenatorum morsus. Dioscorid. loc. cit. Hardo.

Testudines cum serpentibus. Plutar-

LXII. Est alia cunila, gallinacea appellata nostris, Graecis origanum Heracleoticum. Prodest oculis trita addito sale. Tussim quoque emendat, et iocinerum vitia. Laterum dolores cum farina, oleo et aceto in sorbitionem temperata. Praecipue vero serpentium morsus.

LXIII. Tertium genus est eius, quae a Graecis mascula, a nostris cunilago vocatur, odoris foedi, radicis lignosae, folio aspero. Vires eius vehementissimas in omnibus generibus earum tradunt. Manipulo quoque eius abiecto, omnes e tota domo blattas convenire ad eam. Privatim adversus scorpiones ex posca pollere. Tribus foliis ex oleo peruncto homine, fugari serpentes.

LXIV. E contrario quae mollis vocatur, pilosioribus foliis ac ramis aculeatis, trita mellis odorem ha-

cbus, lib. de solertia Animal. Aristot. Hist. Anim. lib. IX. Dal. — *Item.* Id iam antea indicatum l. VIII, cap. 41. H. — *In hoc usu.* Vet. apud Dal. *ob hunc usum.* Gron. et al. *in hunc usum.* Ed. P.

LXII. *Est alia cunila.* Apul. cap. cxxii: *Origanum a Graecis Heracleoticum... Latini cunilam Gallam* (lege ex Plinio, *gallinaceam*, sic enim MSS. omnes) *et origanum nominant.* Dioscorides, lib. III, cap. 32: Ὀρίγανος Ἡρακλεωτικὴ, οἱ δὲ κονίλην καλοῦσι, φύλλον ἔχει ἐμφερὲς ὑσσώπῳ, etc. Delineatum accurate a Matthiolo in Dioscorid. lib. III, p. 699, quale nos vidimus. De eo rursum Plinius, l. XXV, c. 12. H.

Tussim quoque emendat. Diosc. lib. III, cap. 82, cum melle delingi ad tussim iubet. Apuleius, loc. cit. *Tussi medendo: Herbam origanum commanducet,* etc. H.

Praecipue. Diosc. loc. cit. H.

LXIII. *Tertium.* Haec conyza mascula est, de qua rursum dicetur lib. XXI, cap. 32. Eadem conyza maior Dioscorid. lib. III, cap. 136, cuius iconem Lobelius exhibet in Advv. c. 146; qualem nos in Horto Regio vidimus. Hard.

Odoris. Βαρύοσμος. Dioscorid. loc. cit. Hard.

In omnibus. Sive mascula sit, sive femina; sive silvestris, sive sativa. Hard.

Manipulo. Substratu, suffituque venenatas fugare bestias, abigere culices, pulices necare, tradit Dioscorid. lib. III, cap. 136. H.

Blattas. Culices abigit, pulices necat. Diosc. Dalec.

Tribus. Folia serpentium morsibus imponuntur utiliter, inquit Diosc. loc. cit. Hard.

LXIV. *E contrario.* Eadem conyza

bei, digitis tactu eius cohaerescentibus. Altera thuris, quam libanotidem appellamus. Medetur utraque contra serpentes ex vino vel aceto. Pulices etiam contritae cum aqua sparsae necant.

LXV. Sativa quoque suos usus habet. Succus eius cum rosaceo auriculas iuvat. Ipsa ad ictus bibitur. Fit ex ea montana, serpyllo similis, efficax contra serpentes. Vrinam movet: purgat et a partu mulieres. Concoctionem mire adiuvat, et ad cibos aviditatem utraque, vel in cruditate ieiunis in potione aspersa. Luxatis quoque utilis. Contra vesparum et similes ictus, ex farina hordeacea et posca, utilissima. Libanotidis alia genera suis dicentur locis.

femina Theophrast. Hist. lib. VI, cap. 2. Conyza minor, Diosc. loc. cit. a Lobelio picta accurate in Advv. pag. 416. Visa a nobis in Horto Regio. H.

Altera. Altera conyza, inquit, hoc est, mascula, thuria odorem habet: quapropter et ipsa libanotis appellatur, quanquam id nomen et aliae plantae verius sortiuntur. Plinius ipse lib. XXI, cap. 32: *Folia feminae mellis odorem habent. Masculae radix a quibusdam libanotis appellatur, de qua diximus*, hoc nimirum loco. H.

Quam libanotidem appellavimus. Nihil horum Dioscorides in historia tertiae conyzae. Plinius inscienter miscet haec omnia. Dalec.

Medetur. Diosc. loc. cit. H.

Pulices. Dioscorid. loc. cit. ut paulo antea diximus. Democritus in Geop. lib. XIII, cap. 11, p. 380, ubi de culicibus necandis, περὶ κωνώπων. Φεύξονται δέ, εἰ κόνυζαν ἕψησεις, καὶ τῷ ζέματι ῥανεῖς τὴν οἰκίαν. *Fugient, si conyzam decoxeris, decoctoque domum resperseris.* Et cap. 15 de pulicibus, πρὸς ψύλλας pag. 374, necari hos ait, κονύζης ἑψηθείσης, τοῦ ζέματος ἐπιῤῥαινομένου. H.

LXV. *Sativa.* Nempe cunila: nam ut dictum est initio cap. 61, caetera genera hactenus, praeter sativam, descripta sunt. Haec est quam θύμβραν aliqui, rectius alii cunilam nostram et satureiam vocarunt, ut diximus lib. XIX, cap. 50. H.

Fit et ex ea montana. De Heraeleotico id Dioscorides. Dal. — *Fit ex ea montana.* Satureia montana, quae thymbra Dodonaei p. 287, visa a nobis in Horto Regio. H.

Vrinam. Diosc. loc. cit. H.

Libanotidis. Aliarum herbarum quibus est libanotidis nomen pariter inditum, genera viresque suis locis dicentur: nempe lib. XXIV, c. 59, ubi rosmarinum tractabitur, quod alio nomine libanotidem appellari dictum est superiore lib. cap. ultim. ac genera quidem illius duo afferentur. H. — *Suis dicentur locis.* De libanotide iam tractavit lib. XIX, c. 42 et ultim. Dal.

LXVI. (XVII.) Piperitis, quam et siliquastrum appellavimus, contra morbos comitiales bibitur. Castor et aliter demonstrabat, caule rubro et longo, densis geniculis, foliis lauri, semine albo, tenui, gustu piperis, utilem gingivis, dentibus, oris suavitati, et ructibus.

LXVII. Origanum quod in sapore cunilam aemulatur, ut diximus, plura genera in medicina habet: onitin vel prasion appellant, non dissimile hyssopo. Privatim eius usus contra rosiones stomachi in tepida aqua, et contra cruditates: contra araneos scorpionesque in vino albo: luxata et incussa in aceto, et oleo, et lana.

LXVI. *Appellavimus.* L. XIX, cap. 62. Illud est quod piper Indicum appellant vulgo, quod quidem quadrigemino genere a Dodonaeo pingitur, sub nomine Capsici p. 704, 705, nempe oblongioribus, recurvis, latis, minimisque siliquis. Nostris, *poivre d'Indie.* H.

Castor et aliter demonstrabat. Vt intelligamus alterum piperitidis genus. Galen. — *Castor.* Alterum intelligi vult piperitidis genus a Castore descriptum. H.

Densis geniculis. Haec est lepidium. Dal.

LXVII. *Origanum.* « Origanum, ut disimus, plura genera in medicina habet: onitin, quod sapore cunilam aemulatur, non dissimile hyssopo, et quod prasion appellant. Privatim, etc. » Ex Dioscoride Plinius prasion, quod est secundum tragorigani genus, confundit cum origani speciebus. Dal. — *Origanum*, sive satureiam. H. — *Quod in sapore.* Vet. apud Dal. *quod sapore*, omisso τῷ *in.* Ed. P.

Vt diximus. Lib. XIX, cap. 50. H.

Onitin. Diosc. lib. III, c. 33: Ἡ δὲ ὀνῖτις καλουμένη, λευκοτέρα τοῖς φύλλοις ἐστὶ, καὶ μᾶλλον ἐοικυῖα ὑσσώπῳ, etc. Sic etiam interpres Oribasii lib. XII, fol. 209. Galeno de Fac. simpl. med. lib. VII, p. 215, ὀνῖτις scribitur. Marcell. Empiric. c. xxx, p. 212, *Cunila, quam Graeci onitim vocant.* Id ei nomen inditum, quod ab asinis praecipue expetatur: Schol. Nicand. Ονίτιδα λέγει, ὅπερ οἱ ὄνοι ἐσθίουσι. Πράσιον a viridi foliorum colore. Vidimus in Horto Regio. H.

Privatim. Plin. Val. lib. IV, pag. 36, de origano: *Ex vino albo tritum, et in potione sumptum, scorpionum et araneorum venenis resistit: cruditates discutit: morsus stomachi ex aqua calida datum lenit.* H.

Contra araneas scorpionesque in vino albo. Dele dictionem *contra* ex apographo nostro, ne repetatur inutiliter. Pint.

Luxata et incussa, etc. Plin. Val. loc. cit. H.

LXVIII. Tragoriganum similius est serpyllo silvestri. Vrinam ciet, tumores discutit, contra viscum potum, viperaeque ictum efficacissimum, stomachoque acida ructanti, et praecordiis. Tussientibus quoque cum melle datur, et pleuriticis, et peripneumonicis.

LXIX. Heraclium quoque tria genera habet: nigrius, latioribus foliis, glutinosum. Alterum exilioribus, mollius; sampsucho non dissimile, quod aliqui prasion vocare malunt. Tertium est inter haec medium, minus quam caetera efficax. Optimum autem Creticum: nam et iucunde olet. Proximum Smyr-

LXVIII. *Tragoriganum similius est serpyllo silvestri.* Dioscorid. lib. III, cap. 35: Τραγορίγανος θαμνίσκος ἐστὶν ὀριγάνῳ ἢ ἑρπύλλῳ ἀγρίῳ τὰ φύλλα καὶ τὰ κλωνία. Ab hircis, quibus gratum illud pabulum est, nomen habere, ut ab asinis onitin, auctor scholiastes Nicandri. Est thymbra legitima Clusii, quam ille pinxit, Hist. rar. Plant. l. III, p. 358; nos in Horto Regio observavimus. H.

Vrinam ciet, tumores discutit. Dioscor. loc. cit. H.

Contra. Hoc est, contra ἰξίαν, ut diximus cap. 51. Dioscorid. loc. cit. Nicander in Alexiph. p 151, tragoriganum valere ait contra ἰξιόεν οὐλοφόνον. H.

Stomachoque. Dioscorid. loc. cit. Τοῖς κακοστομάχοις, καὶ ὀξυρεγμιῶσι δίδοται, καὶ ἐφ' ὧν ἁλυσμός, καὶ ναυτία, καὶ θέρμη ὑποχονδρίων παρακολουθεῖ. *Stomacho male affectis, et acida ructantibus exhibetur, et iis quos qualis ex maris agitatione anxietas, nausea, et praecordiorum aestus comitantur.* H.

Praecordiis. Aestuantibus a marina lactatione. Dioscor. Dalec.

Tussientibus quoque cum melle. Dioscorid. loc. cit. H.

Et piripneumonicis. Dioscor. Βησί τε καὶ περιπνευμονίαις σὺν μέλιτι ἐν ἐκλειχτῷ δίδοται, in ecligmate. H.

LXIX. *Heraclium.* Sic in Indice huius loci: *De origano Heraclio: Genera tria.* Illud ipsum quod Heracleoticum appellatum est c. 62, hoc tragorigani genus quoddam laetius Dioscorides appellat lib. III, cap. 35. Hard.

Alterum. Alterum tragorigani genus apud Dioscoridem loc. cit. H δέ τις τραγορίγανος λεπτόκαρπος, καὶ λεπτόφυλλος, ἣν καὶ πράσιον ἔνιοι καλοῦσιν. Hard.

Sampsucho. Hyssopo. Diosc.

Prasion. Sive oniten. Diosc.

Tertium est inter haec medium, etc. Silvestre. Diosc.

Optimum. Dioscorid. loc. cit. Ἀρίστη δὲ ἡ Κιλίκιος, καὶ ἡ ἐν Κῷ, καὶ Χίῳ, καὶ Σμύρνῃ, καὶ Κρήτῃ. H.

Proximum Smyrnaeum. Deinde Heracleoticum ad potum utilius. In vet. cod. *Proxim. Zmyrnium odorius. Heracleoticum ad potum utilius.* Legend. videtur *odoratius*, non odo-

naeum, odorius. Heracleoticum, ad potum utilius, quod onitin vocant. Communis autem usus serpentes 2
fugare, percussis esui dare decoctum, potu urinam ciere, ruptis, convulsis mederi cum panacis radice, hydropicis cum fico, aut cum hyssopo, acetabuli mensuris decoctum ad sextam. Item ad scabiem, pruriginem, psoras, in descensione balinearum. Succus auribus infunditur cum lacte. Tonsillis quoque et uvis medetur, et capitis hulceribus. Venena opii et gypsi 3
exstinguit decoctum, si cum cinere in vino bibatur. Alvum mollit acetabuli mensura. Suggillatis illinitur:

rius. Pint. — *Smyrnaeum.* Ita MSS. Reg. 2, Colbert. 2, Chifflet. etc. ut sit sententia, iucundius Smyrnaeum origanum olere, quam Creticum. Sunt qui *Smyrnium* legant, falso: quanquam esse percommode hic possit videri σμύρνιον, sive σμυρνέιον a σμύρνα, hoc est, a myrrha. Est autem *odorius* ab *odorus*, quae vox quum saepius in absoluto gradu apud idoneos latinitatis auctores occurrat, tum vero est in comparativo infrequens. H. — *Proximum*, etc. Gron. et al. ante Hard. *prox. Smyrnaeum. Deinde Herac.* Eo. P.

Heracleoticum. Ex Heraclea Cretae. Dal.

Quod onitin. Hoc est, eo quod onitin vocant. Sincerius, credo, legas, *eo quod onitin vocant*: vel *quam quod onitin vocant.* Discrepat enim onitis, de quo cap. 67, ab Heracleotico, de quo cap. 62. Galenum adde, cuius eadem fere sententia est, de Fac. simpl. med. lib. VII, pag 215: Ορίγανος ἡ μὲν Ηρακλεωτικὴ δραστικωτέρα τῆς ὀνίτιδος, *efficacior est onitide.* Subscribit et Diosc. lib. III, c. 33. Atque hanc esse Plinii mentem, vel ex verbis, quae proxime subsequuntur, perspicuum est: subficitur enim statim. *Communis autem usus*, utriusque scilicet origani, Heracleotici, onitidisque: quorum forma dispar, ad potum dissimilis usus, eaedem in medicina vires. H.

Communis autem usus. Haec omnia de Heracleotico Dioscorides. Dal. — *Communis.* Communes Heracleotici et onitidis vires. Sic Dioscorid. l. III, cap. 32, 33. H.

In descensione. Diosc. lib. III, cap. 32: Κνησμοὺς δὲ καὶ ψώρας, καὶ ἕκτερον τὸ ἀφέψημα αὐτῆς ἐν λουτρῷ ὠφελεῖ. *Prurigini, psorae ac morbo regio decoctum ipsius in balneo prodest.* H.

Tonsillis. Dioscorides loc. cit. Παρίσθμια, καὶ κιονίδας, καὶ ἄρθας, θεραπεύει. Haso.

Venena opii et gypsi exstinguit decoctum. Datur iis qui cicutam aut opium biberunt, ex passu: qui gypsum aut ephemeron, ex oxymelite. Diosc.

Cum cinere in vino bibatur. Cinerem hic lixivium appellat. Sic Columella lib. XII, cap. 22: *Cinis autem odorem picis auferit, et eluit spurcitiam.* Dal.

Alvum. Dioscor. loc. citat. Ξηρὰ

item dentium dolori, quibus etiam et candorem facit, cum melle et nitro. Sanguinem narium sistit. Ad parotidas decoquitur cum hordeacea farina. Ad arterias asperas cum galla et melle teritur: ad lienem folia cum melle et sale. Crassiores pituitas et nigras extenuat coctum cum aceto et sale, sumptum paulatim. Regio morbo tritum cum oleo in nares infunditur. Lassi perunguntur ex eo, ita ut ne venter attingatur. Epinyctidas cum pice sanat. Furunculos aperit cum fico trito: strumas cum oleo et aceto et farina hordeacea. Lateris dolores cum fico illitum. Fluxiones sanguinis in genitalibus tusum, et aceto illitum. Reliquias purgationum a partu.

LXX. Lepidium inter urentia intelligitur. Sic et in facie cutem emendat exhulcerando, ut tamen cera et rosaceo facile sanetur. Sic et lepras, et psoras tollit semper facile, et cicatricum hulcera. Tradunt in dolore dentium adalligatum brachio qua doleat, convertere dolorem.

LXXI. Gith ex Graecis, alii melanthion, alii me-

δὲ ποθεῖσα ὀξυβάφου πλῆθος σὺν μελικράτῳ, μέλανα κατὰ κοιλίαν ἄγει. Aridum acetabuli mensura cum aqua mulsa epotum, atros humores per alvum extrahit. Hard.

Suggillatis. Marcell. Empir. c. xix. Hard.

Crassiores. Has per alvum extrahit, inquit Diosc. loc. cit. Hard.

Oleo. Cum oleo irino in nares infusum caput purgare, scribit Diosc. l. c. Hard.

LXX. *Lepidium.* Diosc. II, p. 205: *Λεπίδιον· Δύναμις δέ ἐστι τῶν φύλλων δριμεῖα ἑλκωτικὴ*, etc. *Vis foliorum acris et exhulcerans*, etc.

Sic et in facie. Inde nomen habet, quod faciei nempe maculas, *τὰς λεπίδας* delet. Servi compuncti notas tollebant lepidio: quare, id ubi animadversum est, candenti ferro inuri eos invecta consuetudo est. H.

Sic et lepras. Dioscor. loc. cit. H. — *Cicatricum hulcera.* Vet. ap. Dal. *hulcerum cicatrices.* Ed. P.

Tradunt. Totidem verbis haec Diosc. sed collo lepidium iubet appendi. Hard.

Compescere dolorem. Excitata pustula, quae humoris impetum dentem vexantis ad brachium revocet, Sic quidam in eo morbo aurium radici medicamenta, quae pustulas gignunt, admovendi. Dal. *Compescere.* Ch. *convertere.* Ed. P.

LXXI. *Gith.* Et Celso quoque, II,

lanspermon vocant. Optimum quam excitatissimi odoris, et quam nigerrimum. Medetur serpentium plagis et scorpionum. Illini ex aceto ac melle reperio, incensoque serpentes fugari. Bibitur drachma una et contra araneos. Distillationem narium discutit tusum in linteolo olfactum. Capitis dolores illitum ex aceto 2
et infusum naribus. Cum irino oculorum epiphoras et tumores. Dentium dolores coctum cum aceto. Hulcera oris tritum aut commanducatum. Item lepras et lentigines ex aceto. Difficultates spirandi addito nitro potum. Duritias, tumoresque veteres, et suppurationes, illitum. Lacte mulierum auget continuis diebus sumptum. Colligitur succus eius, ut hyoscya-

cap. extr. *git.* Item Scrib. Largo Comp. 131. Dioscoridi μελάνθιον, caeteris a nigritia seminis, μελάνσπερμον, μήκων ἄγριος μέλας, Ρωμαίοις παπάβερ νίγρουμ, ut est in Nothis eiusdem pag. 456. Hard.

Optimum quam excitatissimi odoris, et quam nigerrimum. Diosc. lib. III, cap. 93, μέλαν, δριμύ, εὐῶδες. Hard.

Incensoque serp. fugari. Diosc. l. c. Hard.

Bibitur. Contra phalangiorum etiam araneorum morsus: Βοηθεῖ δὲ καὶ φαλαγγιοδήκτοις ὅσον ⊲ α μεθ' ὕδατος ποθέν. Diosc. loc. cit. Hard.

Distillationem. Iisdem verbis Diosc. l. c. Ἀτανθὲν δὲ καὶ ἐν ἀποδέσμῳ δεθὲν, καὶ ὀσφραινόμενον, τοὺς καταρροιζομένους ὀφελεῖ. Sic etiam Galen. de Fac. simpl. med VII, p. 206, κατάῤῥους ἰᾶται, θερμὸν ἐν ὀθονίῳ προσφερόμενον. H.

Capitis. Diosc. l. c. Αρμόζει δὲ καὶ κεφαλαλγοῦσι καταπλασσόμενον τῷ μετώπῳ καὶ τοῖς ἀρχομένοις ὑποχεῖσθαι, ἐγχεόμενον εἰς τὰς ῥίνας μετὰ ἰρίνου λείον. H.

Dentium. Diosc. l. c. Ωφελεῖ δὲ καὶ ὀδονταλγίαν μετὰ ὄξους.... ἐψηθὲν καὶ διακλυζόμενον. Theodor. Prisc. I, 14, *de dentium curationibus: Quibus, putres cavernae obvenerint, melanthium elixum in aceto commixtum.* H.

Coctum cum aceto. Et teda, ac collutum. Diosc. H.

Item lepras. Diosc. Αἴρει δὲ καὶ φακὸν, καὶ λέπρας, etc. Lentigo, φακὸς macula est subrufa, vel nigricans in facie, ad lentis similitudinem. H.

Difficultates. Diosc. et Galen. ll. cc. Vide Sarraceni not. in Dioscor. II. — *Addito nitro.* Vet. apud Dalec. *add. vino.* Ed. P.

Duritias, tumoresque veteres. Dioscor. l. c. H.

Lacte. Dioscor. loc. cit. Πινόμενον δὲ πλείους ἡμέρας γάλα ἄγει. *Lacte* porro vetusto more MSS. omnes exhibent, pro *lac*, quod et antea observatum a nobis, et in Plauto aliisque, ad Plinium XV, 16. H.

Vt hyoscyami. De quo dicetur lib. XXV, 17. H.

mi: similiterque largior, venenum est, quod miremur; quum semen gratissime panes etiam condiat. Oculos quoque purgat: urinam et menses ciet. Quin immo linteolo deligatis tantum granis xxx secundas trahi reperio. Aiunt et clavis in pedibus mederi tritum in urina: culices suffitu necare: item muscas.

LXXII. Et anisum adversus scorpiones ex vino bibitur, Pythagorae inter pauca laudatum, sive crudum, sive decoctum. Item viride aridumve, omnibus quae condiuntur, quaeque intinguntur, desideratum. Panis etiam crustis inferioribus subditum. Saccis quoque additur: cum amaris nucibus vina commendat. Quin ipsum oris halitum iucundiorem facit, foetoremque tollit manducatum matutinis cum smyrnio, et melle exiguo, mox vino collutum. Vultum iuniorem praestat. Insomnia levat suspensum in pulvino, ut dormientes olfaciant. Appetentiam ciborum praestat, quando id quoque inter artificia deliciae fecere, ex

Similiterque. Vt in hyoscyamo evenit, cuius foliis constat mentem corrumpi, ut suo loco dicetur proxime appellato, si plura quam quatuor bibantur. De melanthio Dioscor. l. c. Φασὶ δὲ καὶ ἀναιρεῖν αὐτὸ πλεῖον ποθέν. Hard.

Quum. Lib. sup. cap. 52. H.

Vrinam. Si nempe pluribus diebus continuis sumatur, ut dicit Diosc. l. c. Vide etiam Galen. de Fac simpl. med. VII, p. 206. Hard.

Deligatis. Et in pesso subditis. Dal. — Gronov. et al. ante Hard *alligatis.* Eo. P.

Clavis in pedibus mederi. Circumscarificatis, mederi tritum in urina vetere. Dioscor. Dalec. — *Aiunt.* Diosc. l. c. Καὶ ἥλους περιχαραχθέντας ἐκτινάσσει σὺν οὔρῳ παλαιῷ. *Clavos circumscarificatos excutit cum urina vetere impositum.* Vulgati codices habent σὺν οἴνῳ. At Serapio, ut Plinius, σὺν οὔρῳ habet. H.

LXXII. *Et anisum.* Ita Nicander in Ther. pag. 44, ubi ἄννησον scribitur: quod Atticae consuetudinis esse geminato ν Scholiastes admonet pag. 34. Sic etiam Dioscor. III, 65, ap. quem ἄνισον vulgari more *de l' anis.* Iconem apud Dodonaeum vide, pag. 297. In MSS. omnibus, Reg. Colb. etc. *anesum* legitur. Hard.

Panis etiam crustis. Vt ammi et melanthium, feniculum. Dal.

Saccis. Quibus vina saccantur, sive percolantur, ut dictum est XIV, 28 XVIII, 17. Vide Hier. Mercurial. Varr. Lect. II, 27. Hard.

Quin. Dioscor. III, 65. Hard.

quo labor desiit cibos poscere. Ob has causas quidam anicetum id vocavere.

LXXIII. Laudatissimum est Creticum, proximum Aegyptium. Hoc ligustici vicem praestat in condimentis. Dolores capitis levat suffitum naribus. Epiphoris oculorum Evenor radicem eius tusam imponit: Iollas ipsum cum croco pari modo et vino, et per se tritum cum polenta ad magnas fluxiones, extrahendisque, si qua in oculos inciderint. Narium quoque carcinodes consumit illitum ex aqua. Sedat anginas cum melle et hyssopo ex aceto gargarizatum. Auribus infunditur cum rosaceo. Thoracis pituitas purgat tostum: cum melle sumptum, melius. Cum acetabulo 2
anisi nuces amaras L purgatas tere in melle ad tussim. Facillime vero anisi drachmae tres, papaveris duae miscentur melle ad fabae magnitudinem, et ter-

Anicetum. Omnibus aliis medicamentis praecellens. Dalec. — *Anicetum.* Ἀνίκητον, invicium, quod omnibus medicamentis antecellat. Non aniso id nomen, sed anetho in Nothis, pag. 455, Pseudo-Dioscorides attribuit. Hard.

LXXIII. *Laudatissimum.* Sic Dioscor. l. l. Auctor libri de Simpl. med ad Paternianum, qui Galeno adscribitur, tom. XIII, pag. 985: *Anisum optimum est Creticum, deinde Aegyptium: Gallicum inertissimum*, etc.

Ligustici. Sativi, de quo cap. 8 ultim. lib. XIX. Dal.

Dolores capitis levat. Totidem verbis Diosc. l. c. II.

Evenor. Ita eruimus e vestigiis codicum Reg. Colb. etc. in quibus *Evenenor* legitur. In editis, *e vino* perperam. De Evenore et Iolla in auctorum Indice. Hard. — *Evenor.* Iampridem ex vet. codice locum hunc Pintianus refinxerat, quo nunc exhibetur modo. Ed. P.

Narium quoque carcinodes. Cancerosum ulcus, aut polypum. Dalec. — *Narium.* Exstat ea vox apud Cels. VI, de polypo. Καρκινώδης ὄγκος h. l. intelligitur a Plinio, tumor cancro similis, qui absque exesione est. In MSS. Reg. et Colb. *narium cardines.* Hard.

Auribus. Cum rosaceo tritum, inquit Diosc. III, 65, et instillatum fractis auribus medetur. Καὶ ῥήξεις δὲ τῶν ὤτων λεῖον σὺν ῥοδίνῳ ἐνσταζόμενον ἰᾶται. Hard.

Pituitas purgat tostum. Crassos et pituitosos succos pulmonibus infarctos, et thoraci. Dalec.

Facillime. Iucundissimo et utilissimo remedio. Dal.

nis diebus sumuntur. Praecipuum autem est ad ructus: ideo inflationibus stomachi, et intestinorum torminibus, et coeliacis medetur. Singultus et olfactum decoctum, potumque, inhibet. Foliis decoctis digerit cruditates. Succus decocti cum apio olfactus sternumenta inhibet. Potum somnum concitat; cal-

Praecipuum. Ad ructum modice eiendum. Vide quae de anetho dicenda sunt cap. 74, statim initio. Haro.

Ad ructus. Quae sequuntur omnia ex variis auctoribus Plinius coacervat, iisdem facultatibus saepius etiam repetitis. Horum nihil apud Dioscor. Dalsc.

Ideo. Dioscor. loco cit. et Galen. de Fac. simpl. med. cap. 48, pag. 157. Haro.

Et. Alvum enim sistere scribit Dioscor. loc. cit. H.

Foliis. Ita fere Galen. et Dioscor. ll. cc. quum aniso vim pariter digerendi attribuunt, δύναμιν διαφορητικήν. Haro.

Olfactus sternutamenta (sic olim) *inhibet.* Quanquam omnis huius coepti fiducia secundum τὸν δωτῆρα ἰάσων nobis sit archetypa Vossianus: non sprevimus tamen adhibere, quas potuimus, et secundi loci membranas, velut Vossianas binas (distinguendi ergo ab dominis, quos antehac alter in fine, alter in principio habuisse sese testantur, Andegavenses et Menapias appellavimus), quartas academiae, quintas eruditissimi Marquardi Gudii nostri: non illas quidem aetatis eiusdem et fidei, interim utiles; quippe quae neque repente a vetustissima scriptura omni, sed pedetentim et per gradus eumque aliquo pudore abscessum, et si non plano testimonio, vestigiis quibusdam, veritatem aut eius revocandae propiores vias, demonstrarent. Hic igitur et Voss. Academicus, *sternumenta.* Neque hic modo, sed etiam lib. XXI, cap. 13: *odor alienus sternumenta pratinus movens*, et cap. 22, *movet et aridum sternumenta.* Lib. XXIII, 1, *singultus cohibet, sternumenta olfactu.* Lib. XXIV, 7, *destillationibus et sternumentis e pituita.* Acad. noster: *sternumenta pituitas* Plato in Timaeo: Φλέγμα ὀξὺ καὶ ἁλμυρὸν πηγὴ πάντων νοσημάτων, ὅσα γίγνεται καταῤῥοϊκά. Lib. XXV, 5: *Farina eorum per se et mista radiculae, qua lanas diximus lavari, sternumentum facit.* Ibidem: *quod celerrime movet sternumenta: et, singultus infinitos aut sternumenta.* Hic adponunt et e Chifflet. cap. 11: *Fit et ex callitriche sternumentum*; cap. 13: *Eadem sicca concisa sternumentum est.* Hic et e Chiffl. annotant, XXVII, 13, *sternumenta quoque gustatu movet*; XXVIII, 6, *sternumenta pinna gravedinem emendant.* Lib. XXXII, 3, *sternumenta olfactu movent.* Sic omnibus his locis Vossianus: nonnumquam et alii. Idem in suis observasse Cl. Salmasium apparet ex illis, quae scribit ad Solinum, pag. 29. Gron. — *Sternumenta.* Ita MSS. fere ubique: infrequentius, *sternutamenta.* Aetius quoque, VI, 99, pag. 249, anisum cohibere sternutationem scribit. H.

culos pellit; vomitiones cohibet, et praecordiorum tumores: et pectorum vitiis, nervis quoque, quibus succinctum est corpus, utilissimum. Prodest et capitis doloribus instillari succum cum oleo decocti. Non aliud utilius ventri et intestinis putant: ideo dysentericis et in tenesmo datur tostum. Aliqui addunt et opium, pilulis in die ternis lupini magnitudine in vini cyatho dilutis. Dieuches et ad lumborum dolores succo usus est. Semen hydropicis et coeliacis dedit tritum cum menta: Evenor radicem ad renes. Dalion

Concitat. Vet. apud Dalec. *conciliat.* Ed. P.

Praecordiorum tumores. Potissimum e flatu natos. Dal.

Nervis quoque. Membranis flatu crasso distentis, vel acri lancinatis, quae viscera et corporis musculos ambiunt. Dal. *Nervis.* Hoc verborum ambitu septum transversum signat, quod alii praecordia, hoc est περικάρδια, plures διάφραγμα appellant. Id enim membranis constat, quibus cor et pulmo a iocinere et liene dispescuntur. H.

Prodest eius (sic olim) *et capitis.* Τὸ *eius* non est in optimo: et sine iniuria sententiae tollatur. Gron.

Semen. Potum semen, inquit Dioscor. II, 65, hydropicis sitim sedat. Haro.

Tritum cum menta e vino, radicem ad renes. Sigism. Gelenius est auctor τοῦ *e vino*: nam vett. edd. *cum menta verum et radicem ad renes.* MS. bibliothecae publicae, Gudianus, Menapius: *cum menta verum radicem et ad renes.* Vossianus Andeg. *cum mente venor radicem et ad*: sed potior, *quum mentae venor radicem et ad renes.* Nimirum scribendum est: *Semen hydropicis et coeliacis dedit tritum cum menta Evenor, radicem et ad renes.* Habet nomen idem et lib. XXI, 34, *laudatum vero a Diocle et Evenore, a Timaristo etiam carmine.* Et reposcit id Plinius paullo superius hoc ipso, capite 161 *Epiphoris oculorum e vino radicem eius tusam imponit Iollas; ipsum cum croco.* Hic quoque Gelenius addidit e *vino*, quo carebant priores editiones. Margo monet in MS. fuisse, *evenor radicem.* Vossiani tres et Academicus, *oculorum evenenor radicem.* Gudianus, *eveneor radicem.* Et manus quidem secunda in meliore tentavit, *et venena*: sed vera lectio est: *Epiphoris oculorum Evenor radicem eius tusam imponit; Iollas ipsum cum croco, pari modo, et vino*, etc. Haec scripseram confisus Dalecamplanae, et ratus, quidquid esset in superioribus boni, id eum, ut decebat, adoptasse. Dein didici Iacobum Cadomensem nimio minus quam diligenter usum observationibus magni Pintiani: in quibus complura inveniebam praeflorata, quae nunc primum me proditurum speraveram. Iamque adversus ea omnia spongiam parabam: neque enim solemnis actum agere: dein praestare visum relinqui,

herbarius parturientibus ex eo cataplasma imposuit cum apio: item vulvarum dolori; deditque bibendum cum anetho parturientibus. Phreneticis quoque illinivit recens cum polenta. Sic et infantibus comitiale vitium, aut contractiones sentientibus. Pythagoras quidem negat corripi vitio comitiali in manu habentes; ideoque quamplurimum domi serendum. Parere quoque facilius olfactantes: et statim a partu dandum potui polenta aspersa. Sosimenes contra omnes duritias ex aceto usus est eo, et contra lassitudines, in oleo decoquens addito nitro. Semine eius poto, lassitudinis auxilium viatoribus spopondit. Heraclides ad inflationes stomachi semen tribus digitis cum castorei obolis duobus ex mulso dedit. Similiter ad ventris aut intestinorum inflationes. Et orthopnoicis, quod ternis digitis prehenderit seminis, tantumdem hyoscyami cum lacte asinino. Multi vomituris acetabula eius, et folia lauri decem trita in aqua, bibenda inter coenam suadent. Strangulatus vulvae, si manducetur et linatur calidum, vel si bibatur cum castoreo in aceto et melle, sedat. Vertigines a partu cum se-

ut erant, nostra; ita tamen, ut quae ille praeceperat, auctori suo redderentur, adiuta codicis huius auctoritate, quando illius, quae debuerat, ratio habita non erat. Accedit, quum fere verbo tantum iaceat, *sic legendum*, aut *melius esse*, ut non sit obvium, nedum cuivis, quid viderit, quid sequutus sit, quam ob rem aliud atque aliud praeferat, divinare, atque explicatius eadem tradi haudquaquam sit sperandum. Ex unionibus igitur illis, quos Pintianus ante saeculum, et quod excurrit, quasi avibus cortis obiecit, est utroque loco medici nomen. Gron. — *Evenor*. Ita rursum MSS. omnes: non, ut libri editi, e *vino*. H.

Contractiones, etc. Nervorum σπασμούς. Dal. — *Aut*. Ad verbum haec. Haro.

Multi vomituris. Vt robustior sit ad vomitionem perficiendam ventriculus. Dal.

Strangulatus. Ita MSS. non *strangulationes* (ut Gronov. et alii ante Hard.) Vterina suffocatio, quae Dioscoridi ὑστερικὴ πνιγ, Plinio saepenumero vulvae conversio, et vulva convulsa dicitur. Est uteri ad superna decursus, quo fit ut strangulari et suffocari feminae videantur. H.

mine cucumeris et lini pari mensura ternum digitorum, vini albi tribus cyathis discutit. Tlepolemus ad quartanas ternis digitis seminis anisi et feniculi usus est in aceto et mellis cyatho uno. Lenit articulares morbos cum amaris nucibus illitum. Sunt qui et aspidum venenis adversari naturam eius putent: urinam 6
ciet: sitim cohibet: venerem stimulat: cum vino sudorem leniter praestat: vestes quoque a tineis defendit: efficacius semper recens, et quo nigrius: stomacho tamen inutile est, praeterquam inflato.

LXXIV. (XVIII.) Anethum quoque ructus movet, et tormina sedat: alvum sistit: epiphoris radices illinuntur ex aqua vel vino: singultus cohibet semen

Tlepolemus. Hoc medicamentum dum Q. Serenus a Tlepolemo, Pliniove, transcriberet, pro aniso, anethum reposuit. Sic enim ille, cap. de quartana medicanda: *Sume tribus digitis apprensum semen anethi, Tantumdem marathri, mulsum nec desit aceti: In cuius cyatho praedicta salubriter hauris.* Nisi forte amanuensium id incuria factum est, qui pro *anesi*, ut vetustiores libri omnes manu exarati habent, *anethi* de suo perperam inseruerint. H.

Sudor. Virulentorum animalium venenis adversari ait Dioscor. III, 65. Harn.

Urinam. Dioscor. l. c. H.

Venerem. Dioscor. l. c. H.

Efficacius. Commendat in primis Dioscor. loco cit. quod recens, quod odore vehementi, quod plenum, ac minime furfurosum. H.

Praeterquam. Nam prodest ad inflationes, πρὸς ἐμπνευματώσεις, Dioscor. loco citat. et Plinius ipse supra.

LXXIV. Nempe, ut anisum, de quo dictum est paulo ante. Plin. Val. id paulo uberius, IV, 27, de anetho: *Stomachi querelas*, inquit, *coctum in aquae cyathis tribus potum, miro modo relevat: indicio est ructus, per quem intelligere datur aperta omnia quae clausa torquebant; digestiones adiuvat: ventrem videtur inhibere.* Dioscor. III, 67: Ἀνήθου ξηροῦ τῆς κόμης καὶ τοῦ καρποῦ τὸ ἀφέψημα πινόμενον ... στροφούς τε καὶ ἐμπνευματώσεις παύει. Aquam anethioam cum melle commendat ad sedanda tormina Marc. Emp. c. XXVII, et c. XXVIII. Nostri, *aneth.* Pingitur a Dodonaeo, pag. 296. H. — *Anethum Feniculum* sup. et nunc *graveolens* (*Pentand. digyn.* gen. 560 Willd. *Ombellif.* Juss.) Ed. P.

Epiphoris. Plinius Valerius I, 44: *Ad epiphoras oculorum et tumores ... anethi radix ex vino trita illinitur.* Et IV, 27, de anetho: *Tritae radices et impositae fervoribus medentur oculorum.*

Singultus. Diosc. III, 67. H.

fervens, olfactum: sumptum ex aqua, sedat cruditates: cinis eius uvam in faucibus levat: oculos et genituram hebetat.

LXXV. Sacopenium, quod apud nos gignitur, in totum transmarino alienatur: illud enim Hammoniaci lacrymae simile, sagapenon vocatur: prodest laterum et pectoris doloribus, convulsis, tussibus vetustis, exscreationibusque, praecordiorum tumoribus: sanat et vertigines, tremulos, opisthotonicos, lienes, lumbos, perfrictiones: datur et olfactandum ex aceto in strangulatu vulvae: caeteris et potui datur, et cum oleo infricatur: prodest et contra mala medicamenta.

Sedat. Plin. Val. IV, 27. Q. Serenus, cap. XIX, p. 437: *At male digestis si crapula saeviet escis, Aut cubitum pergens succum cape tristis anethi*, etc. H.

Cinis. Plin. Val. IV, 27, de anetho: *Cinis eius suspendit uvam faucibus ingravescentem.* Q. Serenus, cap. XVI: *Si vero afflictam languor deiecerit uvam Tunc horas aliquot pronus recubare memento: Aut illam pulvis tosti relevabit anethi, Aut cinis ex cochlea, vel torrida brassica flammis.* H.

Uvam in faucibus levat. Coodylomata, Dioscoridi; Plinius legisse videtur κιονίδας. Dal.

Oculos. Diosc. totidem verbis, III, 57: Αμβλύνει τε τὰς ὄψεις, καὶ γονὴν σβέννυσι συνεχῶς πινόμενον. Leontius in Geop. XII, 34, pag. 355: Τὸ ἄνηθον ἐσθιόμενον ἀμβλύνει τὴν ὄψιν. H.

LXXV. *Sacopenium.* Sagapenum nostras, quod sacopenium Plinius vocat, ut nomine a transmarino dividatur, succus est ferulae nostratis, qui caule ad radicem vulnerato fluit. Diosc. vide supra lib. XIX, cap. 8. Dal.—*Ferula Persica?* largitur σαγαπηνὸν, ὁπὸν πόας ναρθηκοειδοῦς, κ. τ. λ. Dioscorid. III, 95. Sprengel.

Transmarino. Longe discrepat a transmarino. H.

Illud. Transmarinum videlicet, de quo Diosc. III, 95: Σαγαπηνὸν ὁπός ἐστι πόας ναρθηκοειδοῦς, γεννωμένης ἐν Μηδίᾳ. *Sagapenum ferulaceae herbae liquor est, quae quidem in Media nascitur.* Id et frutici, et liquori, qui manat ex frutice, nomen esse Galenus ait, de Fac. simpl. med. VIII, p. 226. In officinis Sagapenum et Serapinum appellatur, quoniam odore pinum refert. Describitur a Charasio io Pharmach. p. 298. H.

Prodest. Haec totidem verbis Diosc. III, 95. H.

Exscreationibusque. Quoniam crassos humores pulmoni molestos expurgat, inquit Diosc. loc. cit. H.

Sanat. Dioscorid. loc. cit. H.

Perfrictiones. Δίδοται κατεψυγμένοις, inquit Dioscor. *Datur perfrigeratis*, frigidis, quorum vel pars aliqua corporis, vel totum pariter perfrigescit. Hard.

Datur. Dioscorid. loc. cit. H.

LXXVI. Papaveris sativi tria diximus genera : et sponte nascentis alia promisimus. E sativis albi, calyx ipse teritur, et e vino bibitur somni causa. Semen elephantiasi medetur. E nigro papavere sopor gignitur scapo inciso, ut Diagoras suadet, quum turgescit: ut Iollas, quum deflorescit, hora sereni diei, hoc est,

LXXVI. *Papaveris.* Lib. XIX, 53. H.—*Papaver Rhoeas, somniferum, dubium?* (*Polyand. monog.* gen. 881 Linn. *Papaveraceae.* Juss.). Ed. P.

Sed sativi albi calyx ipse teritur et e vino. Rursum τὸ *e vino*, interposuit Gelenius. Vossiani duo *teritur vino bibitur.* Idque sufficere censeo. Sed praestantior etiam, *et sativis*, ut et *sativi ita diximus*, quod e Chifletiano quoque notatum. Emenda: *Papaveris sativi tria diximus genera, et sponte nascentis alia promisimus. E sativis albi calyx ipse teritur et vino bibitur somni causa.* Locus quem respicit est lib. XIX, 8: *Papaveris sativi tria genera: candidum, cuius semen*, etc. Et mox: *De reliquis generibus papaveris sponte nascentis dicemus in medicinae loco.* Similiter peccatum l. XXI, 6. Partem horum, nempe utrobique legendum. *E sativis*, odoratus est et Pintianus. Gaon. — *E sativis.* Haec pariter Diosc. IV, 66. Haan.

Sapor gignitur scapo. Saporis vocabulo τὸν χυλὸν Graecorum Plinius voluit exprimere, duplici errore: altero quod liquor is ὀπός sit, id est, manans sponte lacryma, non autem χυλός, id est, succus herba trita expressus: quod ad id papaveris albi, non nigri, scapus inciditur. Dal. — *Sopor.* Ita MSS. omnes R. 1, 2, Colb. 1, 2, 3, etc. tum hoc loco, tum in huius libri indice: non *sapor.* Soporem poëtice usurpavit, quem opium vocant, ut mox dicetur. H.— *Sapor* Gr. Elzev. et Al. ante Hard. Ed. P.

Turgescit. Grandescit, et ad florem properat. Dalec.

Hora diei sereni. Pintianus e veteri exemplari: *hora sereni diei*, quod etsi leve est, non fastidiendum tamen quia et sic duo Vossiani. Sed alter horum etiam utilior. Quae namque illa *hora sereni diei?* circa meridiem, inquit Dalecampius. Immo multo citius. Sic enim membranae egregiae: *Hora sereni diei tertia, hoc est, quum ros exaruerit.* Nimirum quum fere πλήθουσα est ἀγορά, et ut canit Martialis. *Exercet raucos tertia causidicos.* Sextam autem meridiem intelligimus. Columella, XI, 2. *Pruinis et geliciditis nocturnis adhuc rigentes materiae ferrum reformidant: itaque dum hae regelare sinuntur usque in horam secundam vel tertiam, poterunt vepres attenuari.* Et ibidem: *Quascumque vineas culturi sumus, ne per aestum, sed mane usque in tertiam, et a decima usque in crepusculum fodiamus.* Gaon.—*Hora.* Sic libri omnes, etiam conditivi, quos vidimus: R. Colb. Th. etc. Rectius forsan, utin suis membranis vidisse Gronovius contestatur, *hora sereni diei tertia*: si probatae admodum fidei forent. Certae hora diei tertia, hoc est, medio inter solis exortum et meridiem intervallo, ros inarescere solet, aestusque incipere: quare Columella, XI, 2, in Augusto monet, *Quascumque vineas*, etc.

quum ros in eo exaruerit. Incidi iubent sub capite et calyce: nec in alio genere ipsum inciditur caput.
2 Succus et hic, et herbae cuiuscumque lana excipitur: aut si exiguus est, ungue pollicis, ut lactucis, et postero die magis quod inaruit. Papaveris vero largus densatur, et in pastillos tritus in umbra siccatur, non vi soporifera modo, verum si copiosior hauriatur, etiam mortifera per somnos: opion vocant. Sic
3 scimus interemptum P. Licinii Caecinae Praetorii viri patrem in Hispania Bavili, quum valetudo impatibilis

(vid sup.). Sextam horam, meridiem intelligi oportet. H.

Sub capite. Dioscorid. loc. citat. Οπίζοντας δὲ δεῖ μετὰ τὸ τὰς δρόσους ἀνικμασθῆναι, περιγράφειν μαχαιρίῳ τὸν ἀστερίσκον; ὡς μὴ εἰς τὰ ἐντὸς διατρῆσαι· καὶ ἐκ πλαγίων δὲ τῆς κωδίας ἐπ'εὐθείας ἐκτίμνειν ἐξεπιπολῆς, etc. *At opii faciendi ratio haec est: Quum ros exaruerit, stellulam quae in summo papaveris capite visitur, cultello ita scarificare oportet, ut ne penitus intro adigatur: et a capitis lateribus per directum summam cutem incidere,* et erumpentem lacrymam digito excipere, etc. H.

Vi lactucis, et postero die mag. quod inaruit. Perinde, inquit, ut in lactucis fieri mos est, quum ex iis incisis succus lacteus excipitur. Sic Diosc. IV, 65, δακτύλῳ, digito hunc succum excipi iubet, et in conchulam deinde abstergi. Hunc idem adiicit succo silvestris lactucae saepe adulterari. Hard.

Papaveris. Haec pariter Diosc. loc. cit. Hard.

Vi soporifera modo. Virgilius IV Aeneidos: *Hesperidum templi custos, epulasque draconi. Quae dabat, et sacros servabat in arbore ramos, Spargens humida mella soporiferumque papaver.* Idem VI, quum ait, *Melle soporatam et medicatis frugibus offam,* medicatas fruges papavere conditas intellexisse videtur. Victorius, IV, c. 3. Dal.

Mortifera per somnum opion vocant. Voss. duo et Gud. *per somnum sopion vocant*: ut et Acad. nisi quod *sopio.* Scribendum ex optimo: *mortifera per somnos: opium vocant.* Gron.

Opion. Οπιον, succus lacteus qui papaveris scapo inciso manat. Οπὸς succum lacteum sonat, qui non sponte, ut lacryma, id est, τὸ δάκρυον emanat, sed castratione, scarificatione, terebratione, vel alio quovis vulnere effluit. H. — De opio vide Excursum ad calcem huius libri. Ed. P.

In Hispania Bavili. Vel *Baiuli* potius: ut nomen id magistratus fuerit, quem nos *baillif* vocamos. —*P. Licinii.* In MSS. R. 1, 2, etc. *Postlicini.* Forte pro *Postumii Licinii.* Sed quod ad vocem *Bavili* attinet, quam libri omnes pertinaciter retinent, ea si mutari debet, non in Bilbili, quod nomen oppidi quidem in Hispania est, sed quod a veteris scripturae vestigiis recedit sane longius, quanquam ea fuit Dalecampii coniectura, quam

odium vitae fecisset: item plerosque alios. Qua de

Salmasius avide arripuit, in Solin. p. 876; sed in *Baiuli* potius, quod multo affinius est, quum totidem plane vox ea constet apicibus, converti crediderim oportere. Fuisse enim iam tum videtur in Hispania, ut modo in Gallia, id praetoris nomen: nam quos Ballivos dicimus, a voce *Baiulos* dictos omnino constat, ut egregie observavit V. C. D. Du-Cange in Gloss. p. 436, apud quem et Baiuli vocem pro Ballivo usurpari saepe, et pro mercatorum Praetore, et pro aliis magistratibus, videre licet. Stabilit egregie coniecturam nostram, quod is ipse qui nunc in Hispania Baiulus appellatur, idem paulo mox, c. 81, Hispaniae princeps vocatur. Hard.

Quum valetudo impatibilis od. vitae. Omnes *impetibilis*. Neque hic modo, sed etiam cap. 20: *propter impetibiles uvae morbos*. Et lib. XXV, 5: *Ne nubilio die detur, impetibiles quippe cruciatus exsistunt*. Notavit et in suis Ferdinandus Nonius Pintianus, ab *impetu* videlicet (inquit), non a *patior*. A quo haud scio an acceperit, sed tamen quum Apuleius in Apologia disisset, *sceleri adversus parentem nefando, immani, impetibili*, miram hac notione vocem eam pronuntiavit Is. Casaubonus, quam legerent plures intelligentibus: proprie enim *impetibile* esse id, quod petitioni obnoxium est, quod facile potest impeti: sic Solinum de chamaeleonte: *Impetibilis est coraci, a quo quum interfectus est, victorem suum perimit*. Nec, nisi fallat memoria, esse antiquiorem Solino, qui eam vocem usurparit. Postea coepisse accipi de re turpi et reprehensioni obnoxia, ut apud Apuleium et Symmachum, lib. IX, epist. 103. In alia omnia ire Glossarium: *Impetibile*, ἀνεπιχείρητον, ἀνεπιτήδευτον· quasi praepositio haberet vim negandi, neque absurde: sed non ita se usurpatum legisse. Sic ille: nec potuit vir tantus labi, quin multis lubricum relinqueret. Neque ego Fr. Iuretum moror, qui quod Glossae, *Impetibile*, *improbum*, *saevum*, habent, reddit *saevum*: non Scip. Gentilem, cui *impetibile* ab impetendo, quasi petitioni et reprehensioni obnosium: non Gev. Elmenhorstium, cui *impetibilis* impurus: non Iob. Pricaeum, qui, ut aliquid novi addat, pro impetuoso dictum censet, translatione, ut ait, nimis obvia, quae sceleribus violentiam tribuat. Ipse Salmasius, p. 876 Solinianum, *impetibilis est coraci*, in eodem ludo eloctus explicat, a corace impeti solet, obnoxius est impetitioni corvi. Tum, *Alias* impetibile, inquit, *Latini usurpant etiam agentis significatione, pro eo, quod impetere solet, non quod impetitur*: huc Plinii duo refert et Apuleii loca. Deinde, Sane recentiores Latini pro re mala et inhonesta factu, et nefanda eam vocem posuerunt: id probat ex Symmacho. Tandem, quidquid malum esset et odiosum et intolerabile (Βάλλ' οὕτως) sic vocarunt: nam *impetibile*, quod impetit, vel cum impetu venit; non tantum quod impetitur. Qui labor? quantus aestus? et tamen illud agebat, quum haec scriberet, ut et caeteri. *Impetibile*, o principes studiorum, nihil est aliud quam *impatibile*, et pro hoc illud receptum est, ut *compecto* et *depectus* a *pacto*, *imperco* et *compercunt* a *parco*, *confessus* a *fassus*, *conspergo* a *spargo*, *dispessis manibus* a *passis*, *defetiscor* a *fatiscor*. Vna autem eius si-

causa magna concertatio exstitit. Diagoras et Erasistratus in totum damnavere, ut mortiferum, infundi vetantes: praeterea, quoniam visui noceret. Addidit Andreas, ideo non protinus excaecari eo, quoniam adulteraretur Alexandriae. Sed postea usus eius non improbatus est medicamento nobili, quod diacodion vocant. Semine quoque eius trito in pastillos, e lacte utuntur ad somnum: item ad capitis dolores cum rosaceo: cum hoc et aurium dolori instillatur. Podagris illinitur cum lacte mulierum. Sic et foliis ipsis utuntur. Item ad sacros ignes et vulnera ex aceto. Ego tamen damnaverim collyriis addi; multoque ma-

gnificatio antiquissimia, mediis, recentissimia, non ferendum, nimium, intolerandum, sive ob dolorem, sive ob inimicitiam aut dissidentiam, sive ob turpitudinem, crudelitatem, et similia. Iam autem M. Tullius de Finibus, l. II, 17: *Dolorem, quem vos, quum improbis poenam proponitis, impetibilem facitis; quum sapientem semper boni plus habere vultis, tolerabilem.* Sic est apud me in bonae fidei membranis, etsi vulgo *impatibilem.* Gronov. — *Valetudo impatibilis odium vitae fecisset.* In MSS. omnibus *impetibilis*, quod idem valet: hoc est, non ferenda, nimia, intolerauda. H.

Diagoras. Ex Diagora quoque et Erasistrato, opii usum damnat Diosc. IV, 65, tum in aurium doloribus, tum in lippitudine oculorum: quoniam et visus aciem hebetet, et somnum inducat. H.

Addidit. Dioscor. loc. cit. Ἀνδρέας δέ φησιν, ὅτι εἰ μὴ ἐδολοῦτο, ἐτυφλοῦντο ἂν οἱ ἐγχριόμενοι ὑπ' αὐτοῦ. *Addidit Andreas, protinus excaecatum iri, quo illinirentur, nisi adulteraretur.* Hard.

Sed postea. Mnesidemus usum dumtaxat olfactandi probavit conciliando somno, Dioscor. Dal.

Quod. Διὰ κωδειῶν, ut dicetur c. 79. Hard.

Semine. Dioscor. loc. cit.

Ad somnum. Illito ex aquafronti et temporibus. Dal.

Cum hoc. Hoc est, cum rosaceo, quod et rosam Veteres appellavere, ut ceram pro cerato dixerunt. Marc. cap. IX, pag. 87: *Virentis papaveris succus cum rosa, vel amygdalino... infusus doleutibus auribus prodest.* Adhibet Diosc. l. c. amygdalinum, myrrham et crocum. H.

Podagris. Diosc. loc. cit. H.

Item. Dioscor. loc. citat. Καὶ πρὸς ἐρυσιπέλατα δέ, καὶ τραύματα σὺν ὄξει. Hard.

Ego. Ita Galenus κατὰ τόπους, III, 1, pag. 369, collyria ex opio multis fuisse detrimento ait, ut etiam ἀμβλυωπίαν καὶ βαρηκοΐαν visus hebetudinem et aurium gravitatem induxerint. Sunt autem collyria et medicamenta oculorum, et glandulae quae ano, et pessi qui vulvae subduntur, et quae induntur naribus. H.

gis quas vocant lexipyretos, quasque pepticas et coeliacas. Nigrum tamen caeliacis in vino datur. Sativum omne maius: rotunda ei capita: at silvestri longa, ac pusilla, et ad omnes effectus valentiora. Decoquitur et bibitur contra vigilias, eademque aqua fovent ora. Optimum in siccis, et ubi raro pluat. Quum capita ipsa et folia decoquuntur, succus meconium vocatur, multum opio ignavior. Experimentum opii est primum in odore: sincerum enim perpeti non est; mox in lucernis, ut pura luceat flamma, et ut exstinctum demum oleat: quae in fucato non eveniunt. Accenditur quoque difficilius, et crebro exstinguitur. Est sinceri experimentum et in aqua, quoniam in nubila innatat: fictum in pustulas coit. 5

Multoque magis, quas, etc. Subintellige, damnaverim, addi iis, quas, etc. H. — *Magis quas vocant.* Vet. apud Dal. *magis confectionibus quas vocant.* Ed. P.

Quas vocant lexipyretos. Voss. *lexipyretius.* Voluit, quod vidit Pintianus, *lexipyretus*, graeca terminatione. Nimirum ληξιπυρέτους. Male autem provectus ulterius Pintianus facit, ἀλεξιπυρέτους· nam ἀπὸ τοῦ λήγειν dicitur. Marcel. de Medicam. cap. XVI: *Prodest et iis, qui sine horrore circuitu febrium vexantur: quamobrem lexipyretos haec compositio dicitur.* Grox. — *Lexipyretos.* Ληξιπυρέτους medicinae sunt, quae febres fugant (vide supra). Alex. Iatros. III, 66: *Lyxoperita epithimata febrientibus*: lege *Lexipyreta epithemata.* Interpres eo loci in margine, *fervores apta lenire* reddit. Πεπτικαὶ sunt quae abscessuum collectiones maturant, et quae stomachi concoctionem adiuvant. Κοιλιακαὶ quae coeliacis medentur. Succum papaveris nigri, concoctionem eam iuvare, et coeliacorum affectibus auxiliari, scribit Dioscor. IV, 65. Hard.

Sativum, etc. Sic ex MSS. emend. Hard. *Sativum omne magis rotundat capita. At silvestri longum et pusillum in valentiora* Gr. et al. Ed. P.

At silvestri longa, etc. Diosc. loc. cit. Hard.

Decoquitur et bibitur. Dioscor. loc. cit. Hard.

Quum. Μηκώνιον, sive μηκώνειον parari, lusis papaverum capitibus, prelo expressis, trilis in mortario digestisque demum in pastillos, docet Dioscor. loc. cit. Sed priusquam torculari exprimantur, excoqui folia et capita iuvat. H.

Perpeti. Quoniam vel solo odore soporem induciit: ἐν τῇ ὀσμῇ καρωτικός, inquit Diosc. loc. cit.

Mox. Haec omnia pariter Dioscor. loc. cit. Hard.

Quoniam. Quoniam in nubium morem sparsum diluitur, et in aqua innatat: adulteratum contra in grumos

Sed maxime mirum, aestivo sole deprehendi. Sincerum enim sudat, et se diluit, donec succo recenti simile fiat. Mnesides optime servari putat hyoscyami semine adiecto: alii in faba.

LXXVII. (XIX.) Inter sativa et silvestria medium genus, quoniam in arvis, sed sponte nasceretur, rhoeam vocavimus et erraticum. Quidam id decerptum protinus cum toto calyce mandunt. Alvum exinaniunt capita quinque decocta in vini tribus heminis pota, et somnum faciunt.

LXXVIII. Silvestrium unum genus, cerätitin vocant, nigrum, cubitali altitudine, radice crassa et corticosa, calyculo inflexo, ut cornicula. Folia mi-

coil, instar pustularum. Dioscor. loc. cit. *Praestantissimus est... qui facile aqua diluitur.... neque asper, neque grumosus:* Κράτιστος δέ ἐστιν ὁπός.... εὐχερῶς διειμένος ὕδατι... οὐ τραχύς, οὔτε βρομβοειδής, etc. Ita porro MSS. omnes: aliis magis placet, *quoniam in nubecula:* qua forma dictum est ab eodem Plinio XXVIII, 19, de urina: *Mala, et in qua velut furfures et nubeculae apparent.* H.

LXXVII. *Quoniam in arvis.* Ratio illa est, quod medium genus censeatur, non quod rhoeas vocetur. Vide lib. XIX, cap. 8. Dal. — *Quoniam.* Theophrast. Histor. IX, 13: Ἐν ταῖς ἀρούραις, μάλιστα ἐν ταῖς κριθαῖς, maxime inter hordea quae cibaria sunt et sativa: sed ipsum tamen inter illa sponte, non satu provenit: idcirco medii generis censetur. Hard.

Rhoeam vocavimus, etc. Rhoeadem: ῥοιὰ malum Punicum est, ῥοιὰς papaver. Dal. — *Rhoeam.* Lib. XIX, 53, H. — *Papaver Rhoeas.* Ed. P.

Alvum. Paulo aliter Dioscor. IV, 64. Ait enim capita papaveris quina vel sena, in vini cyathis tribus decocta, dum ad duos redeant, somnum pota inducere: semen autem acetabuli mensura ex aqua mulsa potum, alvum leniter emollire. Theophrast. Hist. lib. IX, c. 13, hoc tantum, καθαίρει δὲ κάτω. H.

LXXVIII. *Silvestrium.* Haec fere eadem verbis Theophr. l. c. Μήκωνες δ' εἰσὶν ἄγριαι πλείους· ἡ μὲν κερατῖτις καλουμένη, ἡ δὲ μέλαινα, lego, ἡ καὶ μέλαινα. Papaver, ut remur, corniculatum violaceum est, quod in horto Regio vidimus, quale depictum est a Clusio, Histor. rar. Plant. V, 6, pag. 92. Aliud praeterea corniculatum vidimus luteo, aliud phoeniceo flore. Hard. — *Glaucium phoeniceum* (*Papaveraceae.* Juss. *Polyand.* Linn.) Ed. P.

Calyculo. Siliqua longa, in corniculi modum inflexa, unde et nomen accepit, inquit Diosc. IV, 66: Καρπὸν δὲ μακρόν, καμπύλον ὥσπερ κέρας... ὅθεν καὶ ἐπωνόμασται. H.

nora, et tenuiora quam caeteris silvestribus. Semen exile; tempestivum est messibus: alvum purgat dimidio acetabulo in mulso. Folia trita cum oleo, argema iumentorum sanant. Radix acetabuli mensura cocta in duobus sextariis ad dimidias, datur ad lumborum vitia et iocineris. Carbunculis medentur ex melle folia. Quidam hoc genus glaucion vocant, alii paralion nascitur enim in afflatu maris, aut nitroso loco.

LXXIX. Alterum e silvestribus genus heraclion vo-

Semen. Dioscor. IV, 66: Σπέρμα δὲ μικρὸν, μέλαν etc. H.

Tempestivum. Theophr. l. c. Συλλέγεται δὲ περὶ πυροτομίας, *per messem legitur.* H.

Alvum. Theophr. Δύναται δὲ καθαίρειν κοιλίαν. Dioscorid. IV, 66: Τὸ δὲ σπέρμα πλῆθος ὀξυβάφου ποθὲν σὺν μελικράτῳ, κοιλίαν ἐπιεικῶς καθαίρει. Haro.

Folia trita cum oleo, argema iumentorum. Theophrast. et Diosc. ll. cc. Huius verba sunt: Τὰ δὲ φύλλα καὶ τὰ ἄνθη... ἐγχριεσθέντα, τὰ ἐπὶ κτηνῶν ἄργεμα καὶ νεφέλια ἀποκαθαίρει. Haro.

Radix. Dioscorid. l. c. H.

Carbunculis. Dioscorid. l. c. Τὰ δὲ φύλλα .... ἐσχάρας περιῤῥήττει καταπλασθέντα σὺν ἐλαίῳ. Illita ex oleo folia crustas emarginant, crustulas hulcerum eroduut, carbuoculos rumpunt. Haro.

Glaucion. Atque ideirco, ut ait Diosc. l. c. Glaucion ex eo faetitari (qui succus herbae est in Syria nascentis, foliis similibus coroiculato papaveri, ut idem ait III, 100) falso existimarunt, decepti quadam foliorum similitudine. H.

Alii. Dioscor. l. c. Μήκων κερατῖτις, αἱ δὲ παράλιον, οἱ δὲ ἀγρίαν μήκωνα, οἱ δὲ θαλάσσιον, quod nempe in maritimis praesertim sponte nascitur: nunc ubique satum provenit. Galen. de Fac. simpl. med. VII, 208: Καλεῖται δ' ὑπὸ τινων παραλία μήκων, ἐπειδὰν τὰ πολλὰ πλησίον τῆς θαλάττης φύεται H.

Nitroso. Quinniam nitri natura haud multum a sale, marinique afflatus virtute distat. Ita MSS. Theophrastus Histor. VI, 13, addit etiam petroso loco provenire: Φύεται δὲ παρὰ τὴν θάλατταν, οὗ ἂν ᾖ πετρώδη χωρία. H. — *Nascitur enim*, etc. Vbique sponte prdvenit. Dal.

LXXIX. *Alterum.* Theopbr. l. c. Μήκων Ηράκλεια. Dioscorid. IV, 67: Μήκων ἀφρώδης, ὑπὸ δέ τινων Ηράκλεια κληθεῖσα, etc. *Papaver spumeum: ab aliquibus Heracleum vocatum*, etc. Nisi latioo ritu ac sono graeca saepius pronuntiaret Plinius, rectius sane *aphrodes*, ut XXVII, 93, quam *aphron* diceret. Spumeum porro appellatum est a colore: nam spumam candore refert, ioquit Galen. l. c. Peplos est, sive esula rotunda picta a Ioh. Bauhino t. III, p. 669, et a Dodonaeo, pag. 371. Visa a nobis in horto Regio. Nostris vulgo dicitur *réveille-matin des vignes*. Sic etiam Ruellius, pag. 654, et Dalec. XVI, pag. 1658. H.

catur, ab aliis aphron, foliis (si procul intuearis) speciem passerum praebentibus, radice in summa terrae cute, semine spumeo. Ex hoc lina splendorem trahunt aestate. Tunditur in pila comitialibus morbis,

Speciem. Sicuti στρούθιον, hoc est, herba lanaria, sive radicula, de qua XIX, 18, cui id nomen quoque inditum a similitudine aliqua cum ea ave. — *Foliis.* Quoniam Theophrastus, Hist. IX, 31, de papavere Heraclio ita prodidit: Τὸ μὲν φύλλον ἔχουσα οἷον στρουθός, ᾧ τὰ ὀθόνια λευκαίνουσι. Hoc est, *folium habet simile struthio, quo lintea dealbantur.* Idcirco geminum errorem a Plinio nunc admissum clamat Salmasius in libello quem inscripsit, Praef. in Plinium pag. 110. Primum, quod vocis στρουθός ambiguitate deceptus, de passeribus interpretatus est, quod de struthio herba dicere debuit, qua de egimus, XIX, 18. Alterum, quod virtutem eam dealbandi lina, quia ad passerem non poterat, ad heraclium papaver transtulit, quod struthii herbae proprium ac peculiare est. Sed ne hoc primum a Salmasio animadversum putes, id antea Herm. Barbarus, et Leonicenus Pliniomastix, id deinde Matthiolus in Diosc. IV, pag. 1061, id Dalecampius, in Nott. auctori nostro iam pridem obiecerant. Sed frustra omnes. Est enim ille tum Plinii mos, tum herbariorum omnium, ut non herbas modo, sed et animalia, resque surdas interdum, ac diversissimas in exemplum afferant. Quod si, ut nominis, ita et formae similitudinem aliquam cum passere στρούθιον herba habet, quid causae demum esse potest, cur non et cum eadem ave affinitatem habeat papaver heraclium, quod ei herbae simillimum ultro agnoscitur, quae cum ea ave quamdam cognationem formae ac nominis habeat? Sic enim in silvestris quoque papaveris genere, corniculatum unum dici Theophrastus ipse scribit, quod fructus inflexi, ut cornicula figurantur. Sic quum psyllium describunt herbarii, florea canonis capitibus similes pingunt: quum echion, vipereis: quum antirrhini fructum, vituliuis naribus: quum alectorolophon, cristis gallinaceis. Plura apud Collinutium vide, in defensione Plinii adversus Leonicenum, unde haec fere decerpsimus. Sunt et apud nos quae ab huiuscemodi affinitate numen vernaculum habent, *pied d'alouette, gueule de loup,* etc. H.

Radice. Theophr. Histor. IX, 13: Ῥίζαν δὲ λευκὴν ἐπιπόλαιον. Diosc. IV, 67: Ῥίζαν δὲ λεπτὴν ἐπιπλέον, lege ex Theophr. ἐπιπόλαιον: Sic ipse Diosc. IV, 66, radicem papaveris corniculati tradidit ἐξ ἐπιπολῆς φυομένην, per summa cespitum nasci. H.

Ex hoc lina splendorem, etc. Suspicor Plinium, quum apud auctorem, unde haec sumpsit, legisset papaver hoc foliis parvulis esse, similibus struthio, quo aestate lanae purgantur ab erioplytis, et candorem trahunt, nec assequutus τοῦ στρυθίου significatum esset, incogitanter vim purgandi lina tribuisse huic plantae. Dioscorides eius facultatis nusquam meminit. Dal. — *Ex hoc.* Sup. XIX, 4: *Est inter papavera genus quoddam, quo candorem lintea praecipuum trahunt.* H.

Tunditur. Hoc est, in mortario, ut alibi monuimus. H.

acetabuli mensura in vino albo; vomitionem enim facit. Medicamento, quod diacodion et arteriace vocatur, utilissimum. Fit autem huius papaveris aut cuiuscumque silvestris capitibus cxx in aquae celestis sextariis tribus biduo maceratis, in eademque discoctis: deinde saccatis, iterumque cum melle decoctis ad dimidias partes vapore tenui. Addidere postea drachmas senas croci, hypocisthidis, thuris, acaciae, et passi Cretici sextarium. Haec ostentatione: simplex quidem et antiqua illa salubritas papavere et melle constat.

LXXX. Tertium genus est tithymalon, mecona vo-

Comitialibus. Acetabuli mensura, inquit Diosc. l. c in aqua mulsa sumptum, vomitione purgat: privatimque huiuscemodi purgatio comitialibus prodest. Theophr. hoc tantum: Καθαίρει ἄνω ταύτης ἡ ῥίζα. Χρῶνται δέ τινες πρὸς τοὺς ἐπιλήπτους ἐν μελικράτῳ, ex mulso. H.

Diacodion. Διὰ κωδείων, hoc est, ex capitibus papaveris, est enim κώδεια papaveris caput. Compositionis huius concinnandae modos multiplices vide apud Galenum κατὰ τόπους cap. II, p. 535. H.

Arteriace. Est arteriace, omne medicamentum ad arteriae asperae vitia faciens, ut auctor est Aetius, term. VIII, cap. 51, p. 38. H.

Fit. Hic falli Plinium Dalecampius iterum asseverat: quod Dioscorides ex salivo tantum papavere diacodion concinnari dicat. Bene se res habet. Exhausisse naturam omnem, viresque singularum rerum attigisse, Dioscoridem unum putat. Quid igitur fiet Critoni medico, et qui Critonem sequitur, Galeno, qui lib. κατὰ τόπ. VII, 7, p. 535, ad arteriacam parandam κωδείας ἀγρίας desiderat? Quid Damocrati, cuius haec carmina apud eumdem exstant pag sq. Μήκωνος ἣν λέγουσιν οἱ γεηπόνοι Μήκωνα ἀγρίαν· οὐδὲ γὰρ πω σπείρεται. Κεφαλὰς ἔτι χλωρὰς, ἃς λέγομεν καὶ κωδύας. Quid denique Scribonio Largo, ut et Latinos afferam, qui Comp. med. XVIII: *Ad tumorem et raucitatem arteriae, et vocis abscissionem*, n. LXXIII. *Ad tumorem arteriae*, inquit, *papaveris silvatici iam maturi, viridis tamen adhuc, capita quam plurima vase fictili coniiciuntur, aquaque superfunditur*, etc. *Hoc medicamentum ad arteriae tumorem et ad tussim facit.* H.

Capitibus. Sequitur fere in arteriace paranda Herae medici placitum apud Galenum l. c. H.

Deinde. Id est, colatis. Sic Heras medicus apud Galen. l. c. pag. 563: καὶ διηθήσας, κ. τ λ. H.

Drachmas. Non singulorum, sed omnium simul generum Sic Heras, Damocrates, Soranus apud Galenum, l. c. H.

LXXX. *Tertium.* De quo Diosc. IV, 165: Ὁ δὲ παράλιος τιθύμαλος, ὃν ἔνιοι τιθυμαλίδα ἢ μήκωνα ἐκάλεσαν. Dicitur de eo rursum lib. XXVI,

cant, alii paralion, folio lini, albo, capite magnitudinis fabae. Colligitur uva florente. Siccatur in umbra. Semen potum purgat alvum, dimidio acetabulo in mulso. Cuiuscumque autem papaveris caput viride, vel siccum, illitum epiphoras oculorum lenit. Opium ex vino meraculo si protinus detur, scorpionum ictibus resistit. Aliqui hoc tantum nigro tribuunt, si capita eius vel folia terantur.

LXXXI. (xx.) Est et porcilaca, quam peplin vocant, non multum sativa efficacior; cuius memorabiles usus traduntur. Sagittarum venena, et serpentium haemorrhoidum et presterum restingui: pro cibo sum-

41. In Indice quoque Reg. 4, etc. paralium vocatur. H. — *Euphorbia Paralias* (*Dodec. trigyn.* Linn. *Euphorb.* Juss.) En. P.

Folio. Prius legebatur, *folio laevi.* In MSS. Reg. Colb. etc. *folio leui.* Nos intrepide *lini* rescribimus, a Dioscoride admoniti, cuius haec oratio est, in describendo tithymalo paralio lib. IV, 165, φύλλα ἐοικότα λίνῳ. H.

Capite magnitudinis fabae. Capite in caulis summo rotundo, in quo fructus ervi magnitudine, colore varius: flos albus. Dal. — *Magnitudinis.* Capite inquit Diosc. l. c. in cacumine orbiculato, in quo semen ervi simile continetur: Κεφαλὴν δὲ ἐπ' ἄκρου περιφερῆ, ἐν ᾗ ὁ καρπὸς ὡς ὄροβος. Est autem faba, quemadmodum ervum, plane rotunda, ut diximus, XVIII, 30. H.

Colligitur uva florente. Theophr. Hist, IX, 12. H.

Semen. Dioscor. l. c. πλῆθος ἡμισους ὀξυβάφου ποτιζόμενα. H.

LXXXI. *Est.* Ita MSS. omnes, tum hoc loco, tum in Indice huius libri. Editi, *est et portulaca, quam peplion.* Hippocrates tamen peplion vocat, inquit Oribas. XII, p. 211. H.

Quam peplin vocant Temere Plinius silvestrem portulacam eiusdem generis ac naturae cum sativa, nisi quod spoute provenit, confundit cum peplio herba diversissima, ideo tantum, quod peplion agrestem portulacam nonnulli vocaverunt. Quidam legunt *telephion*, quoniam sedum tertium acre et hulcerans Dioscorides, et agrestem portulacam nominari scribat, et telephium. Dal. — *Euphorbia Peplis.* En. P.

Non multum sativa efficacior. Quod sane mirum: quoniam in reliquis fere herbarum generibus, vis efficacior silvestribus est. Sativa certe, sive hortensis, ac domestica, quae ἀνδράχνη Dioscoridi II, 150, ut diximus lib. XIII, 40, vulgatissima est, *le pourpier, le pourpier doré.* Silvestris angustifolia, visa a nobis in horto Regio, a Dodonaeo pingitur pag. 650. De ea Diosc. in Nothis: Ἀνδράχνη ἀγρία... οἱ δὲ τηλέφιον, Ῥωμαῖοι πορτουλάκαμ, etc.

pta, et plagis imposita, extrahi. Item hyoscyami, pota e passo expresso succo. Quum ipsa non est, semen eius simili effectu prodest. Resistit et aquarum vitiis, capitis dolori, hulceribusque, in vino tusa et imposita. Reliqua hulcera commanducata cum melle sanat. Sic et infantium cerebro imponitur, umbilico- 2
que prociduo. In epiphoris vero omnium, fronti temporibusque cum polenta. Sed ipsis oculis, e lacte et melle. Eadem, si procidant oculi, foliis tritis cum corticibus fabae. Pustulis cum polenta et sale et aceto. Hulcera oris tumoremque gingivarum commanducata cruda sedat: item dentium dolores. Tonsillarum hulcera, succus decoctae. Quidam adiecere paulum myrrhae: nam et mobiles dentes stabilit commanducata. Cruditates sedat, vocemque firmat, et sitim arcet.

Et. Ad haemorrhois, dipsadisque morsus, portulacam pariter commendat Diosc. In Theriac. cap. 30. Est autem prester serpentis genus non absimile, de quo Lucanus lib. IX, v. 722: *Oraque distendens avidus spumantia Prester.* H.

Resistit et aquarum vitiis. Prohibet ne aquae potae noceant. H.

Capitis. Impositam cum polenta capitis dolori Dioscor. mederi dixit II, 150: Καταπλασσομένη μετὰ ἀλφίτων κεφαλῆς ἀλγήμασι καὶ ὀφθαλμῶν φλεγμοναῖς, καὶ ταῖς ἄλλαις, καὶ στομάχου πυρώσεσι, etc. H.

Sic et infantium cerebro imponitur. Inflammato videlicet seiriasi morbo. Dal.

Procidant oculi, etc. Sic ex MSS. Hard. cons. Cb. *procident prodest fol.* Gr. et al. Ed. P. — *Si.* Subintellige, *tunc imponitur,* ex antecedentibus. Oculorum procidentia, morbus est uveae tunicae prociduae, ab erosiona aut ruptura corneae. Celsus VI, 6: *Nonnumquam,* inquit, *ingens inflammatio erumpit tanto impetu, ut oculos sua sede propellat: πρόπτωσιν id, quoniam oculi procidant, Graeci appellant.* Scrib. Larg. Comp. XXVII: *Vastus tumor, quem quia a loco interdum videtur propellere oculum, πρόπτωσιν vocant.* H.

Cum polenta et sale, et aceto. Eruptionibus papularum in capite, cum vino. Diosc. Dal.

Gingivarum. Quin *si ex gingivis sanguis exit,* inquit Celsus IV, 4, portulacam manducasse satis est. H.

Dentium. Stuporem, inquit Diosc. l. c. αἰμωδίαν, et Galen. de Fac. simpl. med. IV, 43, post Arist. s. 4, probl. 38. Marc. Empir. c. XII: *Portulaca assidue commanducata, stridorem dentium tollit.* H.

Commanducata. Cruditates. Chiffl. *manducata. Cruda.* Ed. P.

Et sitim. Auctor Geopon. XII, 42: Τὸ δὲ φύλλον ὑποτιθέμενον τῇ γλώττῃ.

Cervicis dolores, cum galla, et lini semine, et melle, pari mensura sedat. Mammarum vitia, cum melle, aut Cimolia creta. Salutaris est suspiriosis, semine cum melle hausto. Stomachum in acetariis sumpta corroborat. Ardentibus febribus imponitur cum polenta. Et alias manducata refrigerat etiam intestina. Vomitiones sistit. Dysenteriae et vomicis estur ex aceto, vel bibitur cum cumino. Tenesmis autem cocta, et comitialibus cibo vel potu prodest. Purgationibus mulierum, acetabuli mensura in sapa. Podagris calidis, cum sale illita, et sacro igni. Succus eius potus renes iuvat, ac vesicas. Ventris animalia pellit. Ad vulnerum dolores ex oleo cum polenta imponitur. Nervorum duritias emollit. Metrodorus qui ἐπιτομὴν τῶν ῥιζοτομουμένων scripsit, purgationibus a partu dandam censuit. Venerem inhibet, Venerisque somnia. Praetorii viri pater est, Hispaniae princeps, quem scio propter impatibiles uvae morbos, radicem eius filo suspensam e collo gerere, praeterquam in balineis: ita liberatum incommodo omni. Quin etiam inveni apud auctores, caput illitum ea distillationem anno toto non sentire. Oculos tamen hebetare putatur.

ἀδιψοτέρους ποιεῖ. *Folium eius linguae subditum sitim arcet.* Hard.

Stomachum. Marcell. xx, *Portulaca,* inquit, *coquitur diligentissime: et coctum bene edetur ex aceto, ab eo qui stomachum dolebit, vel vitiosum habebit: citò proderit.* Hard.

Ardentibus. In febribus etiam potu prodesse scribit Diosc. loc. cit. Impositam ventri et hypochondriis, aestuantes iuvare plurimum in febribus hecticis. Galen. de Fac. simpl. med. VI, 159. Hard.

Imponitur cum polenta. Ventri et hypochondriis. Diosc.

Et alias. Sic etiam Diosc. II, 150. Hard.

Dysenteriae. Hoc est, cruentis excreationibus: πρὸς αἵματός τε πτύσιν, καὶ δυσεντερίας. Dioscorid. II, 150. Cels. IV, 15, inter dysenteriae remedia, afferi et illud: *Portulacam vel coctam, vel ex dura muria edisse.* Hard.

Purgationibus. Profluvio mulierum sistendo, commendat Galenus, l. c. H.

Ventris. Diosc. l. c. ἕλμινθας στρογγύλας, *teretes lumbricos.* H.

Praetorii. Licinii Caecinae, de quo superius, cap. 76. Hard.

LXXXII. Coriandrum inter silvestria non invenitur. Praecipuum tamen esse constat Aegyptium. Valet contra serpentium genus unum, quod amphisbaenas vocant, potum impositumque: sanat et alia vulnera. Epinyctidas, pustulas, tritum. Sic et omnes tumores collectionesque cum melle, aut uva passa. Panos vero ex aceto tritum. Seminis grana tria in tertianis devorari iubent aliqui ante accessionem: vel plura illini fronti. Sunt qui et ante solis ortum cervicalibus subiici efficaciter putent. Vis magna ad refrigerandos ardores viridi. Hulcera quoque, quae serpunt, sanat cum melle vel uva passa: item testes, ambusta, carbunculos, aures: cum lacte mulieris epiphoras ocu-

LXXXII. *Coriandrum.* Non est, inquit, silvestris coriandri forma dispar a sativo, nec sunt vires diversae. Alias enim et sponte sua provenit in pratis, campestribusque locis. Et Nicander in Ther. pag. 63, adversus serpentes et scorpiones, laudat inprimis καρπὸν ὀριγενοῦς κορίοιο, montani coriandri semen. Nicandri Schol. sativum a silvestri quibusdam notis secernit: sed nemine ipsi, quod quidem sciam, suffragante. Nostris aeque, ac Latinis, *coriandre.* Pingitur a Dodonaeo, pag. 300. Haso. — *Coriandrum sativum* (*Pentad. digyn.* gen. 552 W. *Ombellif.* Juss.) En. P.

Inter silvestria non invenitur. Satu tantum, non sponte, nascitur. Nuper tamen silvestre repertum in Hispania. Dalec.

Epinyctidas. Diosc. III, 74, sanari has ait, coriandro, cum melle et uva passa, imposito. Hard.

Sic. Plin. Val. iisdem verbis, VI, 4, de testium privatim tumoribus, Th. Prisc. I, 24. Hard.

Panos. Dioscor. loc. cit. panos ait et strumas discutere cum faba fresa, μετὰ ἐρεγμοῦ. Harn.

Seminis. Plin. Valer. l. c. H.

Sunt. Plin. Valer. l. c. H.

Vis magna. Dioscor. III, 74: Δύναμιν ἔχει ψυκτικήν. Hard.

Hulcera. Plin. Val. l. cit. ad verbum. Addit (vid. infra) Dalecampius ex Dioscoride, etiam ignes sacros coriandro sanari, cum pane aut polenta. At eo nomine reprehendi Dioscoridem a Galeno de Fac. simpl. med. VII, pag. 174, bonus medicus nescivit. Id igitur a Plinio caute praetermissum. Haso.

Quae serpunt. Herpetas et ignes sacros sanat cum pane aut polenta: item testes inflammatos. Dioscorid. Dalec.

Item. Plin. Valer. l. c. H.

Ambusta. Igneas videlicet summae cutis inflammationes. Dioscorides πυρώδεις φλεγμονὰς κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν. Dalec.

Cum. Plin. Val. l. c. et I, 14: *Coriandrum viride tritum, et mixtum laete mulieris, super tumorem oculo-*

lorum: ventris et intestinorum fluxiones semen ex aqua potum. Bibitur et in choleris cum ruta. Pellit animalia interaneorum, cum mali punici succo et oleo semen potum. Xenocrates tradit rem miram, si vera est: menstrua contineri uno die, si unum granum biberint feminae: biduo, si duo: et totidem diebus, quot grana sumpserint. Marcus Varro, coriandro subtrito cum aceto, carnem incorruptam aestate servari putat.

LXXXIII. Atriplex et silvestre, et sativum est. Pythagoras, tamquam faceret hydropicos, morbosque regios, et pallorem, concoqueretur difficillime: ac ne in hortis quidem iuxta id nasci quidquam, nisi languidum, culpavit. Addidere Dionysius et Diocles, plurimos gigni ex eo morbos: nec nisi mutata saepe aqua coquendum: stomacho contrarium esse, lentigines et papulas gignere. Miror, quare difficulter in Italia id nasci tradiderit Solon Smyrnaeus. Hippocrates vulva-

rum inunges: et statim sanat. Habet eadem Marc. Emp. c. VIII. HARD.

Ventris. Plin. Valer. ad verbum, IV, 4. HARD.

Pellit. Lumbricos videlicet. Ita Dioscor. III, 74, et Plin. Valer. l. cit. Apul. cap. CII, tit. 4, infundi clysteribus iubet. H.

Xenocrates. Haec Plin. Val. iisdem verbis, l. cit. H. — *Miram.* Hanc vocem omittunt Gr. et al. Eo. P.

LXXXIII. *Atriplex.* Dioscor. II, 145: Ατράφαξις, οἱ δὲ χρυσολάχανον. Cael. Aurel. Chron. V, 11: *Atriplex, quam Graeci ἀνδράφαξιν vocant.* Genera sedecim diversa in horto Regio observata a nobis. Sativam Galli vocant *arroche* et *bonne dame.* Iconem sativae apud Lobelium videsis in Obss. p. 127; silvestrium apud Matthiolum, p. 460, 461, 462. H.

Hippocrates. De Morb. mul. II, text. 57, pag. 588: Μητρέων ὀδύνης ἔγχυτον· ἢν ὀδύνη μοῦνον ᾖ ἀπερχνὴ καὶ βίαιος, ἀχλὺς ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἔνι· καὶ οὐκ ἔξεισι τὸ πνεῦμα, ἀλλ' αὐτόθι μένει· κακόν. Δεῖ οὖν οὕτως θεραπεύειν. Ἀνδραφάξιος ἀγρίης καρπὸν, καὶ τεῦτλα τρίψας ἁμοῦ λεῖα, χλιήνας τε ἔγχεον ἐς τὰς μήτρας. *Ad dolorem uterorum medicamentum quod infundi debet. Si dolor solum fuerit vehemens ac violentus, caligo in uteris inest, nec flatus exitum habet, sed manet ibi. Malum. Oportet igitur sic curare: atriplicis silvestris semen, et betas, simul trita ac tepefacta in uterus infundito.* Haec vulvarum vitia, quam falso Dalecampius, et medicus Iamen, inflammationem uteri

rum vitiis id infundit cum beta. Lycus Neapolitanus contra cantharidas bibendum dedit. Panos, furunculos incipientes, duritias omnes, vel cocto, vel crudo utiliter illini putavit. Item ignem sacrum, cum melle, aceto nitroque: similiter podagras. Vngues scabros detrahere dicitur sine hulcere. Sunt qui et morbo regio dent semen eius cum melle, arterias et tunsillas nitro addito perfricent, alvum moveant: cocto vel per se, vel cum malva aut lenticula, concitantes vomitiones. Silvestri capillos tingunt, et ad supra scripta utuntur.

LXXXIV. (xxi) E contrario in magnis laudibus malva est utraque, et sativa, et silvestris. Duo genera earum amplitudine folii discernuntur. Maiorem Graeci malopem vocant in sativis. Alteram ab emolliendo ventre dictam putant malachen. E silvestribus, cui grande folium et radices albae, althaea vocatur, ab

interpretatus sit, ex Hippocrate liquet, cui similia Plinius refert. H.

Panos. Haec deinceps verbis iisdem Plin. Val. IV, 7; Galen. de Fac. simpl. med. VI, p. 161. H.

Item. Plin. Val. l. c. de atriplice: *Ignes sacros sedat: podagrae fervorem cum nitro et aceto, et cum melle restinguit.* H.

Vngues. Plin. Val. l. c. H.

Sunt. Vt Dioscor. II, 145; Galenus loco mox citato. H.

Scripta Sic ex MSS. Hard. Vet. et Chiffl. *dicta* Gr. et Al. Ed. P.

LXXXIV. *Malva.* Salva, quae et hortensis appellatur, flore simplici, in Eystetensi horto: eadem malva maior unicaulis, apud Matthiolum, p. 457. A colore florum roseo nostris dicitur, *rose d'outremer*, vel *tremière.* Hard.

Duo. Duo sativae genera, totidem silvestris. Hard.

Maiorem. Quae malva hortensis, multiplici flore apud Dodon. H.

Malopen. In margine Varior. ex Athen. *molochen.* Ed. P.

Alteram. E sativis scilicet: quae malva hortensis prior Dodonaei, p. 641. Hard.

Ab emolliendo. Μαλάχην Graeci dicere, ἀπὸ τοῦ μαλάσσειν, a ventre molliendo. Vnde Martialis Epigr. III, 89: *Vtere lactucis, et mollibus utere malvis; Nam faciem duram, Phoebe, cacantis habes.* Forte dictum in Vespasianum, qui erat vultu veluti nitentis, inquit Suet. in eius vita, cap. 20. Schola Salernitana: *Dixerunt malvam veteres, quod molliat alvum*, etc. Hard.

Et radices. Intus albae, ῥίζαν λευ-

excellentia effectus: a quibusdam plistolycia. Omne
2 solum, in quo serantur, pinguius faciunt. Huic contra omnes aculeatos ictus efficax vis, praecipue scorpionum, vesparum, similiumque, et muris aranei. Quin et trita cum oleo qualibet earum peruncti ante, vel habentes eas, non feriuntur. Folium impositum scorpionibus torporem affert. Valent et contra venena:

κὴν ἔνδοθεν, inquit Diosc. III, 163. Sed dum is folia althaeae attribuit, quae sint ut cyclamino rotunda, φύλλα περιφερῆ ὥσπερ κυκλάμινος, et caeteris adversatur, nec visam a se althaeam prodit. H.

Althaea vocatur, ab excellentia effectus: a quibusdam aristalthaea, (Sic Gron. et al. ante Hard.) E vet. cod. scribo: *althaea vocatur: quibusdam plistolochia.* Porro *althaeam* vocatam esse alio nomine plistolochiam Plinius supra ostendit hoc ipso libro, cap. 4, his verbis: *Pastinacae simile hibiscum, quod molochen agriam vocant; aliqui plistolochiam.* Molochen autem idem esse et Dioscor. III, et Theophr. IX, auctores sunt. Hermolaus tamen *aristalthaeam* vocem, ut nos putamus, adulterinam et commentitiam, in Corollario in Dioscor. agnoscit pro vera et legitima a Plinio tantum desumptam; perperam, ut censemus. Certe in exemplari nostro *plistolochia*, non *aristalthaea*, legitur, et neque Dioscorides, neque Galenus, Paulusve, medicorum aut quod sciam ullus, eius vocis meminit. Pinr. — Dioscorid. loc. citat. Ἀλθαία.... ἔνιοι δὲ ἰβίσκον καλοῦσι, μαλάχης ἐστὶν ἀγρίας εἶδος.... Ὠνόμασται δὲ ἀλθαία, διὰ τὸ πολυαλθὲς καὶ πολύχρηστον αὐτῆς. Apuleius cap. XXXVIII: *Graecis appellatur althaea; alii althaean rhizan, alii elaeomolochen, alii molochen agriam.... Itali ibiscum vocant.* Ibiscus Dodonaei est, pag. 644. Nostris *guimauve*. Capitulare de Villis, cap. 70, *Bismalvas, hoc est, olteas.* H.

Ab excellentia. Διὰ τὸ πολυαλθὲς, ut ait Diosc. a verbo ἀλθαίνω, sive ἀλθέω, medeor, curo, sano. H.

Plistolycia. Πλιστολυχία, forte quod instar lycii medicamenta praebeat plurimi effectus. Alii πλιστολοχία malunt: quo nomine et altera nominatur herba, XXV, 54. In Reg. 1, 2, Colb. 2, Chiffl. *plitolicia.* In Indice *plistolocia.* Interpolatores *aristalthaea* hic scripsere, nempe ex Diosc. H.

Huic contra. Haec Diosc. totidem verbis, loc. citat. Theodor. Prisc. I, 22, de apum percussibus, vel scorpionum, etc. H. — *Efficax.* Sic Vet. et Chiffl. *efficacior* Gron. et al. ante Hard. Ed. P.

Quin. Habet eadem Nicander in Ther. pag. 7. Descripsit ab eodem etiam Diosc. II, 144. H.

Qualibet earum, etc. Nempe silvestrium. H.

Valent. Sic libri omnes editi. In MSS. Reg. 1, Colb. 1, 2: *Valent et contra phystim venena.* In Reg. 2: *et contra psitim venena.* Vt legi videatur oportere: *Valent et contra presterum venena.* Est enim prester e serpentium genere, quarum de venenis in praesenti agitur. Vel certe: *Valent et contra psimmithii venena,*

aculeos omnes extrahunt illitae crudae cum nitro: potae vero decoctae cum radice sua, leporis marini venena restinguunt, et, ut quidam dicunt, si vomatur. De eisdem mira et alia traduntur. Sed maxime, si quotidie quis succi ex qualibet earum sorbeat cyathum dimidium, omnibus morbis cariturum. Hulcera manantia in capite sanant in urina putrefactae, lichenas et hulcera oris cum melle. Radix decocta, furfures capitis et dentium mobilitates. Eius, quae unum caulem habet radice circa dentem qui doleat pungunt, donec desinat dolor. Eadem strumas et parotidas panosque, addita hominis saliva, purgat citra vulnus. Semen in vino nigro potum a pituita et nauseis liberat. Radix mammarum vitiis occurrit, adalligata in 4
lana nigra. Tussim in lacte cocta, et sorbitionis modo sumpta, quinis diebus emendat. Stomacho inutiles Sextius Niger dicit. Olympias Thebana, abortivas esse

hoc est, cerussae: nam contra cerussam epotam, valere malvae cum radicibus decoctum, auctor est Diosc. II, Εὐπορ. cap. 163, pag. 125: Ψιμμιθίου δὲ ποθέντος... μολόχης ἀφέψημα σὺν ταῖς ῥίζαις. Hard.

Potae. Plin. Val. III, 54. Avicenna tit. II, lib. IV, pag. 201, semen althaeae laudat, contra venenum leporis marini. Alibi iuvare ait et malvae cauliculos, et althaeae folia recens elixata. Caules cum radice, Dioscor. Εὐπ. II, 156, p. 123. H.

Et ut. Hos sequutus Aelius, serm. XIII, cap. 53, de iis qui leporis marini venena sentiunt: *His*, inquit, *lac asininum recens mulctum cum passo assidue praebeatur: aut si hoc non adsit, bubulum, aut malvae decoctum, indeque confestim vomant*, etc. Dioscor. quoque II, 144. H.

Hulcera. Diosc. II, 144, et Marc. Emp. cap. IV: *Malva erratica cum urina humana, id est, puerili, trita et imposita, valde siccat capitis humores.* De capitis hulceribus ibi sermo. H.

Radix. Diosc. loc. cit. Q. Seren. cap. IV: *Porrigini depellendae. Est insensibilis morbus, sed noxia forma, Quum caput immensa pexum porrigine niugit, Copia farris uti frendentibus edita saxis: Hunc poterit malvae radix decocta levare.* H.

Eius. Plin. Val. IV, 5: *Radix unius caulis*, inquit, *admota denti, pellit dolorem.* Haec malva maior unicaulis Matthioli, de qua superius dictum est. Hard.

Radix. Plin. Val. IV, 5. H.

Tussim. Malvam in cibo commendat pariter ad tussim Celsus, IV, 4. Hard.

Sextius. Et qui Sextium transcribit

cum adipe anseris: aliqui purgari feminas, foliis earum manus plenae mensura in oleo et vino sumptis. Vtique constat parturientes foliis substratis celerius solvi: protinus a partu revocandum, ne vulva sequatur. Dant et succum bibendum parturientibus ieiunis, in vino decoctae hemina. Quin et semen adalligant brachio, genitale non continentium: adeoque eae Veneri nascuntur, ut semen unicaulis aspersum genitali, feminarum aviditates augere ad infinitum Xenocrates tradat: itemque tres radices iuxta adalligatas, tenesmo et dysentericis utilissime infundi: item sedis vitiis, 5 vel si foveantur. Melancholicis quoque succus datur cyathis ternis tepidus: et insanientibus, quaternis. Decoctae comitialibus heminae succi. Iis et calculosis, et inflatione, et torminibus, aut opisthotonico laborantibus, tepidus illinitur. Et sacris ignibus, et ambustis, decocta in oleum folia imponuntur: et ad vulnerum impetus cruda cum pane. Succus decoctae nervis prodest, et vesicae, et intestinorum rosionibus.

etsi eumdem in praefatione vituperat, Dioscor. II, 144: Κακοστόμαχος δὲ καὶ κόκκιλος, etc. Plin. Val. IV, 5: *Olympias Thebana abortivas esse putat malvas cum adipe anserino genitali parti subiectas. Sextius Niger et Dioscorides stomacho inutiles arbitrantur.* Hard.

Protinus a partu. Removendum a parta medicamentum. H. — *Solvi, protinus a partu revocandum.* Vel. apud Dalec. *solvi, sed protinus a partu revocanda.* Ed. P.

Genitale. Seminis profluvio laborantium. Genitale pro semine accipi monuimus c. 53. H.

Semen. Malvae maioris unicaulis, de qua dictum est superius. Plin. Val. IV, 5, de radice malvae unius caulis: *Eadem femori alligata stimulat Venerem.* Hard.

Item. Diosc. II, 144. H.

Et. Althaeae hanc vim Diosc. attribuit, III, 163; quam et ad haec morborum genera efficaciorem esse reliquis, Plinius ipse, mox tradit. Erysipelatis sanandis malvam idem commendat, II, 144. H.

Et ambustis. Plin. Val. III, 36: *Ambustis sanandis: Malvae folia ex aqua decoquuntur, et ex ea aqua foventur combusta.* Diosc. item, II, 144. Theodor. Prisc. I, 17: *De ustione calidae, vel ignis... Malvarum folia elixa, et cum oleo superintrita impones.* Hard.

Succus decoctae. Dioscor. II, 144; Apul. cap. xl, tit. 1, ad vesicae

Vulvas et cibo et infusione emollit in oleo: succus decoctae pori meatus suaves facit. Althaeae in omnibus supra dictis efficacior radix: praecipue convulsis ruptisque. Cocta in aqua alvum sistit. Ex vino albo strumas, et parotidas, et mammarum inflammationes, et panos in vino folia decocta et illita tollunt. Eadem arida in lacte decocta, quamlibet perniciosae tussi citissime medentur. Hippocrates vulneratis, sitientibusque defectu sanguinis, radicis decoctae succum bibendum dedit: et ipsam vulneribus cum melle et resina: item contusis, luxatis, tumentibus, et musculis, nervis, articulis imposuit: et asthmaticis ac dysentericis in vino bibendum dedit. Mirum, aquam 6

dolorem; et til. 2, ad nervorum dolorem H.

Et infusione. Clysteribus. Alii *insessione* legunt, invitis MSS. Diosc. l. c. Τὸ δὲ ἀφέψημα αὐτῆς μαλακτικὸν ἐγκάθισμα ὑστέρας· εἴς τε ἐνείματα πρὸς δηγμοὺς ἐντέρων καὶ μήτρας, καὶ δακτυλίου ἀρμόδιον. *Eius decoctum insessione vulvas emollit: quin et ad intestinorum, vulvae, sedisque rosiones, commode infunditur.* H.

Pori. Ita libri editi cum Colb. 1. At Reg. 1 et Colb. 1, cum Chiffl. *Permeatus.* Vrinae credo meatum intelligit: nam vesicae utiles malvae caules esse prodidit Diosc. l. c. οἱ καυλοὶ κύστει ὠφέλιμοι. H.

Althaeae.... efficacior. Plin. Valer. IV, 5. H.

Ex vino. Diosc. III, 163: Εψηθεῖσα γὰρ ἐν μελικράτῳ ἢ οἴνῳ.... ποιεῖ πρὸς τραύματα, παρωτίδας, χοιράδας, ἀποστήματα, μαστοὺς φλεγμαίνοντας, etc. Hard.

Inflammat. MSS. *inflationes*, quod fere idem valet: quum ex inflatione inflammatio fere consequi soleat. Th. Prisc. in Gynaeciis, sive lib. III, 1: *Mamillas cum tensione tumentes vel dolentes, quod post partum mulieribus quam maxime evenire consuevit, quas ex eo etiam gravis dolor inquietat* etc. Et mox: *Si indignatio illa his minime potuerit prohiberi, et lactis aggregatio maximum fervorem locis incusserit*, etc. H.

Et panos. Ita Galen. de Fac. simpl. med. VI, p. 170: Πεπτικὴ φυμάτων δυσπέπτων, panos difficiles concoquit, sive discutit. H.

Defectu sanguinis. Atrophia videlicet. Dal.

Nervis. Ad nervos articulosque vulneratos althaeae radicem Galenus commendat, κατὰ γένη, III, 7. H.

Et asthmaticis. MSS. Reg. et Colb. *Imposuit, ut supra: spasticis, dysentericis*, etc. De dysentericis subscribunt Diosc. III, 163, et Galenus de Fac. simpl. med. VI, 5, pag. 170. Hard.

Mirum. Diosc. III, 163: Πήγνυσι δὲ ἡ ῥίζα καὶ ὕδωρ, μιγεῖσα λεῖα, συνεξαιθριασθεῖσα. Accepit a Theophr. ex Hist IX, 19. H.

radice ea addita addensari sub dio, atque lactescere. Efficacior autem, quo recentior.

LXXXV. Nec lapathum dissimiles effectus habet. Est autem et silvestre, quod alii oxalidem appellant, sapore proximum, foliis acutis, colore betae candidae, radice minima: nostri vero rumicem, alii lapathum cantherinum, ad strumas cum axungia efficacissimum. Est et alterum genus fere, oxylapathon vo-

Sub dio. MSS. omnes, *sub divo.* H. — *Lactescere.* Vet. ap. Dalec. *lentescere.* Ed. P.

Efficacior autem, etc. Nam peptica et malactica vis spatio temporis alongnescit. Dal.

LXXXVI. *Nec lapathum*, etc. Non hoc dicit, lapathum herbam esse silvestrem, sed praeter sativum esse etiam aliud lapathi genus silvestre. Quare melius legitur adiecto, *et: Est autem et silvestre.* Gelen. — *Nec.* Hortense videlicet, Dodonaei lapathum sativum, p. 637. Gallis, *la patience.* H.

Est. Id esse quod gallicum vulgus oxalim adhuc imitatione graeca nuncupat, aliqui *ozellam*, *l'oseille*: alii *vinetam*: e recentioribus herbariis plerique asseverant: quibus ut assentiar, vehementer laboro: quum absit ab ozellae foliis color betae candidae: sunt enim e nigro viridia. De hoc genere Diose. II, 140: Εστι δὲ καὶ τέταρταν εἶδος, ὃ ἔνιοι ὀξαλίδα, ἢ ἀναξυρίδα, ἢ λάπαθον καλοῦσι. H.

Sapore. Sic ex MSS. Harduin. cons. Chiff. *sativo proximum* Gronov. et al. Ed. P.

Nostri. Quum in hortis seritur. Sed et alii rumicem silvestre lapathum nominarunt: ut Plin. Val. lib. I, cap. 38. Haad.

Rumicem. Supra lib. XIX, cap. 12. Lapathum sativum rumex dicitur, non silvestre. Dalec.

Lapathum. Forte quod cantheriis, hoc est, iumentis pabulo datur. Sic hordeum cantherinum vocat Columella lib. II, c. 9, p. 55, quod et animalia quae ruri sunt melius quam triticum, et hominem salubrius quam malum triticum pascit. H.

Ad strumas. Num mutata interpunctione legi in hunc modum oporteat, *lapathum cantherinum. Ad strumas cum axungia efficacissimum est et alterum genus fere*, etc. scrupulum Apuleius iniicit. Is enim, tom. I, c. 33: *Si qua duritia in corpore: Herba oxylapathon*, inquit, *cum axungia vetere pisata, et cum pane domestico facta quasi malagma, et imposita mirifice sanat.* Sed oxylapathum is pro oxalide accepit haud dubie, quam et oxylapalin appellari prodidit Scholiastes Nicandri in Theriac. pag. 89: Οξαλις, καὶ ὀξυλάπαλις, καὶ ἀναξυρὶς καλεῖται. H.

Est et. Ita libri omnes: nequidquam *feri*, hoc est, silvestris, reponere tentante Pintiano. Fere hoc genus alterum recte a Plinio dicitur, quod sit nempe sativo, etiam quam illud quod est proxime antea memoratum, similius, affiniusque: vix ut diversi generis esse putes. H.

Oxylapathon Id ei nomen ob acu-

cant, sativo idem similius, et acutiora habet folia ac rubriora, non nisi in palustribus nascens. Sunt qui hydrolapathon tradunt in aqua natum. Est et aliud hippolapathon maius sativo, candidiusque, ac spissius. Silvestria scorpionum ictibus medentur, et ferire prohibent habentes. Radix aceto decocta si coletur, succus dentibus auxiliatur: si vero bibatur, morbo regio. Semen stomachi inextricabilia vitia sanat. Hippolapathi radices privatim ungues scabros detrahunt.

tiora folia datum: ob id officinae nostrates *lapathum acutum* nominant. *Grandem oxillam* officinae dicunt: vulgus parellam, *parelle*. Lapathum silvestre seu oxylapathum Dodonaei est, p. 637. H.

Sunt. Hanc hippolapathio congenerem herbam esse nemo diffitebitur, quum aquarum vernacula et ea sit, ambaeque paludibus exsiliant: sed oleribus repudiatur. Galen. de Fac. simpl. med. lib. VII, p. 201: Ἱππολάπαθον ἐν ὕλαις γεννᾶται. H.

Est et aliud. A folii amplitudine id nomen sortitur: ἵππος enim in compositione amplitudinem supra modum designat. Hoc genus plerique Rhabarbarum Monachorum nominant, quod eius radice rhabarbari loco nonnulli utuntur. Sic Anguillara, part. 7, p. 110. Pingitur a Dodonaeo, p. 637. H.

Silvestria. Seu semen, seu radix decocta bibantur. Diosc. lib. II, c. 140. Hard.

Radix. Si per vas aliquod aut linteolum paucillatim stillatimque exprimatur. — *Si colluatur*, aliqui legi malunt, ad differentiam bibiti. Sequitur enim, *si vero bibatur, morbo regio.* Favere ei coniecturae Marcell. Empir. videtur c. XII: *Lapathi radix*, inquit, *in aceto acerrimo coquitur, atque eo aceto dentes colluuntur, vel foventur.* Plinius Valer. lib. I, c. 38: *Agrestis lapathi, quod alii rumicem dicunt, radix.... cum aceti cyathis quinque cocta, in ore aceto tento; dolorem dentium tollit.* Diosc. quoque lib. II, c. 140: Παρηγοροῦσι δὲ.... ὀδοντάλγιαν ἑψηθεῖσαι ἐν οἴνῳ, καὶ διακλυζόμεναι. Nihilominus omnium exemplarium, quae videre licuit, fidem sequutus, nihil muto. Colsri enim radicis succum oportere Plinius ait ad utrumque medicamentum: sive ad dentium dolorem leniendum, quos eo colluti necesse est: sive ad potum, regio morbo pellendo. Plin. Val. lib. II, c. 59: *Lapathi radices conteres ex vino austero, colabisque, et potui dabis: mire auruginem tollit.* Haso.

Morbo. Plin. Valer. lib. II, cap. 59, et Diosc. l. c. Item Africanus in Geop. lib. XII, c. 38. H.

Semen. Stomachi tantum fastidia, ἄπην στομάχου, semine poto depelli Dioscorides prodidit l. c. H.

Hippolapathi. Plin. Val. IV, cap. 8, *de lapatho: Scabros ungues sine iniuria detrahit.* Theod. Prisc lib. I, c. 30: *Scabiosos, veluti elephantiosos, si quis forte ungues habuerit... lapathi agrestis radix in aceto cocta et con-*

Dysentericos semen duabus drachmis in vino potum liberat. Oxylapathi semen lotum in aqua caelesti, sanguinem reiicientibus adiecta acacia lentis magnitudine prodest. Praestantissimos pastillos faciunt ex foliis et radice, addito nitro et thure exiguo. In usu aceto diluunt.

LXXXVI. Sed sativum in epiphoris oculorum illinunt frontibus. Radice lichenas et lepras curant. In vino vero decocta, strumas, et parotidas, et calculos. Pota vino et lienes illita, coeliacos aeque, et dysentericos, et tenesmos: ad eademque omnia efficacius

trita curat. Et Dioscorides, lib. II, c. 140, λειχῆνας, ὄνυχας λεπρούς. H.

Dysentericos. Plin. Valer. l. c. et Diosc. Πίνεται ὠφελίμως μεθ' ὕδατος ἢ οἴνου πρὸς δυσεντερίας. Galen. quoque de Fac. simpl. med. lib. VII, p. 204. H.

Pastillos. Τροχίσκους Graeci vocant ab orbiculari forma. Pastilli medicis arida sunt medicamenta, contrita humore non pingui, aut vino vel aceto incocta, quae a coctione rursus inaruerunt: quae, quum utendum sit, subinde eiusdem generis humore diluuntur, deinde vulneribus illinuntur: non autem imponuntur, ut emplastra. Ita Budaeus. Hard.

LXXXVI. *Radice meliceridas et lepras curant.* Agnosco *meliceridas*, lib. XXI, cap. 20 extremo. Psellus περὶ καινῶν ὀνομάτων τῶν ἐν νοσήμασιν· Μελικηρίς, ἀπόστημα σώματι χλιαρῷ ἐοικός. Sed hic quatuor scripti *radice cherias*, ut erat vulgo ante Hermolaum Barbarum. Princeps liber: *Radici licherias et lepras curant.* Forte *lichenas.* Sic lib. XXI, c. 19: *Lichenas et lepras, et furfures in facie emendant.* Lib. XXII, cap. 22: *Vrinam ciere praecipue traditur, sanare lichenas et lepras ex aceto: ibidem Xenocrates et lichenas, et psoras radice in aceto decocta tolli dicit.* Vbi Vossianus: *Xenocrates et lichenas, psoras, lepras radice*, etc. Vide lib. XXVI, c. 1. Monuerat et Pintianus. Gronov. — *Radice.* In MSS. Reg. 1, 2, etc. *licherias* male. Sed unde *lichenas* erui sincerius a nobis intelligas, quam ab Hermolan, caeterisque, qui sunt deinde subsequuti, *meliceridas.* Impetigines sive lichenas radice lapathi cum aceto decocta ad tertias, sanari ait Marc. Emp. c. XIX. H.

In vino. Plin. Valer. lib. IV, cap. 8, et Dioscorides, lib. II, c. 140. H.

Pota. Ita Colbert. 1, recte: non *poto.* Marc. Empir. cap. XXVII: *Herba oxylapathos cum semine suo arida, contrita et ex vino arido pota, magnum incontinentiae ventris praestat remedium.* Plin. Valer. l. c. *Radices ex aceto coctae et positae, duritiem lienis confringunt.* Ideirco scilicet, et potari Plinius et illini voluit. Hard. — *Pota vino et lienes illita.* Postremam vocem Gron. omittit. Ed. P.

Ad eademque. Plin. Valer. ad verbum, lib. IV, c. 8. H.

ius lapathi: et ructus facit, et urinam ciet, et caliginem oculorum discutit: item pruritum corporis, in solia balinearum additum, aut prius ipsum illitum sine oleo. Firmat et commanducata radix dentes. Eadem decocta cum vino sistit alvum: folia solvunt. Adiecit Solon (ne quid omittamus) bulapathon, radicis tantum altitudine differens, et erga dysentericos effectu, potae ex vino.

LXXXVII. (XXII.) Sinapi, cuius in sativis tria genera diximus, Pythagoras principatum habere ex his, quorum sublime vis feratur, iudicavit, quoniam non aliud magis in nares et cerebrum penetret. Ad serpentium ictus et scorpionum tritum cum aceto illinitur. Fungorum venena discutit. Contra pituitam tenetur in ore, donec liquescat, aut gargarizatur cum aqua mulsa. Ad dentium dolorem manditur: ad uvam gargarizatur cum aceto et melle. Stomacho utilissimum

Item pruritum. Ita Diosc., loc. cit. Πραΰνει δὲ καὶ κνησμοὺς τὸ ἀφέψημα αὐτῶν ἐπαντλούμενον, ἢ λούτρῳ μιγνύμενον. Radicis decoctum pruritus corporis sedat, vice fotus affusum, aut in solia balinearum additum. H.

Firmat. Ita fere Marc. Empir. c. XII. HARD.

Folia. Lapathi folia pariter alvum solvere, semen vero sistere, scribit Galen. de Theriac. ad Pis. 4, p. 935. HARD.

Bulapathon. Quod idem cum hippolapatho videtur, aut affine certe: nam βοῦς et ἵππος apud Graecos in compositione solam magnitudinem indicant, non similitudinem ullam cum bove: nisi ea forte utraque compositae vocis parte designetur: ut in βούγλωσσον, et βουκέρως, linguae cornuque bubuli notatur effigies. H.

LXXXVII. *Sinapi.* lib XIX, c. 54. HARD.

Ad serpentium ictus, etc Haec Plin. Val. ad verbum lib. IV, cap. 28. H.

Fungorum. Plin. Val. loc. citat. et Dioscorid. Εὐπ. II, cap. 160, et in Alex. cap. 23. HARD.

Contra pituitam tenetur in ore. Mansum capitis pituitam elicit. Ἀποφλεγματίζει. Dioscorides. DAL. — *Contra.* Marcell. Empirie. cap. V: *Mellis et sinapis triti aequaliter mixtae partes tepefiunt: et humor multus e capite post longam gargarizationem deducitur.* Sic Diosc. lib. II, cap. 184: Ἀποφλεγματίζει διαμασσηθέν, *commanducatum ad pituitam capitis eliciendam valet.* HARD.

Ad uvam. Plin. Valer. lib. I, cap. 43. HARD.

Stomacho. Marcell. Empirie. c. XX, pag. 150. HARD.

contra omnia vitia, pulmonibusque. Exscreationes faciles facit in cibo sumptum: datur et suspiriosis: item comitialibus tepidum cum succo cucumerum. Sensus, atque sternutamentis caput purgat, alvum mollit, menstrua et urinam ciet. Hydropicis imponitur cum fico et cucumino tusum ternis partibus. Comitiali morbo, et vulvarum conversione suffocatas excitat odore, aceto mixto: item lethargicos. Adiicitur tordylion. Est autem id semen ex seseli. Et si vehementior som-

Item comitialibus. Dioscorides lib. II, cap. 184. In MSS. non *tepidum*, sed *comitialibus tedis* legitur: unde *taediis* forsan legendum, ut Pellicerius in Not. MSS. monet. Hard.

Sensus. Plin. Valer. lib. IV, c. 28. Hard.

Hydropicis. Celsus quoque lib. III, cap. 21, et ad hydropises crebrius imponi ventri sinapi iubet, donec cutem erodat. Praepostera interpunctione perturbata hactenus omnia hoc loco fuere, et quae hydropicis adhibita remedia, eadem epilepticis attributa. Sic enim legebatur: *Hydropicis imponitur cum fico et cumino tusum ternis partibus comitiali morbo: vulvarum conversione suffocatas excitat odore, aceto mixto.* Erroris admonuere scriptores duo: alter qui de hydropicis, alter qui de epilepticis, et vulvarum conversione suffocatis eadem prodidere. Plin. Val. lib. III, cap. 12 de hydropisi: *Sinapi*, inquit, *et ficus, et cuminum, aequis partibus tusa, ventri imponantur.* Cael. Aurel. Chron. lib. I, cap. 4 de epilepsia: *Articulos quoque omnes*, inquit, *ligatione constringentes, sternutamento commoto ex aceto, naribus interius flato, cum sinapi... vel iis quae ad matricis praefocationes incendenda posuerunt.* H.

Comitiali. Dioscor. lib. II, c. 184: Επιληπτικοῖς τε βοηθεῖ, καὶ ὑστερικῶς πνιγομένας διεγείρει. Hard.

Conversione. Strangulatu. Dioscor. Dalec.

Item lethargicos. Cels. lib. III, c. 20: *Praecipueque proficit, et ad excitandum hominem, naribus admotum, et ad morbum ipsum depellendum, capiti frontive impositum sinapi.* Quin et in sopore qui ex vulvae conversione oritur, sinapi iubet idem lib. IV, c. 20: *Super ipsum ventrem tertio quoque aut quarto die imponi, donec corpus rubeat.* Hard.

Adiicitur. Dioscor. lib. III, c. 63: Τορδύλιον, ἔνιοι δὲ σίσελι Κρητικὸν καλοῦσι. Eiusdem nominis fuerit, cum ipsa herba, semen id quod ex ea prodit. De Cretico seseli, sive tordylio, dictum est superius, cap. 19. Ορδυλον a Nicandro dicitur in Theriac. pag. 60. Additum a Dioscoride articulum ut τὸρδυλον diceret, a Nicandro neglectum, ait Anguillara, part. 5, pag. 91. Hard.

Est autem id semen ex seseli. Tordylium quidam Creticum seseli vocant. Dioscor. Dal.

Et si vehementior somnus. Dioscor. lib. II, cap. 184: Καὶ ἐπὶ ληθαργικῶν καταπλάττεται ξυρηθείσης τῆς κεφα-

nus lethargicos premat, cruribus aut etiam capiti illinitur cum fico ex aceto. Veteres dolores thoracis, lumborum, coxendicum, humerorum, et in quacumque parte corporis ex alto vitia extrahenda sunt, illitum caustica vi emendat, pustulas faciendo. At in magna duritia sine fico impositum: vel si vehementior ustio timeatur, per duplices pannos. Vtuntur ad alopecias cum rubrica, psoras, lepras, phthiriases, lithanicos, opisthotonicos. Inungunt quoque scabras genas, aut caligantes oculos cum melle: succusque tribus modis exprimitur in fictili, calescitque in eo sole modice. Exit et e cauliculo succus lacteus, qui ita quum induruit, dentium dolori medetur. Semen 4
ac radix, quum immaduere musto, conteruntur, ma-

λῆς. *Quin et lethargicorum capiti deraso illinitur*. Plin. Val. lib. IV, cap. 28: *Aiunt et lethargos excitari, si pedes eorum simul tritis sinapi et ficu arida perfricentur*. Hard.

Veteres. Et hic quoque ficos admisceri vult Dioscor. loc. cit. Μιγὲν δὲ σύκοις, καὶ ἐπιτιθὲν ἄχρι φοινίξεως, ἁρμόζει ἰσχιάδας, σπλῆνας, καὶ καθόλου εἰς πᾶν χρόνιον ἄλγημα. Plinius quoque tacite ficum subintelligit hic adhibendam: quum proxime sequatur. *At in magna duritia, sine fico*. MSS. omnes paulo post *ustio*, non, ut editi, *urigo* exhibent. H.

Ex alto. Quum ex alto in summam cutem evocare humores animus est, translato scilicet in extimam partem morbo interius latente: Οπου μετάγειν τι ἐκ τοῦ βάθους εἰς τὴν ἐπιφάνειαν βουλόμεθα, τῷ τῆς ἑτεροπαθείας λόγῳ. Dioscor. lib. II, c. 184. Hanc curationem medici sinapismum vocant: cuius vis huiusmodi est, ut quemadmodum Caelius Aurelianus loquitur II, 1, *corpus valeat papulare lacessendo*, hoc est, pusulas facere. Hard.

Per duplices pannos. Supra *vel per duplicatum pannum*. H.

Vtuntur ad alopecias. Diosc. loc. c. Hard.

Phthiriases. Q. Seren. cap. vi de phthiriasi arcenda pag. 128: *Saepius ergo decet mordax haurire sinapi*. H.

Lithanicos. Ita libri omnes. Alii *tetanicos*: ego *lichenas* malim. H.

Inungunt. Dioscorid. lib. II, cap. 184. H.

Succusque. E semine, radice, cauliculo. De succo eo, qui debet in fictili a sole calescere, Dioscor. loco citato. H.

Exit. Plin. Val. ad verbum lib. IV, cap. 28: *Est et alius succus qui caule colligitur: hic quum expressus fuerit, lacteam facit guttam, utilem dentibus, si in dolore illiniatur*. H.

Semen. Plin. Valer. loc. cit. totidem verbis. H.

nusque plenae mensura sorbentur ad firmandas fauces, stomachum, oculos, caput, sensusque omnes: mulierum etiam lassitudines, saluberrimae genere medicinae. Calculos quoque discutit potum in aceto. Illinitur et livoribus suggillatisque cum melle et adipe anserino, aut cera Cypria. Fit et oleum ex eo semine madefacto in oleo expressoque, quo utuntur ad nervorum rigores, lumborumque et coxendicum perfrictiones.

LXXXVIII. Sinapis naturam effectusque eosdem habere traditur adarca, inter silvas tacta, in cortice calamorum sub ipsa coma nascente.

LXXXIX. Marrubium plerique inter primas herbas commendavere, quod Graeci prasion vocant, alii linostrophon, nonnulli philopaeda, aut philochares, notius quam ut indicandum sit. Huius folia semenque contrita prosunt contra serpentes, pectorum et lateris dolores, tussim veterem: et iis qui sanguinem re-

Saluberrimae. Sic MSS. omnes. H. — *Saluberrimae.* Gronov. et al. ante Hard. *saluberrimo.* Eo. P.

Illinitur. Iisdem verbis Plin. Val. lib. III, cap. 47. H.

Fit et oleum ex eo semine, etc. Plin. Valer. ad verbum lib. IV, cap. 28. Hard.

LXXXVIII. *Adarca.* Hoc est, lib. XVI, quo silvestrium arborum naturae pertractantur, obiter indicata ibi, cap. 66, In arundinum tractatione, circa quas adarca nascitur. H.

LXXXIX. *Marrubium.* Diosc. in Noth. p. 457: Πράσιον, οἱ δὲ τυπατώριον, οἱ δὲ φιλοχαρὲς... Ρωμαῖοι μαρρούβιουμ. Nostris, *du marrube.* H.

Contra serpentes. Et sane in theriacae compositionem adsciscitur marrubium virens, ab Andromacho apud Galenum, de Ther. ad Pison. lib. I, cap. 7, p. 939. H.

Lateris. Sic Dioscor. lib. III, cap. 119. Apul. cap. XLV, tit. 1, ad tussim gravem: *Herbam marrubium decoques ex aqua, et dabis bibere eis qui graviter tussiunt: mire sanat.* Et Q. Seren. cap. XXXV. Praeivit omnibus Cels. lib. IV, cap. 4, qui ad tussim veterem iubet *porri vel marrubii succum assumi.* Hard.

Et iis. Plinius Valer. lib. I, cap. 64, *ad excreationem cruentam*, etc. *Marrubii quoque scopae cum pane* (ex Pliniu nostro scribe *cum panico*) *decoquuntur: aeque ex aqua bibuntur.* Marc. Emp. cap. XVI: *Marrubii viridis fasciculum, et ambrosiae fasciculum... postea decoque ad crassitudinem mellis: ex eo uteris ieiunus .. ad san-*

iecerint, eximie utile, scopis eius cum panico aqua decoctis, ut asperitas succi mitigetur. Imponitur strumis cum adipe. Sunt qui viridis semen quantum duobus digitis capiant, cum farris pugillo decoctum, addito exiguo olei et salis, sorbere ieiunos ad tussim iubeant. Alii nihil comparant in eadem causa marrubii et feniculi succis ad sextarios ternos expressis, decoctisque ad sextarios duos, tum addito mellis sextario, rursus decocta ad sextarios duos, si cochlearii mensura in die sorbeatur in aquae cyatho. Et virilium vitiis tusum cum melle mire prodest. Lichenas purgat ex aceto. Ruptis, convulsis, spasticis nervis salutare. Potum alvum solvit cum sale et aceto: item menstrua et secundas mulierum. Arida farina cum melle ad tussim siccam efficacissima est: item ad gangraenas, et

guinis reiectionem sedandam, et stomachum confirmandum. H.

Qui sanguinem reiecerint. Tabidis. Diosc. Dal. — Alii, *qui sanguinem reiiciunt.* Ed. P.

Scopis eius cum panico. Consentit cum Dal. H.

Imponitur. Marcell. Empiric. c. xv. Apul. cap. xlv. tit. 8, *ad omnem duritiam*: « Herba marrubium tusa cum axungia, et imposita, mire sanat. » Hand.

Alii. Ita fere Marc. Empiric. cap. xvi. H.

Et virilium vitiis, etc. Folia cum melle illita, sordida hulcera purgant, nomas sistunt. Dioscor. Dal. — *Et virilium.* Hulceribus sordidis genitalium, Diosc. lib. III, c. 149. H.

Spasticis. Contractis, ac rigentibus. Apuleius cap. xlv, tit. 9: *Si quis ab opere lassus inciderit in languorem et nervorum habuerit dolorem et spasmum: herbae marrubii succo cum oleo rosaceo permixto perunges eum: sine mora sanabitur.* H.

Item menstrua. Diosc. loc. cit. et Q. Seren. cap. xxxv, p. 148, ex ed. Pithoei. H.

Arida. Diosc. loc. cit. H.

Ad tussim siccam efficacissima est. Ob humoris crassitiem. Dal.

Gangraenas et pterygia. Cels. lib. VI, c. 19: *In digitis recedere ab ungue carunculam cum magno dolore consuevit: πτερύγιον Graeci appellant.* Sunt ab his diversa πτερύγια τὰ ἐν ὀφθαλμοῖς ungues in oculis orientes: de quibus idem Cels. lib. VII, c. 7: *V inguis vero, quod πτερύγιον Graeci vocant, est membranula nervosa, oriens ab angulo, quae nonnumquam ad pupillam quoque pervenit, eique officit. Saepius a narium, interdum etiam a temporum parte nascitur*, etc. De priore πτερυγίου genere, τοῦ ἐν δακτύλοις hic locus accipiendus est. Conci-

pterygia. Succus vero auriculis, et naribus, et morbo regio, minuendaeque bili cum melle prodest. Item contra venena inter pauca potens. Ipsa herba stomachum et exscreationes pectoris purgat, cum iride et melle. Vrinam ciet: cavenda tamen exhulceratae vesicae, et renum vitiis. Dicitur succus et claritatem oculorum adiuvare. Castor marrubii duo genera tradit: nigrum, et quod magis probat, candidum. In ovum inane succum addit is, ipsum quum infundit melle aequis portionibus, tepefactum; vomicas rum-

nit Plinio Dioscor. lib. III, cap. 119. Hardo.

Succus. Dioscorid. loc. cit. Galen. quoque de Fac. simpl. med. l. VIII, p. 221. H.

Morbo regio. Naribus morbum regium purgat. Diosc. Dal.

Item contra venena. Contra aconita, Nicander in Alex. p. 130; Dioscor. Εὐπ. lib. II, cap. 137, p. 120. Apul. cap. XLV, tit. 1, *contra venenum, si quis sumpsit.* « Herbae marrubii succum dabis ex vino vetere, etc. » H.

Ipsa. Apuleium adi c. XLV, tit. 2, *ad stomachi dolorem*: « Herbae marrubii succus potus, etc. » Prima legebatur, *pectoris purgat. Cum iride et melle urinam ciet.* Vitiosam hanc interpunctionem esse Dioscorides admonuit, cuius haec verba lib. III, cap. 119, de marrubio agentis: Ἀνάγει καὶ πάχος ἐκ θώρακος, ἴριδος ξηρᾶς μιγείσης. *Crassam quoque pituitam pectore contentam, admixta iride sicca, exsoreatione purgat.* H.

Cavenda. Diosc. lib. III, cap. 119: Κύστει μέν τοι καὶ νευροῖς ἀθεῖτεῖ. H.

Dicitur. Cum vino et melle inunctus. Diosc. loc. cit. et Galen. de Fac. simpl. med. lib. VIII, pag. 221. Oleo quoque in quo marrubii folia maduerint. Theod. Prisc. lib. I, cap. 10, *de oculorum causis.* H.

Castor. Hoc etiam Dioscorid. loc. cit. hoc et Theophrast. Hist. lib. VI, c. 2, hoc alii faciunt. Πράσιον candicans a Diosc. describitur lib. III, cap. 119. Μέλαν πράσιον, quod nigrum est Castoria marrubium, βαλλώτη etiam graece dicebatur: de qua Dioscor. idem lib. cit. cap. 117: βαλλώτη, οἱ δὲ μέλαν πράσιον καλοῦσι. Nigri marrubii formam ac vires persequitur uberius paulo Plin. lib. XXVII, cap. 30. Huius iconem Dodonaeus exhibet pag. 90. Candidi Matth. in Dioscor. lib. III, p. 828. Vtrumque in Horto Regio vidimus. H.

In ovum. Marcell. Empir. hoc medicamentum ita digerit c. XVII: *Ovum incoctum in calycem defunditur, et testa eius succo marrubii impletur, et in ipsum calycem defunditur, et mellis optimi despumati tantumdem: omnia haec in se permiscentur, ac tepefacta hauriuntur: miro modo vomicas rumpunt, et ad sanitatem laborantem stomachum perducunt.* H.

Vomicas rumpere. Internos abscessus. Dal.

pere, purgare, persanare promittens: illitis etiam vulneribus a cane factis tuso cum axungia veteri.

XC. Serpyllum a serpendo putant dictum: quod in silvestri evenit, in petris maxime. Sativum non serpit, sed ad palmae altitudinem increscit. Pinguius voluntarium, et candidioribus foliis ramisque, adversus serpentes efficax, maxime cenchrin, et scolopendras terrestres ac marinas, et scorpiones, decoctis ex vino ramis foliisque. Fugat et odore omnes, si uratur. Et contra marinorum venena praecipue valet. Capitis

Illitis etiam vulneribus. Ad verbum haec Plin. Valer. lib. III, cap. 51. H.

XC. *Serpyllum.* Et graece ἕρπυλλος ἀπὸ τοῦ ἕρπειν, inquit Dioscor. lib. III, cap. 46, quoniam radicatur, quacumque sui parte terram attingit. Haan.

A serpendo putat dictum. A serpendo putant dictum, quod in sativo evenit in petris maxime (a maceriis demissum prolisius crescit): silvestre ac voluntarium non serpit, sed ad palmi altitudinem increscit. Sativum origano simile foliis ramisque, sed candidioribus. Diosc. Dal.

Quod in silvestri evenit. Est illud serpyllum vulgare repens, quod a Clusio pingitur Hist. rarior. Plant. lib. III, pag. 359, visum a nobis in Horto Regio. H.

Sativum. Vt Theophrast. Hist. lib. VI, cap. 7, sic etiam Plinii sativum serpyllum, sive hortense, non aliud est quam silvestre Dioscoridis in hortis satum, uti ante nos Matthiolus, etsi paulo obscurius animadvertit in Dioscoride lib. III, p. 725. Vt intelligas temere Dalecampium censoriam animadversionem hoc loco in Plinium distrinxisse, perinde ac si sativi silvestrisque serpylli formam imprudenter miscuerit. H.

Sed ad palmae altitudinem increscit. Parvi: nimirum ad quatuor digitorum, sive trium pollicum altitudinem. Dal. — *Sed ad palmae.* Ita recte Colbert. 2, non *palmi*, ut editi: vel *palmum*, ut alii MSS. H.

Pinguius. Illud ipsum, quod in hortis seritur, quum sponte provenit: quamobrem silvestre, ut diximus, a Diosc. appellatur. H.

Adversus. Dioscorid. lib. III, cap. 46: Καὶ πρὸς ἑρπετὰ πινόμενός τε καὶ καταπλασσόμενος. H.

Maxime cenchrin. Genus id serpentis est, quod et κεγχρίδιον Diosc. in Ther. nominat, c. 22. Pluribus hanc maculis varietatem tingere alvum Lucanus docet lib. IX, vs. 713, quae quoniam milii seminibus similes sunt, quas fruges Graeci κέγχρον vocant, nomen hoc serpenti fecerunt. H.

Fugat. Plin. Val. IV, 38. H.

Et contra. Leporis marini, draconis, pastinacae. Dal.

Capitis. Dioscorid. III, 46. Plin. Val. loco cit. et Apuleius, cap. xcis, tit. 1, ambo iisdem verbis. Scribon. Larg. Composit. med. 1, ad capitis dolorem. H.

doloribus decoctum in aceto illinitur temporibus ac fronti cum rosaceo. Item phreneticis, lethargicis: contra tormina, et urinae difficultates, anginas, vomitiones, drachmis quatuor datur. Ex aqua bibitur et ad iocinerum desideria. Folia obolis quatuor dantur ad lienem ex aceto. Ad cruentas exscreationes teritur in cyathis duobus acetis et mellis.

XCI. Sisymbrium silvestre a quibusdam thymbraeum appellatum, pedali non amplius altitudine. Quod in riguis nascitur, simile nasturtio est. Vtrumque efficax adversus aculeata animalia, ut crabrones, et similia. Quod in sicco ortum, odoratum est, et inseritur co-

Illinitur temporibus. Καταβρέχεται Dioscor. affunditur. Dal.

Item. Dioscor. l. cit. H.

Contra. Dioscor. et Plin. Val. ll. cc. Marcell. Emp. cap. XXVII: *Serpyllum ad pondus victoriati argentei tritum bene valenti ex vino, febriculento ex aqua potui datum, omnes ventris dolores sedat.*

Ad. Ad ea omnia, quae iecur desiderat, quae opus habet. Sic oria desideria dicit idem, XXII, 50. Thoracis praecordiorumque desideria, XXVII, 109. Corporum desideria, superius, XI, 111. Ad iocineris inflammationes prodesse serpyllum scribit Diosc. loc. cit. H. — *Desideria.* Vet. ap. Dal. *dolores.* Eo. P.

Folia. Plin. Val. IV, 38. H.

Ad cruentas exscreationes, etc. Dioscoridi cruentos vomitus sedat eius succus, ad drachmas quatuor potus ex aceto. Dal. — *Ad*, etc. Plin. Val. l. c. Hard.

XCI. *Sisymbrium.* A quibusdam serpyllum silvestre appellatum, inquit Dioscorid. II, 155: Σισύμβριον, οἱ δὲ ἕρπυλλον ἄγριον καλοῦσιν. Theophrastum, credo, indicat, qui Hist. VI, 7, ἕρπυλλον ἄγριον in montibus ait θυμβρώδη nasci, thymbrae similem: atque inde thymbraei appellatio sisymbrio indita. Sisymbrium est hortense Matthioli, in Diosc. lib. II, pag. 485. Hard.

Quod. Hoc sisymbrium Dioscoridis alterum, II, 156: Σισύμβριον ἕτερον... ἔνυδρός ἐστι πόα. Prius enim in culto solo oritur, ἐν χέρσοις φύεται. Aquaticum a Dodonaeo pingitur, pag. 97; idem sisymbrium silvestre Matthioli in Dioscorid. II, pag. 486. *Menthe sauvage*, quoniam silvestris mentae genus est. H.

Simile. Nasturtium gustu repraesentat, atque Idcirco cardaminen vocant, inquit Dioscor. II, 156: Καρδαμίνην ἔνιοι λέγουσι, διὰ τὸ ἐοικέναι καρδάμῳ τὴν γεῦσιν. H.

Vtrumque efficax adversus aculeata animalia. Hoc de solo priore quod in sicco nascitur, Dioscorides prodidit, qui concisae nimium brevitati studens, multa praetermisit. H.

Quod, etc. Hortense Matthioli sisymbrium, ut diximus: quod,

ronis, angustiore folio. Sedant utraque capitis dolorem: item epiphoras, ut Philinus tradit. Alii panem addunt: alii per se decoquunt in vino. Sanat et epinyctidas, cutisque vitia in facie mulierum intra quartum diem noctibus impositum, diebusque detractum. Vomitiones, singultus, tormina, stomachi dissolutio- 2
nes cohibet, sive in cibo sumptum, sive succo potum. Non edendum gravidis, nisi mortuo conceptu; quippe etiam impositum eiicit. Movet urinam cum vino potum; silvestre et calculos. Quos vigilare opus sit, excitat infusum capiti cum aceto.

XCII. Lini semen cum aliis quidem in usu est: et per se mulierum cutis vitia emendat in facie. Oculorum aciem succo adiuvat. Epiphoras cum thure, et aqua, aut cum myrrha ac vino sedat: parotidas cum

quemadmodum Dioscorid. ait. l. c. foliis latioribus est, quam menta hortensis, odoratius idem, et coronis inseritur. H. — *Odoratum est* Gron. et alii. Franz. *odorum est.* Ed. P.

Angustiore. Quam quod in riguis nascitur. H.

Sedant. Hoc de solo priore rursum Dioscorid. II, 155, sed negligentius, ut opinor: Τὰ δὲ φύλλα ἐπιπλάσσεται πρὸς κεφαλαλγίαν κατὰ τῶν κροτάφων καὶ τοῦ μετώπου.

Sanat. Hoc vero de solo posteriore sive aquatico, Diosc. II, 156: Ἀποκαθαίρει δὲ καὶ φακούς, καὶ ἔφηλιν καταπλασθέντα δι' ὅλης τῆς νυκτός, ἕωθεν δὲ ἀποκλυσθέν. H.

Vomitiones, singultus, tormina, stom. dissolut. etc. Haec de priore pariter, quod in sicco oritur, Diosc. II, 155. Galen. de Fac. simpl. med. VIII, pag. 229. H.

Movet. Hoc de utroque etiam Diosc. prodit, II, p. 155, 156; Marc. item Empir. cap. XXVI, et Apul. cap. CV, lib. 1: *Ad vesicae dolórem, et stranguriam: Herbae sisymbrii contriti exceptos succos uncias duabus... ex vino potui dato*, etc. Harn.

Silvestre. Illud silvestre, quod in sicco oritur, Dioscor. lib. II, cap. 155. Harn.

Quos vigilare opus sit. Somnolentos nimirum, veternosos, lethargicos. Harn.

XCII. *Et per se*, etc. Sine ulla admixtione rei cuiuscumque: quo sensu *per se* usurpatur a Scribonio Largo, Comp. II, X, XIX, XXIII, CLXXXIX, etiam et Comp CVIII, *vomitus per se factus*, id est, sponte. H.

Cutis. Ἐφήλεις etiam, hoc est, vitia cutis in facie ab insolatione, Dioscor. II, 125. Harn.

Epiphoras cum thure. Omnem inflammationem cum aqua, melle, raiguo oleo, aut cum melle coeto. Dioscor. Dal.

Parotidas. Iisdem verbis Plin. Val. I, 13. At pro melle lixivium Dio-

melle, adipe, aut cera: stomachi solutiones inspersum polentae modo: anginas in aqua et oleo decoctum, et cum aniso illitum. Torretur, ut alvum sistat; coeliacis et dysentericis imponitur ex aceto. Ad iocineris dolores estur cum uva passâ: ad phthisin utilissime e semine fiunt ecligmata. Musculorum, nervorum, articulorum, cervicum duritias, cerebri membranas mitigat farina seminis, nitro, aut sale, aut cinere ad-
2 ditis. Eadem cum fico idem concoquit ac maturat. Cum radice vero cucumeris silvestris extrahit quaecumque corpori inhaereant. Sic et fracta ossa. Serpere

scorides adhibet, l. c. σὺν κονίᾳ. — *Solutiones.* Dal. ut paulo ante, *dissolutiones.* Ed P.

Anginas. In MSS. ubique, uti monuimus, hoc loco *aneso* pro *aniso* scribitur. Sed anethum legerunt, Marcell. Emp. cap. xv, pag. 106: *Lini semen*, inquit, *et anethum, cum sale, et oleo, et aceto decoctum, bene contra faucium dolores gargarizabitur.* Et pag. 108, ad fauces curandas rursum anethum adhibet. Et Plin. Val. I, 52, cui lemma inscriptum, *Anginae medendo: Lini semen*, inquit, *et anethum in oleo et aqua decoctum ad tertias, imponitur: acetum item et sal gargarizatur.* Et cap. 45, de tonsillarum vitio: *Lini semen*, inquit, *et anethum in oleo et aqua decoctum imponitur, et acetum gargarizatur.* H.

Coeliacis. Diosc. II, 125. H.

Ad phthisin. Plin. Val. I, p. 63. Quid sit phthisis ex Celso disces, III, 22: *Tertia est*, inquit, *longeque periculosissima species tabis, quam Graeci φθίσιν nominaverunt. Oritur fere a capite: inde in pulmonem destillat: huic exhulceratio accidit: ex hac febricula levis fit quae etiam quum quievit, tamen et repetit. Frequens tussis est, pus exscreatur, interdum cruentum aliquid. Quidquid exscreatum est, si in ignem impositum est, mali odoris est.* Educi ea quae pectori intus haerent, eo ecligmate etiam Diosc. affirmat, l. c. Et Theodor. Prisc. II, part. 2, cap. 10, de empyicis: *Eclegmate utor, quod ex lini semine frixo, cum nucleis et melle despumato conficitur.* Hard.

Cervicum. Rigorem. Marcell. Emp. cap. xviii, pag. 127: *Farina lini seminis addito nitro ex vino calido, in modum malagmatis temperatur, et imponitur: cervicum dolori statim medetur.* H. — *Cervicum.* Vel. ap. Dal. *cervicis.* Ed. P.

Cerebri. Inflammatas. Inde est quod ad dolores capitis puerorum lini semen trilum ex aqua commendat Marc. Emp. cap. 1, pag. 88. Et phreneticorum, quibus *iugis insomnietas est ex meningis tensione, succo lini seminis irrigari articulos* praecipit Theodor. Prisc. II, p. 2, cap. 2. Hard.

Cum radice. Ad verbum haec Marc. Emp. cap. xxxiv, et Plin. Val. III, 49. Hard.

Quaecumque. Aculeos, spicula. Hard.

hulcus in vino decocta prohibet, eruptiones pituitae cum melle. Emendat ungues scabros cum pari modo nasturtii: testium vitia et ramices cum resina et myrrha: et gangraenas ex aqua. Stomachi dolores cum feno graeco sextariis utriusque decoctis in aqua mulsa. Intestinorum et thoracis perniciosa vitia, clystere in oleo, aut melle.

XCIII. Blitum iners videtur ac sine sapore, aut acrimonia ulla. Vnde convicium feminis apud Menandrum faciunt mariti. Stomacho inutile est. Ventrem adeo turbat, ut choleram faciat aliquibus. Dicitur tamen adversus scorpiones potum e vino prodesse, et

Sic et, etc. MSS. Reg. Colb. Ch. *sic effracta*. Hard.

Serpere. Plin. Val. III, 22, pariter *in vino decocta*. Marc. Emp. cap. IV, *ex melle adposita*. H.

Eruptiones. Marc. Emp. et Plin. Vall. ll. cc. Haan.

Cum pari. Adiicit Dioscorid. II, 125, et parem etiam mellis mensuram. Hard.

Testium. Marc. Emp. cap. XXXIII: *Farina lini seminis, cum resina et myrrha pari pondere permixta, et imposita testiculis, dolori ac tumori eorum subvenit*. Sic etiam Plin. Val. II, 42. Adde et Theodor. Prisc. I, 25, *ad veteri dolores*. Haan.

Stomachi. Plin. Valer. iisdem verbis, II, 15. H. — Mox *oleo, aut melle*. Gron. *oleo et melle*. Ed. P.

XCIII. *Blitum*. Ad verbum haec Plin. Val. IV, 9. Gallis *blettes*, ou *bettes*. Iconem apud Lobelium vide in Obss. pag. 125. In Narbonensi Gallia *turgon* vocant, inquit Ruellius II, p. 356. H.

Vnde. Plautus in Trucul. act. IV, sc. 4: *Blitea et lutea est meretrix, nisi quae sapit in vino ad rem suam* Viles, abiectas, fatuasque mulieres βλιτάδας antiqui vocabant. Suidas, βλιτάδας οἱ παλαιοὶ τὰς εὐτελεῖς γυναῖκας ἔλεγον. Quod nomen adhuc in nostrum vulgus manavit, socordes ignavosque homines *beliteros* graeca imitatione nominans, inquit Ruellius I, p. 75. Festus: *Blitum, genus oleris a saporis stupore appellatum esse e graeco putatur, quod ab his* βλάξ *dicatur stupidus*. At Graecis quoque βλίτον est. Hesych. βλίτον, λαχάνου εἶδος. Schol. Arist. βλίτον μωρόν εἶναι δοκεῖ λάχανον. *Blitum videtur esse olus insipidum*. H.

Stomacho. Tamen bonam alvum facere Dioscorid. vere dixit, II, 143. Haan.

Ventrem adeo turbat. Theopompus comicus apud Athen. XIV, παῦσαι κυδεῦσον, μειράκιον, καὶ τοῖς βλίτοις διαχρῆ τὸ λοιπόν, κοιλίαν σκληράν ἔχεις, τὰ πετραῖα τῶν ἰχθυδίων ἀπέσθιε. Victorius lib. III, cap. 13. Dal. — *Ventrem*. Haec totidem verbis Plin. Val. IV. 9. H.

Dicitur. Plin. Val. l. c. H.

clavis pedum illini: item lienibus, et temporum dolori, ex oleo. Hippocrates menstrua sisti eo cibo putat.

XCIV. (XXIII.) Meum in Italia non nisi a medicis seritur, et iis admodum paucis. Duo genera eius. Nobilius Athamanticum vocant, illi tamquam ab Athamante inventum, hi quoniam laudatissimum in Athamante reperiatur; foliis aniso simile, et caule aliquando bicubitali, radicibus multis et obnigris, quibusdam altissimis: minus rufum, quam illud alterum. Ciet

Temporum. Sic Apollonius apud Galen. κατὰ τόπ. I, p. 368: Βλίτον τρέψας σὺν ἐλαίῳ ἀτεῖς, χρῶ.

Hippocrates. Ita libri omnes, et Plinius quoque Val. IV, 9: *Hippocrate*, inquit, *praecipiente ad sistenda omnia menstrua feminarum in cibo dandum.* Hippocrates sane de Diaeta lib. II, cap. 26: Βλιτόν θερμόν, οὐ διαχωρητικόν. *Blitum calidum est, non movens alvum.* H.

XCIV. *Meum.* Gron. et al. ante Hard. *meu.* Ed. P. — Diosc. I, 3: Μῆον τὸ καλούμενον Ἀθαμαντικόν, γεννᾶται πλεῖστον ἐν Μακεδονίᾳ καὶ Ἱσπανίᾳ. Galeno de Antid. I, 7, pag. 878: Μεῖον Ἀθαμαντικόν. Vidimus in horto Regio, quale depingitur a Dodoneo pag. 320. Meum in Italia reperiri, et in Calabria quidem ab incolis *Imperatrice* appellari, In montibus Nursinis *spicura*, alibi aliter, scribit Anguillara lib. de Simpl. part I, pag 20; etiam et in Gallia obvium. Describitur a Charasio in Pharm. p. 434. Nostris officinis, inquit, Ruellius II, p. 284, anethum silvestre hodie vocatur, quod anethum plane videatur imitari foliis, et umbella, et caule: unde quidam herbarii tortuosum anethum appellavere. H.

Duo genera eius. Macedonicum scilicet et Hispanicum. Non quidem ea duo diversa genera sunt: caeterum iis in locis plurimum gignitur. Dal.

In Athamante reperiatur. Monte Phthiotidis Thessaliae, supra lib. IV, cap. 8 Dal.

Aniso. Et hic rursum in MSS. omnibus Reg. Colb. etc. ut proxime ante monuimus, *aneso* legitur. Verum haud dubie *anetho* legendum, res ipsa et similitudo mei anethique foliorum admonet. Adde Diosc. I, 3: Μῆον.. ὅμοιον κυλῷ καὶ τοῖς φύλλοις ἀνήθῳ παχύτερον δὲ τοῦ ἀνήθου Habet eadem quoque interpres Oribasii lib. XI, cap. 206. H — Vel. ap. Dal. *anetho.* Ed. P.

Bicubitali. Sic Dioscor. I, 3, Δίπηχύ που ἀναβαῖνον. Sic Oribasii interpres lib. XI, c. 206. Sic rerum ipsa natura postulare videtur. Tamen MSS. omnes Reg. Colb. Ch. *bipedali* H.

Et obnigris. In MSS. Reg. Colb. etc. *obolis, nigris.* Forte *oblongis, nigris.* Dioscor. μακραῖς. Oribasii interpres, *longis.* H.

Quam illud alterum. Quam Athamanticum. H.

Ciet. Dioscor. l. c. Galen. de Fac. simpl. med. VII, p. 209. H.

urinam in aqua potum, radice trita vel decocta. Inflationes stomachi mire discutit: item tormina, et vesicae vitia; vulvarumque articulis cum melle, infantibus cum apio illitum imo ventri urinas movet.

XCV. Feniculum nobilitavere serpentes gustatu, ut diximus, senectam exuendo, oculorumque aciem succo eius reficiendo: unde intellectum est, hominum quoque caliginem praecipue eo levari. Colligitur hic caule turgescente. In sole siccatur, inungiturque ex melle. Vbique hoc est. Laudatissimus in Iberia e lacrymis fit, et ex semine recenti. Fit etiam et e radicibus, prima germinatione incisis.

XCVI. Est et in hoc genere silvestre, quod alii hippomarathron, alii myrsineum vocant, foliis maio-

Radice trita vel decocta. Citra coctionem. Dioscor. Dal.

Inflationes. Dioscorid. l. c. Galenus quoque l. c. sed hanc exceptionem iste adiicit, quod simul capui laedat; si tamen largius bibatur, inquit Dioscorid. H.

Vesicae vitia. Faretae ac praeclusae. Diosc. Dal.

Vulvarumque articulis. Subintellige ex sequentibus, illitum urinas movet. H.

Infantibus. Dioscor. I, 3, apium praetermisit. H.

XCV. *Feniculum.* Haec iisdem verbis Plin. Val. IV, 24. H.

Vt diximus. Lib. VIII, 41. Habet et istud Diosc. III, 81. H.

Vnde intellectum est, etc. Nicander in Theriacis: ...μαράθρου εὐήχυτος ὄρπηξ Βοσκηθεὶς ὠκύν τε καὶ αὐγήεντα τίθησι. Dal. — *Vnde int* Plin. Val. l. c. Q. Seren. cap. XIV, p. 133: *Si tenebras oculis obducit pigra senectus, Expressae marathro guttae cum melle liquenti Detergere malum potent: vel vulturis atri Fella, chelidoniae fuerint queis gramina mixta.* Adde Galen. de Facult. simpl. med. lib. VII, p. 206. H.

Caule. Quod fit, quum primo germinat, κατὰ τὴν πρώτην ἐκβλάστησιν, inquit Dioscor. III, 81. H. — *Caule.* Non solum scapo colligitur, sed etiam foliis ramulisque, ut et recenti semine et radicibus Dioscorid. Dal.

Laudatissimus. Dioscorid. l. c. H.— Vet. apud Dalec. *laudatissimus tamen*, etc. Ed. P.

In Iberia. In Iberia caulem medium, dum florel, demetunt, et igni admovent. Calfactus is succum lacteum (ὀπὸν) exsudat gummi similem, altero succo efficaciorem ad oxydercica et ocularia medicamenta. Dioscor. Dal.

E lacrymis, etc. Gummoso liquore, quem, igne admoto, caulis veluti lacrymatur. Dal.

Fit etiam et. Dioscor. l. c. H. — Gron. τὸ *et* omittit. Ed. P.

XCVI. *Alii.* Mallem traiecta lille-

ribus, gustu acriore, procerius, brachiali crassitudine, radice candida. Nascitur in calidis, sed saxosis. Diocles et aliud hippomarathri genus tradit, longo et angusto folio, semine coriandri. Medicinae in sativo, ad scorpionum ictus et serpentium, semine in vino poto. Succus et auribus instillatur, vermiculosque in his necat. Ipsum condimentis prope omnibus inseritur: oxyporis etiam aptissime. Quin et panis crustis subditur. Semen stomachum dissolutum adstringit, vel in febribus sumptum. Nauseam ex aqua tritum
2 sedat. Pulmonibus et iocineribus laudatissimum. Ventrem sistit, quum modice sumitur, urinam exciet, et tormina mitigat decoctum, lactisque defectu potum

rula *smyrneum* legi. Nam Anacreon in lib. Rei herbariae: seu περὶ ῥιζοτομικῆς, σμυρνεῖον vocari scribit, teste Nicandri Schol. Ther. pag. 28. Smyrnium porro dici potuit, quod, uti de altero smyrnio Plinius refert XIX, 62, myrrham radice resipit. Vidimus in horto Regio quale describitur a Lobelio in Advv. pag. 347. H.

Diocles. Haec Dioscorid. III, 82, totidem verbis, tacito modo Dioclis nomine; Galen. item de Fac. Simpl. med. VII, p. 206. Sed id feniculi genus a nemine adhuc cognitum ait Matthiol. in Dioscor. III, pag. 377. Hasn.

Medicinae. Iisdem verbis haec Plin. Val. IV, 24, quae de feniculo, scilicet accipienda sunt. H.

Succus. Plin. Val. l. c. H.

Quin et panis crustis subditur. Nempe ut ammi, melanthium et anisum. Dal.

Stomach. dissolutum adstringit. Stomachi fervorem exstinguit. Dal. — *Semen.* Iisdem haec iterum verbis Plin. Val. l. c. Q. Seren. cap. XIX, de digestione et stomacho medendo pag. 136. H.

Nauseam. Plin. Val. l. c. has vires semini pariter Diosc. III, 82, foliorum decocto attribuit. H.

Pulmonibus et iocineribus. Plin. Val. l. c. H.

Ventrem sistit. Hippomarathron. scil. radice aut semine poto. Diosc. Dal. — *Ventrem.* Plin. Val. quoque l. c. H.

Urinam. Dioscor. III, 81. Apul. cap. CXXIV: *Urinam movet cibo datum, lac provocat*, etc. Galenus item de Fac. simpl. med. VII, p. 206. H. — *Exciet.* Vet. apud Dalec. *excitat.* Ed P.

Lactisque. Id vero de hippomarathro Dioscor. III, 82. De marathro sativo, seu feniculo, Apul. l. c. et Galen. de Fac. simpl. med. VII, pag. 226. Et de semine quidem feniculi, Plin. Val. IV, 24, cum Hippocr. de nat. Mul. text. 88, p. 405, qui parem hippomarathro quoque vim ac dotem asserit. H.

mammas replet. Radix cum ptisana sumpta renes purgat, sive decocto succo, sive semine sumpto. Prodest et hydropicis radix ex vino cocta: item convulsis. Illinuntur folia tumoribus ardentibus ex aceto: calculos vesicae pellunt. Geniturae abundantiam quoquo modo haustum facit. Verendis amicissimum, sive ad fovendum radice cum vino cocta, sive contrita in oleo illitum. Multi tumoribus et suggillatis cum cera illinunt. Et radice in succo vel cum melle contra canis morsum utuntur, et contra multipedam ex vino. Hippomarathron ad omnia vehementius. Calculos 3
praecipue pellit: prodest vesicae cum vino leni, et feminarum menstruis haerentibus. Efficacius in eo semen, quam radix: modus in utroque, quod duobus digitis tritum additur in potionem. Petrichus, qui Ophiaca scripsit, et Micton, qui rhizotomumena, adversus serpentes nihil hippomarathro efficacius putavere. Sane et Nicander non in novissimis posuit.

Mammas replet. Si salivi coma, vel semen cum ptisana sumatur, aut si hippomarathri foliorum decoctum hauriatur. Diosc. Dal.

Radix. Plin. Val. IV, 24, et II, 37: *Radix feniculi cum ptisana decocta, et in cibo data, renum densitates relaxat: et eiusdem radicis succus ad cyathos duos in vino potui datus mirabiliter vitia sanat.* H.

Renes purgat. Renum doloribus prodest. Dal.

Prodest et hydropicis. Plin. Val. IV, 24. H.

Illinuntur. Plin. Val. l. c. *Tumores, et quae ictu vel repentina indignatione commota sunt, folia ex aceto trita dissolvunt.* H.

Ardentibus ex aceto. Ex incendin factis, vel carbunculis. Dal.

Calculos vesicae pellunt. De hippomarathro id Diosc. Dal.

Verendis amicissimum. Tumentibus videlicet, hulceratis, pruriginosis. Dal.

Et. Plin. Val. l. c. hoc ipsum refert de semine; de radice Diosc. II, 81. H. — *Radice in succo.* Vel. ap. Dal. *radicis succo.* Ed. P.

Calculos. Diosc. II, 82; Galenus l. c. H.

Vesicae cum vino leni. Dinse. l. c. Στραγγουρίας ἰᾶται. H.

Micton. In MSS. Reg. Colberl. et Chiffl. *Mycon*: male. Vide auctorum Indicem. Mictoni interim Diosc. suffragatur l. c. H. — Gronov. et al. *Miction*, et paulo ante, *Petridius.* Ed. P.

Sane. Nunc legitur in Ther. p. 43,

XCVII. Cannabis in silvis primum nata est, nigrior foliis, et asperior. Semen eius extinguere genituram virorum dicitur. Succus ex eo vermiculos aurium, et quodcumque animal intraverit, eiicit, sed cum dolore capitis: tantaque vis ei est, ut aquae infusa, coagulare eam dicatur. Et ideo iumentorum alvo succurrit pota in aqua. Radix contractos articulos emollit in aqua cocta: item podagras, et similes impetus. Ambustis cruda illinitur, sed saepius mutatur priusquam arescat.

XCVIII. Ferula semen anetho simile habet. Quae ab uno caule dividitur in cacumine, femina putatur. Caules eduntur decocti, commendanturque musto ac melle, stomacho utiles. Sin plures sumpti, capitis dolorem faciunt. Radix denarii pondere in vini cyathis

adversus serpentes: Hi καὶ ἱππείου μαράθρου πολυαυξέα ῥίζαν. *Aut magnas grandis radices hippomarathri.* Harn.

XCVII. *Cannabis.* Diosc. III, 166: Κάννα βις ἀγρία... τὰ φύλλα ἔχει ὅμοια τῇ ἡμέρῳ, τραχύτερα δὲ καὶ μελάντερα. H. — *Nigrior*, etc. Gron. *nigriore folio et asperiore.* Ed. P.

Semen. Diosc. III, 165, de sativa cannabi: Galenus quoque de Fac. simpl. med. VII, p. 181. H.

Succus. Ex recenti semine, inquit Diosc. et post eum Galen. H. ce. sunt qui succum exprimant, ad aurium dolores, ex obstructione, ut mihi quidem videtur, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, natos accommodatum maxime. At Plin. Valer. I, 10, et Marc. Emp. cap. LXXVI, LXXX, hunc Plinii locum summa fide transcribunt, et suo defendunt calculo. H.

Tantaque vis ei est. Quum Plin. legisset cannabis silvestris virgas esse althææ similes, oscitanter et incogitanter cannabi tribuit, quod althææ proprium est, ut aquam spissei, quod antea traditum est, c. 21. Dal. — *Tantaque.* Quam ipse vim experimento non didicit, timide profert, nec audet asseverare. Caute id quidem. H.

Et ideo ium. alvo. Alvum sistit iumentorum, quum est concitatior: quoniam vim spissandi habeat, et dasiccandi. H.

Radix. Diosc. III, 166. H.

Similes. Ἐπιφορὰς, inflammationes et tumores. H.

Ambustis cruda illinitur. Inflammationes mulcet illita, et tumores discutit, Diosc. Dal.

XCVIII. *Caules.* Vide quae dicta sunt, XIX, 56. H.

Sin. Sic pariter Dioscorid. lib. III, c. 94. H.

Radix. Q. Serenus c. de serpentium morsibus: *Aut ferulae radix po-*

duobus, bibitur adversus serpentes: et ipsa radix imponitur: sic et torminibus medetur: ex oleo autem et aceto, contra sudores immodicos, vel in febribus proficit. Succus ferulae alvum solvit fabae magnitudine devoratus. E viridi medulla vulvis utilis, et ad omnia ea vitia. Ad sanguinem sistendum decem grana seminis bibuntur, in vino trita, vel medulla. Sunt qui comitialibus morbis dandum putant luna quarta, sexta, septima, ligulae mensura. Natura ferularum muraenis infestissima est: tactae siquidem ea moriun-

tatur in imbre Lyaei. Diosc. loc. cit. non radicem adversus serpentes, sed medullam commendat. Nicand. quoque in Ther. p. 43. H.

Sic. Hoc de poto semine ait Diosc. loc. cit. H.

Ex oleo autem et aceto. Sudores ciet, cum oleo perunctio corpore. Dioscorid. Dalec. — *Ex*, etc. Plin. Val. III, 9: *Radix item ferulae ex oleo et aceto perunctione sudorem minuit.* H.

Succus. Sistere congruentius forsan diceret: nam coeliacis medullam epotam prodesse scribit Diosc. loc. cit. nisi succus expressus e ferula, medullaque ipsa, dispares habent facultates. H.

E viridi ferula ramusculus, etc. (sic olim). Barbarus, *E viridi ferula musculus* subiicit, tamquam ex Diosc. apud quem est ἐντεριώνη. insuper esse codices notat, in quibus *medulla* scribatur, non *musculus*, neque *ramusculus*. Vere ille quidem utrumque: quamvis Diosc. alium effectum ei medullae tribuat, quam hic Plin. Verba l. III, 91: Τούτου χλωροῦ ὄντος ἐντεριώνη πινομένη αἱμοπτοϊκοὺς καὶ κοιλιακοὺς ὠφελεῖ. At Plinii in membranis, Chifflelianus: *Et viride merulla vultuis utile est.* Quatuor nostri, ut fere ex alio notant: *E viridi medulla vultui utile est, et ad omnia eius vitia.* Vossianus antiquior: *E viridi medulla vultuis utile est ad omnia ea vitia.*. Scribendum censeo: *E viridi medulla vulvis utilis est ad omnia earum vitia.* Nisi etiam *utile* malis retinere, ut *Triste lupus stabulis.* Gron. — *E viridi.* Libri hactenus editi: *Et viridi ferula ramusculus utilis est ad omnia ea vitia.* Reg. 1, 2, Colb. 1, 2: *Et viride medulla vultui utile est ad omnia ea vitia.* In Ch. *vultuis*: unde nos (post Gronovium tamen) satis feliciter, ut remur, *vulvis* effinximus. Vocibus deinde istis, *omnia ea vitia*, quae MSS. omnes editique conspirante consensu exhibent, aote dicta morborum genera signari intelligimus. H.

Ad sanguinem sistendum. Haemoptoicis medullam epotam prodesse scribit Diosc. III, 91. Galenus similiter de Fac. simpl. med. VIII, pag. 213. H.

Ligulae. MSS. Reg. Colb. Ch. *lingulae.* Sed utrum vis dixeris, nihil interest. H.

tur. Castor radicis succum et oculorum claritati conferre multum putavit.

XCIX. Et de carduorum satu inter hortensia diximus: quapropter et medicinam ex iis non differamus. Silvestrium genera sunt duo, unum fruticosius a terra statim: alterum unicaule crassius. Virique folia pauca, spinosa, muricatis cacuminibus. Sed alter florem purpureum mittit inter medios aculeos, celeriter canescentem, et abeuntem cum aura: scolymon Graeci vocant. Hic antequam floreat contusus atque expressus, illito succo alopecias replet. Radix cuiuscumque ex aqua decocta potoribus sitim facere narratur. Stomachum corroborat: et vulvis (si credimus) etiam conferre aliquid traditur, ut mares gignantur. Ita enim Chaereas Atheniensis scripsit, et Glaucias, qui circa carduos diligentissimus videtur. Mastiche cardui odorem commendat oris.

XCIX. *Et de carduorum.* Lib. XIX, cap. 43. H.

Vnum. Scolymos est Theophrasti, de quo XXII, 43. Eryngium item luteum Monspelieosium, visum a nobis in horto Regio, quale a Lobelio delineatur in Obss. p. 478. H.

Alterum. Cinara haec hortensis aculeata, Dioscoridis σκόλυμος III, 16. Forte Theophrasti κάκτος VI, 4, *l'artichaut.* Adstipulatur etiam Aoguillara part. 8, p. 136. H.

Celeriter canescentem. Marcore candicantem, ob id γήρια, γηράμους, et γηράματα Graeci, ut pappos Latini vocant. Conf. Rhodig. lib. VI, c. 7. Dal.

Hic. Plin. Valer. IV, 16, et Marc. Emp. c. vi, iisdem verbis: *Herbam cardui agrestis in mortario usque ad levitatem terito: succoque eius expresso locum alopeciae novem diebus oblinito: sed bis per dies singulos perunctione renovata.* H.

Potoribus. Plin. Val. IV, 16, de carduo: *Radix ex aqua cocta, cupiditatem bibendi potoribus subministrat.* Columella lib. de cultu Hortorum, qui decimus operis est, p. 353: *Hispida ponatur cinara, quae dulcis Iacchо Potanti veniat, nec Phoebo grata canenti.* H.

Stomachum corroborat. Si non avidius sumatur, inquit Plin. Val. IV, 16. H.

Et vulvis. Transcripsit et istud Plin. Val. loc. cit. ubi Glauciam pariter laudat auctorem. H.

Vt mares gignantur. Medicorum vulgus chamaeleontae, id est, silvestris cardui florem, ad conceptus efficacissimum esse putat. Dal.

Mastiche. Mastiche cardui, tenuior illc est, et quodam modo lacteus suc-

C. (XXIV.) Sed discessuri ab hortensiis, unam compositionem ex his clarissimam subtexemus, adversus venenata animalia, incisam lapide versibus in limine aedis Aesculapii. Serpylli duum denariorum pondus: opopanacis, et mei, tantumdem singulorum, trifolii pondus denarii: anisi, et feniculi seminis, et ammii, et apii, denariorum senum singulis generibus, ervi farinae duodecim. Haec tusa cribrataque vino quam possit excellenti, digeruntur in pastillos, victoriati pondere. Ex his singuli dantur ex vini mixti cyathis ternis. Hac theriaca magnus Antiochus rex adversus omnia venena usus traditur.

cus, quem cinarae radix, ubi defloruit ac durescit, scarificata emittit, ut et experientia docet, et Theophr. conceptis verbis admonuit Hist. VI, 4. Interpolatores sic prius ediderant, *Manducatus carduus*. At in MSS. Reg. 1, 2, Colbert. 1, 2, etc. *Mastethe carduis*. Errorem auctore Plinio altero Val. corrigimus, ita scribente IV, 16: *Mastiche carduorum odorem oris commendabilem reddit*. H.

Odorem commendat oris. Radix illita, et decocta, in vinoque pota, totius corporis et alarum graveolentiam emendat. Dal.

C. *Versibus*. Quos recitat Galen. de Antid. II, 14, p. 922, ex Eudemo medico. Sunt omnino sedecim. H.

In. Apud insulam Coum, in templo Aesculapii, inquit Plin. Val. III, 57. Hard.

Serpylli. Galenus loc. cit. recitatis Eudemi versibus, medicamenta quae iis continentur, ita breviter colligit: Μήου ῥίζης, ἑρπύλλου, ὀποπάνακος, ἀνὰ ∢ β'. Τριφύλλου, σπέρματος, ∢ α'. Ἀνίσου, μαράθρου, ἄμμεως, σελίνου σπέρματος, ἀνὰ ὀξύβαφον. Ἀλεύρου ὀροβίνου λεπτοτάτου, ὀξύβαφα β'. Οἴνου παλαιοῦ εἰς ἀνάληψιν ὅσον ἐξαρκεῖ· Ἀνάπλασσε τροχίσκους, καὶ ξήρανε ἐν σκιᾷ, καὶ δίδου τριώβολον μετ' οἴνου κυάθων γ' Quae totidem ferme verbis Plinius habet; modo tantum medicamentorum pauluium discrepante. H.

Et mei. Ita ex Galeno modo laudato rescripsimus: quum prius *milii* perperam legeretur. Plin. Val. III, 57, insulse mel pro *meo* desiderat: et pro ammi amylum lib. IV, 38. H.

Magnus. Eo nomine secundus, Syriae regum quintus, Antiochi Θεοῦ sive Epiphanis pater. Hunc Philometora Eudemus vocat iis versibus, quibus haec theriacae compositio continetur: Ἰησιν μάθε τήνδε πρὸς ἑρπετά, ἣν Φιλομήτωρ Νικήσας πείρᾳ κέκρικεν Ἀντίοχος. *Hoc cape praesidium ad serpentia, quod Philometor Vsu praecipuum repperit Antiochus*. Hard.

Digitized by Google

EXCVRSVS

DE OPIO.

Ad ea Plinii verba, lib. XX, cap. 76:

E sativis (papaveribus), albi calyx ipse teritur, et e vino bibitur somni causa .... E nigro papavere sopor gignitur scapo inciso, ut Diagoras suadet, quum turgescit; ut Iollas, quum defloresciit .... Incidi iubent sub capite et calyce: nec in alio genere ipsum inciditur caput .... Succus et hic, et herbae cuiuscumque lana excipitur .... Papaveris vero largus densatur, et in pastillos tritus in umbra siccatur, non vi soporifera modo, verum si copiosior hauriatur, etiam mortifera per somnos: opion vocant.

Opium et meconium Off. ὄπιον et μηκώνιον Graecorum, *Affion* et *Amsion* Arabum. Succus est concretus, resinosus simul et gummosus, ponderosus, densus, lentus, inflammabilis, ex fulvo nigricans, odoris virosi, soporifari, saporis amari acris, in placentas compactus subrotundas, depressas, unciam circiter crassas, semilibram vel libram ponderantes, et papaverinis foliis involutas. Ex Natolia, Aegypto et India affertur.

Arabes et officinae Thebaicum, seu quod in Aegypto circa Thebas colligebatur, opium prae caeteris commendarunt. At vero hodie non amplius distinguitur. Ex quocumque loco venisset opium, probatur sincerum, molliusculum, sub digitis lentescens, inflammabile, colore fusco aut nigricante, odore vehemente et viroso stupefaciente. Reiicitur aridum et friabile, aut combustum, terra aut arenulis permixtum, aut aliis sordibus inquinatum.

Apud Veteres duplex succi papaverini genus distinguebatur. Vnum erat lacryma ex incisis papaveris sativi capitibus diffluens, et μήκωνος ὀπός, vel apud medicos per antonomasiam ὄπιον dicta fuit. Alterum, μηκώνιον vel μηκώνιον dictum, succus erat ex tota planta contusa extractus et inspissatus. Meconium opio longe ignavius dicebant. Hodie vero unum tantum genus nobis affertur sub opii nomine, succus nempe ex vulneratis papaveris albi capitibus stillans; neque ulla alia species apud Turcas et Constantinopoli reperitur praeter illud idem quod in placentas nobis affertur. Apud Persas tamen lacrymas ex vulneratis capitibus promanantes distinguunt, et primo prodeuntes sedulo excipiunt, et tanquam viribus praestantiores plurimi faciunt, ut infra dicemus.

Planta ex qua succus ille extrahitur, dicitur papaver hortense semine albo, sativum Dioscoridi, album Plinio, *C. B. P.* 170. Radice est digito circiter crassa, amaro lacte sicut et tota plaota turgente, caule bicubitali, in alas diviso, laevi plurimum, nonnunquam modice hirsuto; cui folia adnascuntur

lactucae aemula, oblonga, laciniata, crispa, colore glauco, flore rosaceo, quatuor plerumque petalis candidis brevi deciduis, in orbem positis constante: ex cuius calyce bifolio surgit pistillum seu capitellum statim ab initio multis staminibus stipatum, quod deinde abit in fructum unicapsularem seu testam ovatam, capitello ornatam radiato seu stellato, variis per longitudinem intus munitam lamellis parieti pericarpii adnatis, quibus tanquam placentis adhaerent numerosa semina minutissima, subrotunda, candida, et sapore oleoso dulci. In diversis Asiae Minoris provinciis agri conseruntur papavere albo, ut apud nos tritico. Vbi capitula producit, leviter inciduntur; et effluunt aliquae guttae humoris lactei, quas concrescere sinunt, et colligunt. Clariss. Tournefortius refert maiorem opii quantitatem extrahi ex contusione et espressione eorumdem capitum. At Bellonius de illa capitum contusione et expressione nihil profert, neque Kaempferus de opio quod in Perside colligitur, disserens. His triplex est opium, sed incisione tantummodo extractum, ut mox dicemus.

In Perside opii collectio celebratur ineunte aestate, propinqua maturitati capita decussatim sauciando per superficiem. Culter huic negotio inserviens quintuplici acie instructus, una sectione quinque infligit vulnera longa, parallela. Ex vulnusculis promanans succus postridie scalpro abstergitur, et in vasculum abdomini praeligatum reconditur. Tum altera capitum facies eodem modo vulneratur, ad liquorem pariter proliciendum. Primae collectionis lacryma *Gobaar* dicta praestantior censetur, et maiori pollet cerebrum demulcendi virtute, colorem exhibens albidum vel ex luteo pallentem, sed qui ex longiori insolatione et ariditate infuscari solet. Altera collectio succum promit priori ut virtute, ita et pretio inferiorem, coloris plerumque obscuri vel ex rufo nigricantis. Sunt qui et tertiam instituunt, qua obtinetur lacryma nigerrima et exiguae virtutis.

Opium scalpro abstersum et asservatum praeparant, illud aquae pauxillo humectando vel melle, spatha crassa lignea continuo et fortiter tractando in patina lignea et plana, donec elaboratissimae picis consistentiam, tenacitatem et nitorem induat. Ita diu multumque subactum, ultimo manu nonnihil tractatur nuda, et demum in cylindros breves rotatum venale exponitur, forcipe dividendum, quum particulas emptores petunt.

Hac serie pertractatum a Persis nominatur *Theriaack malideh*, id est, theriaca molendo praeparata, vel *Theriaack afiuun*, id est, theriaca opiata ad differentiam theriacae Andromachi, quam *Theriaack farmak* vocant. Nam his populis opium est poëtarum illa γαλήνη, ἱλαρότης et εὐθία, id est, medium animo tranquillitatem, hilaritatem et serenitatem conferens, quo olim tergemino elogio theriacale antidotum Andromachi appellatum legimus.

Hic opii praeparandi labor perpetuus est propolarum quorumdam, qui in foris et quadriviis sedentes in eo brachia sua strenue exercent.

Nec una est illius succi praeparandi ratio. Saepenumero non aqua, sed melle opium subigitur ea copia admisso, quae non siccitatem modo, sed etiam amaritiem temperet. Et haec specialiter *Boehrs* appellatur.

Insignior praeparatio est quae ex nuce myristica, cardamomo, cinnamomo, maci subtilissime praeparatis, et cum opio accurate mistis conficitur, quae cordi et cerebro insigniter prodesse creditur: *Polonia*, vel ut alii

pronuntiant, *Pholonia* dicitur, puta Philonium Persicum seu Mesuae. Alii, omissis aromatibus, croco et ambra tantummodo massam infarciunt. Multi suam praeparationem ipsi pro libitu in usum proprium domi conficiunt.

Praeter has praeparationes quae sola pilularum forma deglutiuntur, de liquore quodam apud Persas celebri *Coconar* dicto Kaempferus mentionem facit, qui affatim et per intervalla propinatur.

Parant hunc liquorem alii ex papaveris foliis aqua simplici per brevem moram coquendis; alii ex capitibus contusis et aqua macerandis, aut ex iisdem supra colatorium repositis, aquam eamdem septies octiesve superfundendo, admistis pro cuiusque placito quae sapori gratiam concilient.

Tertium opiati genus Kaempferus addit, quod electuarium laetificans et laetificando inebrians nominat. Illud electuarium cuius basim idem opium etiam constituit, a seplasiariis et medicis varie elaboratur, ac diversis medicaminibus ad roborandos et exhilarandos spiritus dirigitur. Vnde diversae eius exstant descriptiones, quarum primaria et celeberrima est quae debetur *Hasjem-begi*; quandoquidem comedentis animum miris perfundere gaudiis, et magicis cerebrum demulcere ideis et voluptatibus dicitur.

Capita papaveris teneriora aceto condita a nonnullis in mensa secunda appetuntur.

De opii qualitatibus non unus est omnium consensus. Alii considerantes opium paucorum granorum dosi exhibitum caput gravare, somnum conciliare, doloris sensum obtundere, respirationem intercludere, hominemque dormientem vita privare, illud non modo frigidum, sed quarto recessu esse tale pronuntiaverunt. Alii ad eius saporem amarum, acrem et causticum attendentes, illud calidum esse constitueruot; nec magis de illius virtute inter se conveniunt. Alii illud virulentiae et narcoseos accusantes, culparunt et reiecerunt. Alii illud magni facinot, et pluribus titulis et elogiis cumulant. Veterum Graecorum plurimi, narrante Dioscoride, illius usum vel etiam externum reformidarunt. a Raro cogimur, inquit Galenus lib. II de Compos. medic. κατὰ τόπους (de dolore capitis agens), pharmacis ex opio uti; quum videlicet prae doloris vehementia, homo de vita periclitatur: quanquam et tunc solidae partes ex eius usu offendantur, adeo ut posthac correctione opus habeant Sic ex opio collyria multis detrimento fuerunt, ita ut debilem oculum reddiderint, et visus hebetudinem induxerint: velut etiam auditus gravitatem inducunt quaecumque ad vehementem aurium dolorem ex papaveris succo sunt composita. Pharmaca enim ex papaveris succo omnia sensum stupefaciunt: et ob id sane cogimur ipsis uti, ubi nullum aliud mitigativum opem tulit. a Galenum sequuti sunt plurimi Veterum et Neotericorum; Fernelius, Matthiolus, Ruellius, Tabernaemontanus, Rhodius, Renodaeus, Zacutus Lusitanus, Quercetanus, Schroderus, etc. Dioscorides tamen illius usum non adeo reformidavit. a Opium, inquit, sumptum cryi magnitudine dolorem finit: concoquit, et somnum allicit: tussi atque coeliacorum valetudini auxiliatur. Verum si copiosius hauriatur, nocet, quum lethargicos efficiens interimat. Ad dolores capitis cum rosaceo oleo perfusum efficax est: aurium dolori cum amygdalino, myrrha et croco instillatur. Inflammationibus oculorum cum torrefacto ovi luteo proficit; igni sacro et vulneribus cum aceto; podagris cum lacte mulieris et croco. Somnum accersit subditum

sedi pro balano. e Inter recentiores felix Platerus diu neglectum opium et, ut ait, sub scamno reiectum, in usum revocavit; quem sequutus est Franciscus Sylvius Batavus, seu De le Boé, qui dixit se nolle medicinam exercere, si careret opio: unde doctor Opiatus dictus est. Sed ut opii natura et vires melius innotescant, considerandum est quinam sint illius effectus modica dosi exhibiti, quomodo aegri a nimia dosi afficiantur, ac tandem quae symptomata diuturniorem illius usum sequantur.

Opium vel interne usurpatur, vel externe. Externe admotum tumores incidit, resolvit et discutit; emollit et relaxat; maturat et suppurationem promovet. Diu cuti admotum illam pilis nudat; pruritum in ea excitat, eamdem nonnunquam exhulcerat et in vesiculas attollit, si recens sit, et tenerioris sit texturae caro. Perinaeo applicatum ad venerem quandoque proritat; nonnunquam eastinguit, harumce partium sensus stupefaciendo. Saepe externe admotum soporem inducit, et dolores sedat, licet hi effectus admodum incerti sint. Capitis suturis applicatum nonnunquam interimit: nervos relaxat, stuporem et paralysim inducit.

Opium intus sumitur, vel iusta dosi, vel nimia. Iusta dosis grana duo vel tria raro superat, licet nonnunquam ad drachmam unam et ultra extendatur. Substantia sub pilularum forma exhibetur, vel quovis liquore dissolutum. Intra breve spatium, postquam assumptum fuit, operationem suam exserit; semiborae circiter, si dissolutum; et sesquihorae plus minusve, si sub forma solida in ventriculum iniectum fuerit.

Debita dosi exhibitum quamdam circa praecordia gratam sensationem excitat: animum ad hilaritatem promovet, sicut fit ex modica vini potatione: curas et moestitiam removet, saepe animum ad sua munia obeunda alacriorem ac vegetiorem reddit; unde audacia, sui fiducia, fortitudo, magnanimitas et periculorum contemptus ut plurimum sequuntur. Eam ob rem Turcae ampla eius dosi sese ad praelium accingunt. Sanguinis et spirituum motus efferos compesci, dolores demulcet, corpus laboribus gravatum sublevat, haemorrhagias ab aestuante sanguine oriundas sistit: caeteras evacuationes saltem per tempus cohibet, exceptis sudoribus et insensibili transpiratione; late enim promovet: arteriarum pulsum magnum, elatum et tardum efficit, oris siccitatem affert: in cute ruborem et levem pruritum excitat: semen auget, et venereum appetitum stimulat, praesertim si larga dosi hauriatur. Maiorem effectum sortitur in calida et humida tempestate, et in corporibus laxioris texturae, ut in mulieribus et infantibus.

Alii quidem sunt effectus, qui opium iusta dosi sumptum frequentissime sequuntur, licet non constanter. Sic soporem saepius inducit, sed non semper; quidam enim ab assumpto opio minus dormiunt. Somnia grata ac iucunda ut plurimum provocat: vomitum et singultum sedat, quandoque excitat, sicut et spasmos, et convulsivos motus: tardiorem efficit in ventriculo ciborum concoctionem: ciborum appetentiam minuit: sudores excitat: muliebrium menstruorum, et post partum suppressarum a fibrarum erethismo et convulsione purgationum fluxum nonnunquam promovet: placentae evacuationem aliquando iuvat: arenularum et calculorum expulsioni saepe conducit; haemorrhagias quasdam cohibet: lac nutricum auget: mammarum intumescentiam, penis erectionem, somnia venerea, et in somno seminis

emissionem, cutis ruborem et pruritum, urinae profluvium, et nonnumquam suppressionem inducit; licet illi effectus non constanter subsequantur.

Quidam vero sunt alii effectus minus frequentes; videlicet fugaces paralyses, praesertim vesicae, balbuties, maxillae inferioris relaxatio, sudorum suppressio, alvi solutio, aquarum hydropicorum evacuatio, ut Willis observavit, stuporis artuum a frigore externo concitati curatio, suffocationes, anxietates circa praecordia, singultus, vomitus, spasmodici motus, syncopes et lipothymiae, et quandoque mors, quae tamen rarissime, nec nisi in corporibus summe plethoricis, aut in corporibus summe debilitatis, et iam a longo tempore attenuatis accidit: unde illius usus post enormes haemorrhagias aut quascumque vacuationes nimias metuendus est. E contra mira quandoque virium et vitae recreatio in quibusdam semimortuis, ut ita dicam, et ad extrema redactis percipitur. Nonnunquam etiam opium diutius in ventriculo moratur absque effectu, humoribus nempe spissis et viscidis involutum.

Cessante narcotici operatione, haec, ut plurimum, subsequuntur: regressus affectionum et dolorum quae sedaverat, et saepe graviorum quam antea, nisi beneficio sudoris aut alio modo eorum causa ab opio expulsa aut deleta fuerit; sudor, licet non semper superveniat; mictio frequens, nonnunquam alvi solutio, tristitia, et spirituum defectus, pulsus languidus ac depressus, cutis pruritus.

Nimiam opii dosim sequuntur fere iidem affectus, qui a vini ingurgitatione produci solent, scilicet animi hilaritas, risus immoderatus, artuum relaxatio et debilitas, mentis alienatio, memoriae defectus, vertiginea, oculorum caligines, corneae laxitas, pupillae dilatatio, balbuties, sopor, pulsus magnus et tardus, faciei rubor, maxillae relaxatio, labiorum intumescentia, spirandi difficultas, furor, ventriculi ardor, et nonnuoquam gravitas, aestus venereus, priapismus, cutis calor et pruritus, nausea, singultus, vomitus, pulsus inaequalis, modo depressus, modo elatus, convulsiones, sudores frigidi, syncopes, lipothymiae, mors. Quae quidem symptomata non omnes omnia aggrediuntur, neque aequali vehementia, sed alios alia plus minusve pro varia corporis constitutione, opii dosi diversa, et aliis circumstantiis.

Qui non perenut, liberantur ut plurimum uberrimo alvi profluvio, vel sudoribus copiosis, qui opii odorem referunt, magno cutis pruritu stipatis. Equidem observandum est alvi profluvium tutius ab opii dosi nimia affectos liberare; periculosius illos aegrotare, quorum cutis laxioris est texturae et ventriculus debilis: et ut illorum alii furiosi sunt, alii vero stupidi, ita furiosos mortem facilius decliuare quam stupidos et comatosos.

Immoderatus et diuturnus opii usus procreat partium omnium relaxationem et debilitatem, incuriam, languorem, desidiam, laboris inertiam, corpus torpidum, animum stolidum et hebetem, sicut in ebriosis observare licet; illo tempore excepto quo recens iniectum in ventriculum opium digerunt. Deinde ciborum inappetentiam, difficilem et tardam concoctionem, hydropem, motuum et sensuum imminutionem, corporis incurvationem, artuum tremorem, praematuram senectutem, sanguinis acrimoniam et depravationem, frequentem micturitionem, in venerem propensionem, priapismum, atque frequentes inter dormiendum seminis emissiones.

Qui vero opio assuefacti, post diuturnum et immoderatum illius usum,

illud derepente relinquunt, his afficiuntur symptomatis gravioribus vel levioribus pro diversa hominis constitutione, et plus vel minus pro longo et immoderato eius usu; scilicet summa et intolerabili moestitia, anxietate, languore, et spirituum defectu, quibus aegrotans dire cruciatus ad extrema ducitur, et nonnunquam ad mortem usque ipsa vita magis illi exoptatam, nisi ad opii usum redeat vel vini, cuius vis opii virtuti non est comparanda. Saepius quoque cum illis affectionibus pristina mala ab opio palliolata et coërcita, maiori cum vehementia regrediuntur.

Praecipuis opii operationibus recensitis, nunc nobis liceat de eius operandi ratione aliquid coniicere. Supra recensiti opii effectus ab insigni illius actione in sanguinem proficisci videntur. Opium autem sanguineum laticem mirum in modum dissolvit, expandit, et rariorem efficit. Inde tot phaenomena diversa vel saepe etiam contraria oriuntur. Sanguinis dissolutionem et rarefactionem arguunt pulsus magnus, elatus, mollis tamen et infrequens, facies tumidior cum rubore, calor per totum corpus diffusus, fluiditas sanguinis eorum qui opio assidue utuntur: via enim refrigeratus concrescit. Et observarunt cruorem ex Turcarum et Indorum in praeliis occisorum cadaveribus post unum aut alterum diem aeque fluidum dimanare, ac si novissime fuissent enecati.

Sanguine sic expanso, arteriae per totum corpus distenduntur; et pro diversis visceribus in quibus haec subita fit sanguinis rarefactio, scenae diversae, effectus varii apparent. Statim atque sanguis per arterias cerebri permeans rarescit, arteriolae distensae et maius spatium occupantes nervosos canales intertextos comprimunt, plus minusve pro maiori vel minori sua dilatatione. Nervos compressos minor succi nervosi e glandulis effusi copia subit, et ad partes pervenit; unde corporis functiones minus belle se habent, arteriae tardius vibrant, licet a rarefacto sanguine plus solito distendantur: unde pulsus magnus elatus, sed minus frequens. Calor praeternaturalis per totum corpus accenditur, ex eo quod imminuto sanguinis motu circulari aeri progressivo, et aucta fluiditate, motus eius intestinus seu fermentatitius augeatur, a quo calor pendet. Ab imminuto succi nervosi ad partes affluxu, et eiusdem refluxu a partibus ad cerebrum, artuum torpor, motus et sensus imminutio subsequuntur. Somnus quoque excitatur plus minusve profundus, quo plus vel minus nervi, seu nervorum principia functionibus animalibus dicata, ab arteriis comprimuntur. Mors denique nonnunquam evenit, si ex nimia et subita arteriarum intumescentia nervosarum fibrarum cerebri maior pars adeo coarctetur, ut illas posten succus nervosus permeare nequeat. Eadem prorsus ratione dolores sublevantur ab opio aut sedantur, non quod doloris causa tollatur, sed quod nervosi succi in nervos influxum inhibendo, impediat quominus irritationis sensatio a parte laesa ad nervorum principium seu animam usque perveniat.

Defectu succi nervosi seu spirituum animalium, secretiones et excretiones imminuuntur aut prorsus deficiunt: quod potissimum observare est in hepate et renibus. Idem insuper illis in visceribus accidit et in cerebro. Arteriis scilicet praeter modum distensis, excretoria bilis aut urinae vasa comprimuntur, et horumce humorum excretio sistitur. Sola post assumptum opium per cutis membranarumque poros perspiratio vigat, imo vires acqui-

rit ab eo; quandoquidem nulla sunt vasa secernentia perspirationi dicata: sed perspirationis materia per vasorum quorumlibet poros membranarum extensione dilatatos exitum sibi quaerit. Sudor quoque nonnunquam supervenit ex eo quod sudoriferi meatus in extimis vasis et cute collocati, nullis sint impliciti arteriolis vasisve aliis dilatatis, quorum compressio huic evacuationi obstare queat.

Revera quaedam evacuationes suppressae nonnunquam restituuntur ab opio; si nempe illa suppressio oriatur a vehementiori nervosarum membranarum irritatione, ita ut assiduo et uberiori spirituum animalium ad partes affluxu fibrae continuo et vehementer crispentur, et convellantur. Hoc spirituum animalium affluxu ab opio cohibito vel imminuto, fibrae nervosae relaxantur, et suppressae evacuationes saltem per aliquod tempus restituuntur. Sic nonnunquam ab assumpto opio catharsis, diuresis, mensium et lochiorum fluxus, secundinarum eiectio, necnon calculi renalis excretio, aut aliae promoventur evacuationes: nec dispari ratione motus spasmodici hystericorum aut hypocondriacorum ab eodem medicamento sedari solent.

Qui per longum tempus opiatis remediis utuntur, saepe experiuntur eamdem illam dosim, quae ad soporem inducendum initio sufficiens erat, post aliquod tempus inutilem et irritam fieri; maiorem requiri, vel etiam ad somnum conciliandum quotidie ampliandam esse. Illud autem evenit ex eo quod ex primis opii dosibus assumptis sanguis certum quemdam fluiditatis gradum adipiscatur, quem eadem dosis augere nequit. Superfluis enim sanguinis recrementis per sudores vel per transpirationem exhalatis, sanguinea moles imminuta, non amplius arterias adeo distendit, ut nervos comprimere valeat ad somnum inducendum. Nec eadem opii portio sufficit ad arterias ad aequalem amplitudinem attollendas; maior opii quantitas requiritur ad sanguineam molem ulterius solvendam et rarefaciendam, et quidem magis ac magis, donec omnem fluiditatem possibilem acquisiverit: tunc enim ampliores opii doses magis ac magis crescentes non amplius somnum arcessunt.

Opio nimia dosi assumpto, et mortem gravioribus symptomatibus minitanti medentur, primo venae sectione et emetico medicamento. Hoc non solum opii reliquiae in ventriculo superstites reiiciuntur, sed etiam vomitus conatibus nervosae succutiuntur membranae, et illis succussibus spirituum ad partes affluxus inhibitus restituitur: illa vero vasa sanguinea a sanguine rariore facto ultra modum distensa vacuantur, et ad solitum diametrum reducuntur. De utroque id in primis cavendum, ut vires naturae adhuc conatent; alias peius fortasse foret malo remedium. Deinde potionibus acidis, ex succis citri, mali aurantii, granorum ribesiorum, aceto, spiritibus vitrioli aut sulphuris: sulphurum enim expansioni obstant, illorum vim coërcent, et rariorem factum sanguinem cogunt. Clysteres acriores iniiciuntur, pyrethri aut euphorbii pulvisculus naribus insufflatur, sales volatiles intus sumuntur: vesicatoria, sinapismi, et epispastica medicamenta plantis pedum aut imae cervici imposita, item cucurbitulae, scarificationes, ustiones, punctiones et frictiones dolorificae, feliciter adhibentur. His enim remediis membranas nervosas fortiter stimulantibus villi concutiuntur, spiritus ad partes maiori copia allabuntur, partium tonus restituitur, fluida canalium renum fortius pressa, qua data porta ruunt, secretiones et excretiones restituuntur.

Veteres qui opium frigidissimum esse arbitrabantur, illud corrigere tentarunt calidis medicamentis et coagulatum sanguinem solventibus. Hinc theriaca, Mithridatium, Philonium, et aliae opiatae compositiones. Recentiorum vero unusquisque, prout de opio diverse sentiebat, diversas illius temperandi rationes instituit. Alii castoreo et croco eius vim narcoticam emendant: alii aceto, succo citri, spiritu vitrioli vel sulphuris, aut similibus acidis liquoribus: alii salibus alcalicis, tum fixis, tum volatilibus: alii spiritu vini, aqua vitae, vino, aut aliis fermentatis liquoribus: alii ipsa fermentatione: alii igne et torrefactione. Verum, quandoquidem opium non praescribitur nisi ad somnum conciliandum et dolores demulcendos, frustra illam vim anodinam et somniferam corrigere vel minuere tentant. Sibimetipsi contrarii somniferum expetunt, somniferum timent; somniferum ingerunt, et illud, si possent, eius virtute soporifera spoliarent. Nihil equidem in opio veneni reconditur praeter hanc virtutem; non igitur correctione opus est. Sola purgatio a sordibus, terra, arena aut aliis inquinamentis, quibus conspurcatum ad nos solet pervenire, requiritur; nihilque ab eo reformidandum, modo iusta dosi et rite exhibeatur.

Purgatur autem a sordibus, vel, ut aiunt, praeparatur solutione in liquore quovis idoneo et transcolatione. Saepe colatura servatur et exhibetur per guttas sub nomine tincturarum opii vel laudani liquidi: nonnumquam etiam liquor ad extracti solidi consistentiam exsiccatur, et sub forma pilularum vel pulveris exhibetur.

Opium vero cum aqua praeparatum omnium tutissimum et efficacissimum censemus, cum doctissimo Wedelio, et peritissimo chymico et medico Iacobo Le Mort. Nihil enim ex hoc menstruo pertimescendum est; et opium sic praeparatum non solum heterogeneis partibus purgatur, sed etiam sua resina nonnullis medicis reformidanda spoliatur; ita ut apud Ioannem Iones medicum Londinensem, Tractatu Anglico de detectis opii mysteriis, haec tinctura Panaceae titulo insigniatur. Revera quandoquidem constat opium non esse frigidum, nec sanguinem coagulare, ut putabant Veteres, quid opus est tot calidis aut aromaticis substantiis quibuscum consociari solet? An ad iuvandam opii virtutem? Sed quaeso, quid opium adiumenti recipere potest a croco, castoreo aut caeteris aromatibus quibus longe praestat, tum ad soporem inducendum, tum ad sudores movendos. Aliis quoque de causis haec aromata in praeparationibus usitatis a nonnullis admittuntur, scilicet ad virosum opii odorem emendandum, vel etiam ad illud magis extendendum, ut facilius in parvas doses distribuatur. Eamdem ob causam quoque Sydenham opium liquidum extracto sicco anteponit, quod granum unum opii solutum facilius in quindecim vel viginti guttulas dividatur, quam extractum siccum in viginti partes grani unius.

Recensitis opii praeparationibus frequentius usitatis, nunc quaedam monita circa illius usum exponamus.

1.° Tinctura aut extractum opii cum aqueis menstruis praeparata, caeteris praeparationibus praestant.

2.° Opii tincturae et extracta resinosa cum spiritu vini praeparata reiciuntur. Intensiori enim vi narcotica donantur, caput gravant, sanguinem et spiritus inflammant, nonnumquam etiam ventriculi membranis inhaerent: ibique gravitates, nauseas, singultus et vomitiones excitant.

Digitized by Google

3.° Reiciuntur opii praeparationes cum acidis quae ipsius vim retundunt et destruunt; neque utiliores censentur cum salibus volatilibus, quorum acrimonia somnus removetur, nisi sudores promovendi sunt; tunc enim opio opem ferunt; neque cum salibus alcali-fixis, qui urinas promovent, sed somniferam opii virtutem admodum minuunt.

4.° Opium sub pilularum forma minus conducit, incertae enim est operationis. Satius est illud sub forma boli debite cum aliis pulveribus permixtum et sufficienter extensum exhibere, vel quovis liquore saporis non ingrati dilutum: citius enim actionem suam exserit, et minus frequentes nauseas excitat.

5.° Numquam in ventriculum cibis repletum ingeratur. Quapropter quatuor horarum intervallum a pastu, si solidi fuerint cibi, requiritur; et saltem duarum horarum post insculum, ad illud propinandum. Neque etiam alimenta solida exhibeantur, nisi absoluta opii operatione; nec iuscula propinanda sunt, nisi urgente necessitate, et tribus tantum horis post narcoticum exhibitum.

6.° Non exhibeatur, dum fluunt menstruae mulierum purgationes, puerperarum purgamenta, periodicae haemorrhagiae, aut criticae evacuationes: nec nisi caute post enormes evacuationes quascumque, ne spirituum defectu aegrotantes ad somnum iam proclives, in somnum diuturniorem et fortasse sempiternum inducantur, aut paralysi afficiantur.

7.° Summa cum cautela exhibendum hominibus debilioris constitutionis, laxioris texturae, longo morbo debilitatis, infantibus, mulieribus praegnantibus et senibus, illis quorum ventriculus debilior cibos difficillime concoquit, illis quoque qui summam patiuntur sanguinis plethoram, ne, a subita sanguinis expansione, vel somnus lethalis, vel haemorrhagia superveniat; rarissime in morbis acutis et inflammatoriis praesertim, ne, simulata morbi sedatione, et medicus, et aeger simul decipiantur.

8.° Illius usus identidem intermittatur, ne assidua usu prorsus irritum aut noxium evadat.

9.° Tres sunt potissimum opii exhibendi indicationes, scilicet, vigiliae nimiae, dolores acerbi et diuturni, enormes vomitiones vel delectiones.

10.° Addit quoque Thomas Sydenham insigniores spirituum animalium ataxias: unde nonnumquam in spasmodicis nervorum affectibus et passionibus hystericis plurimum iuvat.

11.° Ab ea potissimum virtute pendet illa quae in opio deprehenditur facultas quasdam evacuationes provocandi a convulsivis nervorum crispaturis suppressas. Sic idem Sydenham, Epistola ad Cole pag. 488, ad suppressa hac ratione puerperarum purgamenta restituenda, aliis remediis frustra tentatis, proponit laudanum una saltem vice tentandum. «Hic, inquit, laudanum quantumlibet sua indole astringat, quum tamen spirituum perturbationem, a qua solemnis lochiorum evacuatio fuerat interrupta, compescat, quandoque plurimum iuvare, et, emmenagogis nihil proficientibus, lochiorum fluxum revocare potest. Seduln interim animadvertendum est (pergit idem auctor) quod si telo hoc semel misso scopum non attingamus, nec sequantur lochia, opium nullo modo est repetendum.»

12.° Opium in quibuscumque morbis, tum chronicis, tum acutis non so-

lum ut soporiferum, sed ut insigne alterans medicamentum a plurimis medicis praedicatur, et hoc nomine multis laudibus cumulatur. Verum quam infida sit et illusoria haec praxis brevi experientur illi qui naturae motus in morbis per aliquod tempus attente perpenderint. Opium enim non modo fugitivum levamen affert, symptomata tantum sedando brevi regressura, intacta morbi causa, sed etiam signa ex quibus medicus et morbum dignoscere, et indicationes suas depromere debet, spissa caligine obnubilat, alia et morbi prorsus aliena symptomata auscitat, naturae conamina ad crisim perficiendam infirmat vel potius exstinguit, et diuturno usu morbos periculo vacuos in gravissimos et saepe exitiales convertit. Sic soporifer ille succus fallacibus induciis aegrotanti et medico imponere solet; quandoquidem morbus est saepe naturae conatus ad peccantem causam superandam, et ipse dolor est nonnumquam illius conaminis sensatio, sed saepius partis affectae stimulatio ab humore peccante, qua natura ad hanc causam expellendam vehementer concitatur. Sane ille succus remedii nomen non meretur, qui hoc naturam orbat incitamento. Sic ex. gr. in nephriticis doloribus a calculo ureteres obstruente oriundis non inutiles censendi sunt dolores quibus aeger divexatur. Renes enim, ureteres et musculi abdominis his irritationibus sollicitati modo convelluntur, modo laxantur: sic quandoque calculus conteritur, comminuitur, vel vehementer protruditur, ac tandem iteratis illis conaminibus, et medicina obstetricante, tandem in vesicam expellitur. Idem dicendum de arthriticis doloribus: humor enim in peculiaribus articulorum vasis concretus et haerens ab irritata et inflammata parte paulatim conteritur et resolvitur; ita ut tandem ex minoribus in maiora vasa transvehatur, vel a calore partis per dolorem accenso blandam concipiat effervescentiam qua tenuior fit et per cutis poros perspirandi capax. Si in his opii usus noxius, quid in aliis? Frustra felicem opiaticorum medicorum praxim nobis opponunt. Attendamus aliquantisper ad eorum methodum medendi tot acribus medicamentis, spirituosis, stimulantibus, salibus nempe volatilibus, oleis essentialibus, odoratis, et aromatibus innixam: nec difficile erit iudicare vel hanc methodum ad pravos opii effectus emendandos, soporosas nempe affectiones discutiendas et torpescentem ab opio naturam excitandam, excogitatam fuisse, vel opium utiliter ab his adhibitum fuisse ad tumultus ab illegitima et ad hoc usque tempus inaudita methodo excitatos inhibendos quodammodo et refraenandos.

13° Opium cum clysteribus in intestina iniectum eosdem producit effectus ac per os sumptum, imo saepe maiores; at graviora nonnumquam inducit symptomata. Quare raro in clysteribus dissolvitur: sed potius infusa vel decocta ex papaveris albi capitibus exhibentur, nec nisi cum summa cautela usurpanda sunt, et solummodo ad immoderatos et acerrimos alvi fluxus sistendos, aut in atrocissimis colicis doloribus.

14° Externe admotum dubiae et incertae est virtutis: quapropter rarissime ad soporem inducendum applicatur; quod quidem nec temere fieri debet. Saepius ad odontalgiam sedandam opii granum unum aut alterum temporum arteriis applicatur, nec absque levamine. Verum Galenus monet opiata pharmaca auribus et oculis admota admodum noxia esse: visus enim hebetudinem et auris gravitatem inducunt. In vulnera quoque gangraenam saepius inferunt.

15° Idem ferendum est iudicium de papaverinis ac de opio, licet eorum vis soporifera longe remissior sit.

Ex papaveris albi partibus capita fere sola hic in usum veniunt. Matura colliguntur et exsiccata servantur. Ex his disruptis et laceratis, reiecto semine tamquam inutili, infusa et decocta praeparantur sicut et syrupus, diacodium vulgo dictus. Semina vero somnifera non sunt, sed oleosa et nutrientia: ex illis olim, teste Dioscoride, panem conficiebant. Nec solum papaveris albi, sed etiam nigri semen esculentum est; siquidem scribit Matthiolus eos qui Tridentinas valles, Stiriam et superiorem Austriam incolunt, placentulis vesci cum utriusque papaveris seminibus et farina paratis, oleoque expresso in cibis continuo uti, non tamen veternosos fieri aut diuturniori somno capi. Nuperrime quoque, quum oleum olivarum, necatis perfrigida anni 1740 hieme oleis, nobis fere deficeret, oleo ex seminibus utriusque papaveris expresso in olei olivarum vices nostrates in cibis innoxie usi fuerunt. Praeterea Cl. Tournefort Genuae observavit nobilissimas matronas et puellas semina papaveris albi saccharo obducta affatim vorare, neque in veternum incurrere. Quapropter in emulsionibus praeparandis ad humorum acrimoniam demulcendam aut aestum compescendum, cum quatuor seminibus frigidis frequenter papaveris albi semen usurpatur: ex eo quoque oleum extrahitur ad usum externum in linimentis et unguentis adhibendum.

Geoffroy, *Tract. de Mater. Medic. tom. II, pag.* 687 *seqq.*

TABVLA RERVM

QVAE IN HOC SEXTO VOLVMINE CONTINENTVR.

C. Plinii Secundi naturalis Historiae liber XVII 7
C. Plinii Secundi naturalis Historiae liber XVIII 161
C. Plinii Secundi naturalis Historiae liber XIX 355
Excursus I de sparto 457
Excursus II de tuberibus 458
Excursus III de lasere Veterum 462
Excursus IV de lactucis Veterum 472
Excursus V de lapsana, seu chara 478
Excursus VI de asparago et corruda 479
Excursus VII de careo 481
Excursus VIII de raphano, brassica, napo, etc. 483
C. Plinii Secundi naturalis Historiae liber XX 487
Excursus de opio 631

SEXTI VOLVMINIS FINIS.

Facultate obtenta.

576051

Digitized by Google

NICLA C
1
Digitized by Google